



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



II. 534.

(2 2/37)

M. 326



DON FAIT À LA
 Bibliothèque Cantonale
 et Universitaire
 par feu M^r le Professeur
RIVIER
 Consul général à Bruxelles
 (1898)

J. B. STIBEL

Geburtsort im Heidelberg
i. J. 1819.

Alphons Rivier

IO. AVGVSTI BACHII
HISTORIA
IVRISPRVDENTIAE
ROMANAE
QVATVOR LIBRIS
COMPREHNSA

EDITIO SEXTA

PRIORIBVS LONGE EMENDATIOR



NOVIS OBSERVATIONIBVS AVXIT
AVG. CORNELIVS STOCKMANN

LIPSIÆ
SVMTIBVS IO. AMBR. BARTHII
MDCCLXXVII

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

RESEARCH REPORT

PHYSICS 71-10

1971

BY

ROBERT H. COHEN

AND

DAVID J. WILSON

PHYSICS DEPARTMENT

UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILLINOIS

1971

LECTORI

AEQVO ET ERV DITO

Qui in doctis doctorum post fata virorum libris vel edendis, vel, suborta necessitate, sub censuram reuocandis versantur: ii plerumque, siue imitatione, siue exemplo, vnum hoc agunt, vt in societatem laudis alienae, alienis riciniis lacinias assuendo, ipsi veniant, et, verecundia quadam, eaque, si diis placet, satis speciosa bene imbuti, compendiarium molimum suorum futilitatem, meris verborum crepundiis obductam, ascititiisque calamistris egregie comtam, adeoque splendide mendacem, somnient, haud dissimiles philosophis, qui, Cicerone auctore, cum de contemnenda gloria libros componunt, in eo ipso gloriam quaerunt. Horum ego ne γεu quidem. Diu enim multumque librario, viro honestissimo, consilia mecum de noua praestantissimi huius libri editione adornanda paucis abhinc mensibus communi-canti, renuit animus, non qui, laborum patientissimus, difficultates pauesceret ex negotii

huius

huius cura oriundas, sed qui positam in illustri monumento doctrinam *Bachii*, h. e. Viri, de communibus litteris ac iurisprudencia meritissimi, tamquam speculum, intueretur, suae sibi tenuitatis conscius. Effecit tandem summorum, qui rectissime de his rebus iudicare possunt, Virorum auctoritas, vt desiderio ac precibus librarii, cuius in officina Opus aliquoties repetitam fuit, satisfaciendum, laboremque, si quis dici potest, iusti mei moeroris lenimen aliquod, suscipiendum statuerem: quae quidem pluribus persequi non vacat. De sola hac opella, cum ipsum libri ordinem ac totius instituti rationem *Bachius* satis exposuerit, collata in nouam editionem, quae non multo maiori pretio veniret, studiosae quippe iuuentuti destinatae, haberet tamen aliquid noui boni, paucis erit agendum.

Ac primum quidem, cum summa librorum denuo typis exprimendorum cura ponenda sit in vera rerum, quae proponuntur, scriptura, et accurata lectione, omni animi contentione elaborauimus, vt librum ex quadraginta annorum spatio pluries excusum nouo habitu emendatiorem, et a sexcentis, quibus turpissime contaminatus erat, mendis purgatum exhiberemus, adeoque, demto saepius verbulo, vel lineola adiecta, *Bachium Bachio* restitueremus. In qua quidem re enucleanda, dici vix potest, quantis
cum

enim difficultatibus eluctandum fuerit, cum plura vitia in numeris falsissime positis locisque et auctorum et legum minus accurate laudatis commissa occurrerent. Deinde in erroribus aperte detegendis, et, quod nos quidem lectis veterum auctorum Romanorumque Ictorum voluminibus acceptum referimus, modeste refutandis, quam maxime occupata fuit diligentia nostra, ita tamen, ut ab omni omnino, si qui alii, vanitatis et arrogantiae studio alienissimos nos profiteamur. Curavimus etiam, ut, habita fastorum ratione, historiae lux, chronologia, prodiret emendatior. Quaecunque vero in rebus hisce omnibus a nobis emendata sunt: auctori statim ipsi, ingenuitatis pariter ac brevitate studiosissimi, quam nobis vindicare maluimus: cuius rei, ut vnum tantum alterumve exemplum ponamus, luculentissima testimonia exhibent, quae benevolus lector pag. 460. not. o) pag. 580. not. s) pluribusque aliis notata ac Bachii verbis inserta deprehendet: cum caeteras e schedis nostris depromptas notas et observationes separatim excudendas, et, ne confundantur cum iis, quae diuini vir ingenii multaeque lectionis, *Bachius*, memoriae prodidit, asteriscis notandas censuerimus.

Sed eae ipsae notae et observationes, in academicos usus conscriptae, alteram consumpti labo-

laboris partem constituunt, cuius adhuc sunt rationes reddendae. Adiecimus eas in rebus ad statum publicum pertinentibus parciore et breuiores, quam in ipsarum legum historia, ut *Bachii* vestigia premeremus. Accesserunt tamen, turbatis ab ipso *Bachio*, quos definiuerat, commemorandarum legum limitibus, plures, quae libera republica latae sunt, leges, ab aliis non semper animaduersae, eo consilio, ut liber locupletissimum omnis et publici et priuati iuris indicem exhiberet, ordine rationi definiendorum annorum a *Bachio* adoptatae adeo conuenienti, ut in summa breuitate cum legum argumentis notatos in fastis consules semper laudaremus. Nec veriti sumus, ne ea, quae bona mente suppleuimus, iniqui vitioque creati censores male interpretarentur, cum *Bachius* ipse librum suum, et illis, qui scholis academicis operam dant, et his, qui humaniorum litterarum notitia imbuti, ingenioque paullo excellentiori instructi proficere hoc in genere sine magistro cuperent, comparatum esse voluerit. Haud minorem curam gessimus aliarum rerum, Ictorum numerum caute augendo, fragmenta, ex libris eorum Digestis inserta diligenter adnotando, constitutiones principum, ubi e re visum esset, addendo, loca probantia, a *Bachio*, iuris post Iustiniani tempora graeci vicissitudines enarrante, prorsus

sus omiſſa; e ſcriptoribus rerum Byzantinarum indicando. In ſingulis enim capitibus limpidiſſimos iuris, duce ipſo et auſpice *Bachio*, fontes, veteresque romanae antiquitatis ſcriptores perſcrutati ſumus, laudatis ſimul, qui de industria in loco aliquo illuſtrando deſudarunt, bonae notae recentiſſimis iuris interpretibus ad vnum fere omnibus: aliquos tamen, quorum commentarii, non inuita Themide elaborati, coepti tamen ſolum, necdum abſoluti leguntur, conſulto, ne ſe praeteritos conquerantur, praetermiſimus cum diis minorum gentium. Indicem tandem, in recentioribus libri *Bachiani* editionibus typhotetarum, feſtinatione miſere deprauiatum, ita correximus, vt non ſolum novus plane videri poſſit, ſed et acceſſionibus noſtris qualibuſcunque locupletatus: quos conatus, ſi maleuoli forte homines, qui ſibi ſoli ſapiunt, vituperaturi, et, tamquam inſignes ad deformitatem pueros, cito necaturi ſint, tuebitur illud Senecae: *ſi te videro, ſcribentis, celebrem ſecundis vocibus vulgi, ſi intrante te clamor, plauſus, et pantomimica verba obſtrepuerint, ſi tota ciuitate te foeminae puerique laudauerint: quidni ego tui miſerear, cum ſciam, quae via ad iſtum fauorem ferat?*

lam ſatis de opella noſtra nouae editioni impenſa, quam ſi in tanta rerum multitudine,

his

his praesertim temporibus, quibus a legitimo iurisprudentiae docendae tramite turpiter deflectitur, tantoque quis et doctior et peritior habetur, quo magis est ab omni litterarum genere destitutus, aequis et peritis arbitris haud prorsus displicuisse intellexerimus: inflammabitur animus, variis fortunae procellis varie iactatus, ad maiora perficienda eum in modum, ut vniuersam rerum a *Bachio* traditarum seriem perpetuo commentario, in scriniis nostris per quatuor fere lustra, quibus studiosae iuuentutis historiam iurisprudentiae romanae enarrauimus, abscondito, propediem sumus illustraturi. Sordeat quidem saeculo, quae secuti sumus, studiorum genera, cum laboribus quippe coniuncta. At iniuriam saeculi exprobrare quid attinet, modo labores iurisprudentiae masculae, eiusque cultoribus fructus attulerint. Scr. Lipsiae in mercatu vernali A. O. R. clolcccxcvi.

PRAEFATIO

SECUNDAE EDITIONIS

Nouem ipsi anni sunt, cum primum I. o. Aug. Bachii, at quanti viri! historiam iurisprudentiae romanae a sexcentis, quibus scatebat, mendis purgatam edebamus, additis obseruationibus, quae corrupta constituerent, aut omissa supplerent. Quam tum ausi sumus spem concipere, fore, ut opera nostra neque doctis hominibus improbaretur, neque iuris cultoribus ad leges romanas intelligendas earumque vicissitudines accurate cognoscendas inutilis reperiretur: ea adeo non fellit, ut non solum non poenituerit nos laboris, quem haud parum molestum sumseramus, sed etiam fructum eius satis magnum ceperimus. Quo lubentius fecimus, ut, cum noua iam libri editio pararetur, eum medios inter fori clamosi strepitus diligenter totum recognosceremus, et

et emendatiorem locupletioremq̃ redderemus. Itaque ab illo statim tempore, quo primum e manibus dimissus est liber, coepimus congestas a nobis per plures annos copias diligenter recensere, cum ad recognoscendum opus vocabamur, ut iterata vice eas, vel ad emendandum, vel ad augendum conferremus. In quibus tamen hic modus a nobis est seruatus, ut maxime uteremur iis, quae consilium operis postularēt. Non negleximus tamen doctissimas doctorum virorum stricturas, e quibus laudasse suffecerit, censorem anonymum, cuius inclitum de opella nostra iudicium insertum legitur Commentariis de re litteraria Germanorum Berolinensibus, (Neue allgemeine deutsche Bibliothek, Kiel 1800. 8.) Tom. LII. Fasc. I. p. 16. sqq. nec non Car. Frid. Zepernick, Virum Illustrem mihiq̃ Amicissimum, cuius humanissimis ad nos perlatis litteris plurima debemus ad rem litterariam spectantia; sub examen simul vocauimus aliorum, qui ex ephemeridibus publicis nobis innotuerunt, animadversiones in priorem, quam curauimus, operis Bachiani editionem, de thrasonibus litterariis, vitioque creatis censoribus, quos rudis plebecula obstupescit, unice securi.

Nos

Nos quidem, eum *Abrah. Wielingio*, bona tui conscientia, clanculariam istam ac nocturnarum quasi operarum turbam, vna impudentia fretam, solo sultis contentu vindicamus, illaque in vulgus spargiam coepta

inuidiosorum murmura vana canum

toto pectore cum *Democrito* ridemus. Quibus rebus effectum est, vt non solum scriptores, nouum, eumque accuratiorem eorum censum instituendo, suppleremus, sed adderemus quoque recentissimum quemque, quem ex nouem annorum spatio bene meritum de argumento aliquo illustrando nouimus. Emendauimus praeterea et auximus rerum indicem, ac, ne iterum incurramus in iustam quandam reprehensionem, qua paucis abhinc annis excepta fuit a nonnullis, *Bachii* verbis verba nostra inferendo, prioris editionis modestia, iussimus, cum scriptae a nobis ad *Bachii* opus observationes asteriscis distinctae deprehendantur, ea, quae in ipsis auctoris notis verborumque serie nostra sunt, in noua hac editione vncinulis inclusa exhibere.

Caeterum alia ex aliis occupationum impedimenta nos ad hanc diem retardarunt a consilio, quod, diu est, cum agitare coepimus.

*pimus, concinnandi perpetui in Bachii
 historiam, commentarii, et, ut nunc est,
 parua spes ostenditur maioris otii, quam
 nobis superioribus annis contigit. Raro
 enim, otium venit ad hos, qui eo ad com-
 munem utilitatem uti vel possint, vel velint.
 Voluntas tamen haud deest, omnem omnino
 operam, quacunque ratione fieri possit, ad
 res diuinas humanasque, etiam cum mole-
 stia nostra, conferendi, et, quo particula
 operis decerpatur, singulari libello enar-
 randi historiam iuris Byzantini, si per ar-
 tes Forcatulorum licuerit. Scr. Lipsiae
 in museo nostro Calendis Maiis A. O. R.
 MDCCCXV.*

PRAEFATIO

I O. A V G. B A C H I I

Cum hanc Iurisprudentiae Romanae historiam edere constituissem, etsi prospiciebam, fore, qui omnem hunc laborem superuacuum, in tanta eius generis librorum copia atque multitudine, frustra susceptum arbitrarentur, tamen, si, quae me causae ad istud consilium impulissent, ostendissem, non dubitabam, quin consilium meum possem aequis rerum existimatoribus probare: iniquis autem, quos magno numero exituros facile puto, etiamsi non probarem, quoniam non ex causis, sed cupiditatibus illi iudicant suis, non magnopere laborandum putabam. Ego cum per aliquot annos in priuatis scholis Historiam Iuris Romani explicauissem, intellexisse mihi visus sum, eos libros, quibus tum quasi ducibus vterer, consilio meo non satis respondere. Ita enim semper existimaui, ad historiam legum iurisque recte atque ordine percipiendam, non satis esse, scire, quo quaeque anno, tempore, vel auctore lata, constitutae sint, quo in argumento iuris versata, sed necessarium esse imprimis, quoniam, nisi ratione cuiusque animo perspecta,
ipsum

ipsius legis vim atque potestatem primo, deinde eius ad nostrum statum rerum publicarum transferendae facultatem, vtilitatemque adeo, cognoscere non possis, legum omnium iurisque rationes causasque omnes explicatas habere. Haec autem facultas parari, sine status publici notitia, non potest: quippe leges, a necessitatibus reip. profectae, status publici constitutioni attemperandae sunt: status autem publicus omnis ex legibus publicis pendet. Quid igitur? In omnibus, quos vidi, de historia Iuris Romani scriptos libros atque editos, Leges iuris publici Romani praetermissas planeque neglectas intelligebam; statum autem publicum, parum diligenter, nec satis ad id, quod spectarem, consilium, apte, idque in paucis eius generis libris, expositum esse. Huc accedit, quod historia ea, de qua agitur, non iuris solum, sed etiam inprimis litterarum humaniorum studiosis comparata esse debet: quibus ad intelligendos veteres scriptores Romanos iuris publici magis, quam priuati, quamquam huius quoque, historia percipienda est. Quibus de causis iam quatuor abhinc annis coepi quasdam isti consilio meo, vt putabam, aptas lineas ducere, scriptasque cum Auditoribus meis communicare, usque explicandis tradere historiam Iurisprudentiae Romanae. Sed cum nimiae breuitatis studio multa necessario essent omissa, consilio rationique meae consentanea, et tamen in multorum manibus versarentur, praetereaque in

summa

summa breuitate Auditoribus describendi labor grauis esse videretur, suscepi animo, Historiam Iurisprudentiae Romanae, diligentius elaboratam, edere: quae etsi anno et quod excurrit, operis iam tradi coepta, tamen, propter multas causas retardata, nunc demum prodit.

Sed iam ipsius huius, quem iam manumitto, libri ordinem ac rationem, necesse est, exponere. Primum igitur totam hanc historiam in quatuor partes principales, iurisprudentiam antiquam, mediam, nouam, atque nouissimam, tribui commode posse putauit, secutus Iustinianum ipsum auctorem, qui omnem Romanam iurisprudentiam, a primordiis ad suam vsque legislationem, veterem, mediam, et nouam describit*), vt adeo a Iustiniano ipso, qui plurima mutauit, ac fere omne ius ciuile in aliam formam redegit, nouissima iurisprudentia exordium capere videatur. Singulas partes singulis libris complexus sum: ita tamen, vt, si qua noua iurisprudentiae mutatio, prorepublicae vicissitudinibus, et commutationibus temporum, incidisset, singulos libros rursus in capita noua partirer: ratus id esse memoriae studiosorum adcommodatius. Sed cum iurisprudentia Romana, veluti flumen aliquod, sensim paullatimque e pluribus quasi riuis ac fontibus collecta, ad suam magnitudinem ac vim

*) §. 1. *Inst. de legit. agn. succ. v. Perizon. Diss. de Leg. Vocon.* p. 198.

vim excreuerit: id est, e Legibus, SCtis, Edictis, Iureconsultorum Responſis, Disputatione fori, siue rebus iudicatis, ac moribus denique maiorum, et sub Imperatoribus etiam ex Constitutionibus, manauerit: quo distinctius atque clarius omnia ista, pro temporum vicissitudinibus, tradi percipique possent, singula capita in minores quasdam Sectiones descripsi, ac de singulis istis iuris civilis partibus separatim ac proprie exposui: ita tamen, vt, vbi sensim paullatimque partes pauciores esse coeperunt, vt factae sunt sub Caesaribus, sub quibus primo desierunt Leges, deinde Edicta Praetorum, porro SCta, de rebus autem iudicatis nihil admodum pròditum memoriae constat, adeoque tandem fere Constitutiones solae atque Ictorum Responſa atque interpretationes remanserunt, pauciores etiam sectiones necessario factae sint. Singulis autem Capitibus praemissi status publici historiam, propter eas, quas iam ab initio dixi, causas. Atque haec omnia diligentius, atque vberius persecutus sum, quam quidem nonnullis fortassis necesse videatur, pro instituto libri, qui scholis Academicis comparatus, quique intra breue tempus enarrandus sit. Cuius tamen facti excusationem veniamque facile me impetraturum esse confido, si, quae mea ratio sit, ostendero. Primum existimo, breue aliquod disciplinae compendium, si quidem iusta disciplinae scientia Auditoribus tradenda sit, non breuiori tempore explicari posse, quam

quam vberiore, atque copiosiore eius generis librum, propterea, quod necessario multa in breuiori libro omiffa, aut faltem breuiter tantum tacta, in Enarrationibus vberius explicanda funt, plusque adeo temporis defiderant, quam vbi funt diligentius in ipfo libro tradita. Deinde vero hunc librum non iis folum comparatum effe volui, qui meis aut alius cuiuscumque magiftri fcholis operam dant, daturiu funt, fed etiam his, qui humaniorum litterarum aliqua notitia imbuti, ingenioque paullo excellentiori in ftructi, proficere hoc in genere fine magiftro cupiunt: e quo confilio neceffario plura diligentius perfequenda fuerunt. Denique omne iftud, fi quod eft, vitium a ftatus publici explicatione proficifcitur, quem facile ii, qui hunc librum in fuis fcholis enarrare cupiant, priuatae Auditorum induftriae relinquere poterunt, cum ita in eo explicando verfati fimus, vt etiam fine magiftri opera intelligi percipique poffit.

In fingulis autem partibus, atque capitibus, ita verfatus fum, vt ex ipsis fontibus, auctoribusque rerum Romanarum proficerem, confultis tamen etiam iis, laudatisque, qui de induftria diligenterque locos quosdam hiftoriae huius, antiquitatis, aut etiam iuris ipsius, tractauiffent: fed eorum tamen optimis tantum; propterea quod, qui fine egregia doctrinae laude caput aliquod adgreffi funt, tutius, atque adeo melius ignorantur.

b

Neque nobis animus

mus fuit, ieiunam aliquam historiae litterariae, ex multitudine auctorum laudatorum, qui mos hodie est multorum sane inglorius, gloriolam apud imperitos captare. Optimos tenere, optimos legere atque imbibere, semper mihi consultius visum est. Inprimis id operam dedi, ut vulgares non paucos errores, qui plerosque de historia iuris scriptos libros occuparunt, tollerem atque conuincerem: quod non difficile fuit, ipsos veteres auctores legenti, non ut hodie fere fit, solos recentiores, hosque errantes, sequenti. Quo factum est, ut nonnulla tradidisse videar, a nemine antehac animaduersa, aut obseruata: quae tamen aliorum existimationi permittere, quam ipse in oratione mea ponere, malo. Ceterum vero diligenter elaborauit, ut nulla lex, vel constitutio insignior, tam iuris publici, quam priuati, omitteretur, quantum eius rei fieri posset: quo ipso haec Historia Iurisprudentiae Romanae ceteris eius generis libris longe plenior facta est. In Iure etiam Graeco exponendo maiorem laborem infumsi, quam vulgo fieri solet: ut facile intelligent ii, qui hunc nostrum laborem cum aliis comparare volent. Quae omnia non eo interpretari velim lectores nostros, quasi ab omnibus erroribus, aut reprehensionibus immunem hunc librum esse existimem. Facile fieri potuit, ut in tanta rerum multitudine, et tam multiplici varietate, nonnulla minus recte dicta exciderint, vel diligentiam nostram effugerint:

gerint: in quibus si quid sit erratum vel offensum, doctiores rogo, ut veniam humaniter dare, vel, si ita videatur, modeste reprehendere, et corrigere velint. Etenim a doctioribus moneri, reprehendi etiam, non aequo solum, sed etiam grato animo feremus.

Cum vero omnis temporum ratio in historia Romana ducatur ab origine, natalique urbis, in anno autem Urbis Conditae constituendo dissentientium veterum scriptorum quatuor potissimum sint rationes, Catoniana, Varroniana, Capitolina, siue Frontiniana, et Fabiana, liberumque sit, quam quisque rationem ac sententiam sequi malit, modo, quam quisque adoptarit, perpetuo teneat; elaboratum a nobis est, ut in eadem ratione constanter maneremus. E quo quidem consequens est, ut, si quam legem anno prius aut posterius latam tradiderimus, quam quispiam alius, erroris accusari non debeamus, modo eosdem consules laudauerimus. Atque hoc imperitorum hominum causa monere visum est, qui, si alium in annum conferri vident legem, aut Sctum, atque in suis dictatis habent, statim errorem arguere audent. Hanc autem Urbis Conditae rationem tenuimus ab origine, vsque ad Constantinum M. ab hoc autem aera Christianam unam, propterea quod haec fere ab eo tempore vulgatiores atque communiores esse coepit.

Adie-

Adiecimus Indicem rerum copiosissimum, quem confecit Car. Aug. Salzmannus, Merseburgensis, Adolescens doctissimus, et cum litterarum omnium, tam graecarum quam latinarum, tum etiam iurisprudentiae studiosissimus, mihi que et propter istud studium, et propter ingenium egregium, quotidiana fere familiaritate, vsuque, cognitum, ac perspectum, carissimus: quem, iurisprudentiae aliquando, doctrinaeque laude illustrem extitutum, plane confido: quem impensius laudarem, pro merito, nisi eum vnice amarem.

Atque haec sunt, quae huic Historiae Iurisprudentiae praefanda duxi. Quae si expectatos Auditoribus lectoribusque nostris fructus attulerit, doctis autem non displicuerit, impense mihi laborique meo gratulabor. Scr. Lipsiae in museo nostro, a. d. XVI. Kal. April. c10ccliv.

HISTORIA IVRISPRVDENTIAE ROMANAE

LIBER I DE IVRISPRVDENTIA ANTIQVA

CAPVT I DE IVRISPRVDENTIA REGIA

SECT. I *De Statu Publico.*

§. I.

Romam, a Romulo, deducta Albanorum colonia^a), vt traditur vulgo, conditam, seu, quod propius fidem est, instauratam, amplificatamque^b), et legibus fundatam, satis constat. Formula autem ciuitatis placuit ea^c), quae e tribus generibus mixta esset, quam sapientes, ac rerum publicarum periti, optimam semper iudicauerunt^e), hoc est, quae *Regem*, summae rei auctorem, auctoremque, seu summum magistratum, qui etiam ius diceret, et publica negotia consilio Senatus iussuque populi gereret, *Senatum*, publici consilii principem, vel participem, *Populum*, legum sciendarum, magistratum creatorum, belli, et pacis arbitrum, haberet. Itaque Romulus ipse rex creatus^d), centum *Patribus* lectis^e),
A qui

qui secum consilia caperent, magistratusque gererent^f): populum omnem, diuisis inter ciues aequaliter agris, in tres *tribus*, et in triginta *curias*, descripsit, per quas conitia legum ac magistratuum agerentur: quae inde *Curiata*, leges autem ipsae *Curiatae*, dicebantur: tres Equitum Centurias fecit. Sipienti porro consilio sacra religionemque cum summa rep. coniunxit: nihil vt sine religione deorum neque priuatim neque publice fieret; *Auguresque* eam ob rem instituit. Magistratus **) praeter Regem erant, *Praefectus Vrbi*, *Quaestores*, et *Tribunus Celerum* ***). Ceterum intentus maxime numero ciuium, variis artibus augendo: qui sensus Romanorum postea semper fuit^e). Quam remp. septem deinceps Reges, Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Marcius, Tarquinius Priscus, Seruius Tullius, Tarquinius Superbus, habuere: alter altero seuerior, vel mitior.

a) *Dionys. Halic. Lib. I. p. 35.* Vnde Romanos non e colluue fugitiuorum, exulumque ortos, sed Graeca lingua, Aeolica, moribusque et institutis Graecis ab initio vsos, ostendit *Dionys. I. p. 75. sq.*

b) *Dionys. H. lib. I. p. 50. seq. Varr. LL, p. 21. Fess. v. Romulus*, aliique, ostenderunt, Romam urbem ante Romulum fuisse, ab eo autem instauratam. [cf. *Turneb. ad Varr. de LL. p. 21. et Iac. Perizonius Dis. de historia Romuli et Rom. urb. origine in Dis. VII. quas edidit Io. Gottl. Heineccius, Lugd. Bat. 1740. 8. add. Bardetti de primis abitatori dell' Italia, Modena, 1762. II. Tom. 4. et Ge. Zimmermann Pr. de primis urbis Romae incolis, Darmstadii 1804. 4.]*

*) De hac ciuitatis romanae formula peculiare extant commentarii, inter quos principatum tenent: *Io. Schefferi regnum romanum, vel in T. Liuii Patavini librum primum Exercit. VII, Edit. II. Vpsal. 1665. 4. Em. Duni Origine e Progressi del cittadino e del governo civile di Roma, Rom. 1763. II. Vol. 8. et, qui nouissime idem argumentum exposuit, Athanas. Augerius in libro*

libro inter media belli discrimina scite conscripto: *De la constitution des Romains sous les rois et aux tems de la republique*, à Paris 1792. 8.

e) *Polyb. Lib. VI. Dionys. Halic. II. p. 79.*

d) *Tac. A. XI. 22.* significat, *Lege Curiata Romulo*, regibusque ceteris, imperium datum, potestatemque definitam fuisse: eamque deinde a L. Iupio Bruto repetitam, ut eadem Consulium potestas esset, quae Regum fuisset. v. *Ernesti V. C. Excurs. II. ad Tac.*

e) *Liu. I. 8. Dionys. II. p. 83.* [vnde *patricii.*]

f) v. tn. *Arnald: Var. Coni.*

**) Quaesitum est: an magistratus sub regibus fuerint? Qui a Bachio laudatur *Georg. d'Arnaud*, is quidem *Var. Conject.* lib. L. c. 3. p. 21. negat, regum tempore magistratus in vrbe fuisse, fultus auctoritate *Taciti Annal. lib. VI. cap. 11.* et *Pomponii l. 2. §. 14. D. de O. I.* sed aduersus hunc ex instituta disputauit, multisque argumentis contrariam sententiam confirmavit *Frid. Nath. Volandrus in Variorum, quae ad leges Romuleas et magistratus pertinent, libro singulari, Vratislaviae 1779. 8. cap. II. p. 21. sq.* Ego quidem, magistratus in vrbe temporibus Romuli nondum ordinarios, sed extraordinarios fuisse, existimo.

**) A Romulo instituti simul fuerunt *duodecim liſtores*, qui fasces ac seures ab Hetruscis petitas regibus praeferrent. cf. *Dionys. Halicarn. lib. III. p. 195. sq. et lib. X. p. 682.* Hoc deinceps traductum fuit ad Consules et Dictatores, qua de re post *Iac. de Rhoer in Ferris Dauentriens. Traj. ad Rh. 1758. lib. II. cap. V. p. 165. sq.* consulenda est *Gerardi Schraederi Diss. philolog. de liſtoribus et fascibus Romanorum, Lugd. Bat. 1780. 4.*

g) v. *Dionys. H. Lib. II. p. 88. Tac. A. XI, 2. 4.*

§. II.

Nam ROMULI regnum ab initio lene, ac mitigatum, durum postremo ac seuerum fuit, seu quia, bellis assiduis ferocia, seu quia, rebus feliciter gerendis, auctoritas, et inde superbia, creuerat. Quare non abhorret a vero, eum a Patribus e medio sublatus

tum^{h)}, ut ab auctoribus nonnullis proditum fuit^{*)}.
Post mortem *Quirinus* dictus.

h) *Liu. I. 16.*

*) Vitam Romuli accurate descriptam exhibet *Andreas Cirino*, Clerici Regularis Messanensis, *variarum lectionum de urbe Roma eiusque conditore Romulo* liber singularis, *Panormi 1665. fol.* editus, quem librum rarissimum, a Io. Ge. Graevio frustra conquistum multisque in locis emendatum, inseruit *Alb. Henr. de Sallengre nouo thes. antiquit. rom. Tom. II. p. 1. sq.* Huic addimus *Iac. Gronouii Disf. de origine Romuli, Lugd. Bat. 1684. 8. Iac. Perizonii Disf. de historia Romuli et Romae urbis origins, in Disf. VII. quas edidit Heineccius, ibid. 1740. 8. p. 679. et Ge. Christ. Gebaueri Disf. Romulus; obseruat. varii generis illustratus, Lips. 1719. et in Eius Exercitatt. acad. Erf. 1776. 4. Vol. I. p. 1.*

§. III.

NUMA POMPILIUS post *interregnum* anni vnus, e Sabinis rex creatus, imperium in eo consumpsit, per quadraginta et tres annos, ut populum, continuis bellis efferatum, legibus, quarum auctorem ferebat *Egeriam*, nympham, et inprimis religionibus^{*)}, ad humanitatem, ac mansuetos mores, traderet; auctoremque adeo eum diuini iuris, inprimis *Pontificii*, *Flaminii*, ac *Fecialis*¹⁾ esse, *Vestaliunque Virginum*²⁾, ac *Saliorum*^{k)}, satis conuenit. Quibus rebus factum est, ut per totum eius regnum, Iano clauso, stabilis ac fida pax teneret¹⁾.

*) Traditam diuersè ab ipsis antiquis rei romanae scriptoribus, *Liu. XI. 29. Plutarcho in Numa p. 74. Val. Max. I. 1. 12. et Plin. H. N. XIII. 27.* historiam de repertis in Ianiculo et a. V. DLXXIII. ob peregrinae superstitionis periculum in conspectu populi concrematis tabulis, quibus Numa legum de colendo numine a se latarum rationes reddiderat, post *Famian. Nardinum in Roma veteri inf. Graeuii Thes. Ant. rom. T. IV. p. 1412. sq.* probe definiuit *Christ. Gottlieb Ioethe-*

Loecherus in Proli de Numae Pompilii libris publica auctoritate Romae combustis, Lips. 1755. 4.

i) Dionys. II. p. 131.

***) Cf. Io. Frid. Eisenhart de Vestalibus et jure Vestali, Helmst. 1754. 4. et Wilcke de jure deprecandi virginum Vestalium pro reis, Lips. 1762. 4.

k) Liu. I, 20. hi Palatini dicuntur. [cf. Tob. Guthberlethi liber singularis de Saliis, Martis sacerdotibus, apud Romanos, Franequ. 1704. 8].

l) cf. Gebaueri Diss. de Numa Pomp. [Lips. 1719. et in eius Exercitt. acad. Vol. I. p. 29 — 52. add. Jac. Meyeri Delinatio vitae gestorumque Numae Pompilii, Basil. 1765. 8.]

§. IV.

Dehinc, quem populus regem iussit, TULLVS HOSTILIVS, Romulo, quam Numae, similior, XXXII annos, quibus imperium tenuit, bella cum finitimis prope modum continuauit, in quibus illud memorabile propter pugnam Horatorum Curiatorumque singularem est cum Albanis gestum^{m)}. Instituit nouos Salios, qui Collini dicunturⁿ⁾.

m) Liu. I, 22. sq.

n) cf. Gebaueri Diss. de Tullo Hostilio. [Lips. 1720. et in Exercitt. acad. Vol. I. p. 53 — 78.]

§. V.

Mortuo Tullio, ANCVS MARCVS, Numae Pompilii e filia nepos, rex factus, quamquam aitorum imprimis decorum memoria, ad pacem, religionesque constituendas maxime ducebatur, tamen, temporibus reip. flagitantibus, etiam bello clarus exitit; utque bella non gererentur modo, sed etiam iudicerentur aliquo situ, bellicas ceremonias perdidit, iusque Feciale descripsit*), quo res repeterentur, auctore Liuio^{o)}; quod, cum a Numa primo institutum sit, ab Anco auctum meliusque constitutum, credere par est.

6. *Lib. I. Cap. I. De Iurisprudencia antiqua*

est. *Carcerem* **) et *Ostiam* aedificauit, *Salinas* instituit.

*) De *Fecialibus*, peculiaribus Romanorum sacerdotibus, accurate egit *Ant. Clarus Syluius ad leges regias et XII. Tabb.* cap. XII. p. 258. sq. add. *Io. Iensius de Fecialibus populi rom. in Ferculo literar.* L. B. 1717. 8. p. 49. sq. et *Laurent. Arrhenius Specim. acad. de Fecialibus Romanis*, Upsal. 1728. 8.

o) *Liu. I.*, 32. ubi belli indicendi, rerumque repetendarum ritus exponitur.

**) cf. *Ant. Bombardinus de carcere et antiquo ejus usu*, Patavii, 1713. 8. cap. II. p. 48. sq.

§. VI.

TARQUINIUS PRISCUS post hunc a populo regno impositus, qui Tarquinii, Etruriae vrbe, Romanam, regnante Anco, migrarat, amplificatis equitum centuriis^{p)}, centumque in patres lectis, bello inprimis illustratus est; ceterum operibus urbem ornauit, cloacis, tabernis circa forum. Capitoliij fundamenta iecit, *Circum* maximum, *ludos Magnos Roman.* instituit. Scelere filiorum regis Anci interemtus periit.

p) v. *I. F. Gronou.* Obs. III. 25.

§. VII.

SERVIUS TULLIVS autem, rex omnium, plurimis praeclaris institutis, et in rem Romanam meritis, tum etiam humanitate sua, optimus, in omnibus rei Romanae plurimum profuit. Nam censum quidem instituit*), et populum in classes et centurias ex habitu facultatum, et ex censu descripsit: opus pulcherrimum et saluberrimum tanto futuro imperio, et vel pace vel bello, auctore Liuij, decorum^{q)}: ex quo instituto *Comitia Centuriata* manarunt: ac plura egregie instituit**), inprimis autem iudiciorum priuatorum potestatem iudicibus delegauit, publi-

publicorum sibi asseruavit ⁷⁾. Praeterea Pomoerium protulit, remque Romanam mirifice auxit.

*) Io. Guil. Iani de censu Romanorum primo in *Stus Opusc. a Chr. Ad. Klotzio editis*, (Hal. 1769. 8.) p. 31. et Io. Ro. Schnell de vita et rebus gestis *Seruii Tullii*, Basil. 1790. 4.

7) *Liv. I, 42. 43.* vbi eius instituti ratio declaratur.

**) Horum in censum inprimis venit, quod *Seruius Tullius*, auctore *Plinio H. N. XXXIII, 3.* primus de aere signando cogitauerit; vnde recte disputauit *Bal. Branchu Obs. II, 12.* aduersus eos, qui *Iano* vel *Saturno* hoc institutum voluerunt vindicare.

7) *Dionys. H. IV. p. 228.*

§. VIII.

Omnino rex *Tullius* tam popularis fuit, regiamque potestatem minuit ⁸⁾, vt traditum sit, eum in animo habuisse, republica constituta, et legibus red-dita ⁹⁾ imperium deponere, ni morte praeuentus esset, extinctus scelere generi *Tarquini*, qui regnum inde rapuit.

8) *Dionys. H. IV, p. 228.* Vnde *Tac. A. III, 26.* dicit, cum fuisse praecipuum sanctorum legum, quibus etiam reges obtemperarent. Io. *Frid. Hombertgk zu Vach* in *Disl. de legibus Seruii Tullii, quibus et ipsi reges obtemperarent*, Marburgi 1741. eum locum putat pertinere ad foedera cum Latinis populis. Male omnino.

9) *Liv. I, 48.*

§. IX.

TARQUINIUS partum scelere ac vi imperium, scelere, atque crudelitate tenuit, omnibus in Patres plebemque modis atrox: neque leges tam tulit, quam sustulit ¹⁰⁾. Ob haec, stupro a Sexto filio *Lucretiae* illato, incensa plebs, eum, imperio abrogato, regnoque sublato, cum coniuge ac liberis ciuitate exulem esse iussit, lege *Tribunicia* ¹¹⁾ *Iunii Bruti* ¹²⁾. *Capitolium* extruxit.

a) *Dionys. IV. p. 245.*

x) *L. 2. §. 3. D. de O. I. Liu. I, 59. Dionys. Hal. IV. p. 276. sq.*

*) *cf. Christ. Lud. Crell de L. Iunio Bruto, reipubl. romanae auctore, Lipsi, 1721. et in Fasc. Disf. Halae 1775. iunctim editarum; nec non Hadr. Stegeri Disf. de lege tribunitia et inde nato incerto iure ad l. 2. §. 3. D. de orig. iur. Lipsi. 1736. 4.*

§. X.

Ceterum, quamdiu regnatum est Romae, omnis iudiciorum, iurisdictionisque *) potestas penes Reges fuit, qui quidem nihil aliud fuere, nisi summi in rep. magistratus †).

*) Non omnis, nam Romulus ius de leuioribus delictis cognoscendi senatoribus permittit, salvo tamen sibi iure inspiciendi. v. *Adr. van der Hoop Disp. de iis, qui antiquitus apud Romanos de criminibus iudicarunt, Lugd. Bat. 1723. et in Supplem. Thes. Iur. ciu. et can. Meermann. p. 605. sq. cap. I—III.*

†) Descriptio reip. breuis est ap. *Cic. Tusc. IV. init.*

S E C T. II.

De ipsis Legibus Regiis.

§. I.

Quamquam, vti ex superiori intelligi potest, non est dubium, quin, et ab initio, et deinde, multae leges de statu publico latae sint; tamen certum hoc est, ab initio, praeter leges Albanorum, seu patrios mores, et instituta, de rebus priuatorum pauca fuisse latae a): cum pleraque *) in regis, ius dicentis, essent arbitrio b). Ceterum enarrabimus tamen, quae fuere.

a) *L. 2. §. 1. D. de O. I.*

*) Hinc, quicquid fieri vellent reges, id propositis edictis vel per praeconem promulgatis iuebant. Vnde edicto-

edictorum regionum passim fit mentio apud veteres,
v. c. *Liuium* Lib. I. c. 44.

b) L. 2. §. 3. de O. I. Tac. A. III, 26.

§. II.

Ac ROMULI quidem leges praecipue, quas *cu-riatas* fuisse, *Pomponius*^{c)}, et *Dionysius*^{d)} credere iubent, sunt: de confarreatione matrimonii*), et inde sequente potestate maritali; de necessitate matrimonii contrahendi a puberibus^{e)}, educandique liberos; de patria potestate**); de iure patronatus^{f)} ***); de sanctitate parentum^{g)}; de abstinentia mulierum^{h)}; de parricidio; ne ciues sordidas, sellulariasque artes exercerent, sed rei rusticae potius vacarentⁱ⁾. Ceterum Leges Romuli^{k)}, e veteribus auctoribus collectas, explicarunt BALDVINVS, et, qui ceteras regias, VRSINVS, BIPSIVS, PAULLVS MERVLA, alii, et secundum hos HOFMANNVS^{l)} ****).

c) L. 2. §. 2. D. de O. I.

d) Lib. II. p. 97.

*) Praeter *Barn. Brissonium de ritu nuptiar. et Chr. Vlr. Gruppen de uxore romana*, Hanov. 1727. 8. p. 108 — 197. cf. *Herm. Cannegieter Obs. Iur. rom. (L. B. 1772. 4.) lib. IV. cap. 11. p. 424. sq.* et *Io. Car. Ern. Münteri Traß. de matrimonio romano, in specie de confarreato*, Gotting. 1787. 4.

e) *Dionys. IX. p. 580.* νόμον ἀρχαίων vocat: nos Romulū putamus, quod coniungitur cum lege de necessitate educandi prolem.

***) v. *Ge. Christ. Gebauevi Disf. II. de patria potestate*, in *Eius Exercitt. acad. Vol. I. p. 123 — 208.* qui multa docuit luculentius, quam alii scriptores.

f) *Dionys. II, 84.* qui νόμον προδοσίας vocat. cf. *Schubart. de fat. Iurispr. I, 14. Arnald. Var. Coni. I, 4.*

****) Hanc Romuli legem, de patronorum et clientum iure, peculiari eaque docta commentatione nuper illustravit *Henr. Io. Arntzen V. Cl. Obseruatt. Sylloge in Actis litwar. Societatis Rheno - Traiectinae*, Lugd. Bat. 1793. 8. Tom. I. p. 119. sq.

- g) *Fest. v. plorare. v. Ritter V. Ill. ad Heinecc. Hist. Iur. I, 8.*
 h) *Val. Max. II, 1.* [of. *Carl. Gunth. Ludouici Disf. de ritu, osculis explorandi romanarum mulierum abstinentiam a vino, lege Romuli sancito, Lips. 1733. 4.*]
 i) *Dionys. Hal. l. c.*
 k) *Leges Romuli in tabula Martiani, quam spuriam esse docent Schubart. de Fatis Iurispr. Rom. p. 64. et G. Arnald. Var. Coniect. I, 3.* [Singulari tamen libro sententiam Arnaldinam refutare nuper annisus est *Frid. Nath. Volcmarus in Variis, quae ad leges Romuleas et magistratus pertinent, Vratislaviae 1779. 8.*]

****) Raritatis causa addendus est *Ant. Clar. Syllii Comm. ad leges veteres et XII. Tab. Paris. 1603. 4.* Praeterea singulas Romuli leges e Plutarcho, Dionys. Halic. et Liuiio collectas et XII. capitibus comprehensas illustrauit *Andr. Cirino in variis lect. de vrbe Roma, cap. 58.* et in *Sallengre nouo thes. T. II. p. 640. sq.* Tulit adhuc alias leges Romulus, ad sacra potissimum ac matronarum iura et priuilegia pertinentes. Certe legis de honore feminis praestando conditae meminuit *Plutarchus in vita Romuli p. 30. ad quam vid. P. Merula de leg. Rom. cap. IV. §. 21. p. 69. et, qui non de quibuscunque feminis, sed de solis nuptis, intelligendam eam censet Henr. Io. Arntzen, V. Cel. Obs. Syll. cap. I. in Ad. Soc. Traj. Tom. I. p. 116. sq.* Vnde iure nouo constitutum est, vt actione iniuriarum teneatur, qui feminis praesentibus obscena verba protulerit ex *l. 15. §. 21. D. de iniur.* et ne violenter in ius vocari possit mulier, *Val. Max. II, 1, 5.* Proferunt etiam legem Romuli de sanctitate moenium e *Plutarch. quaeft. rom. Tom. II. p. 271. et vita Rom. p. 23.* Sed qui de moenium sanctitate loquitur, *Plutarchus*; nullibi memoriae prodit, Romulum hanc legem sanxisse.

§. III.

NUMA POMPILIUS, anno ordinato^{l)}, has leges inprimis rogauit, vt ne quis ex vite imputata Diis libaret^{m)}; ne quis vino rogam respergeretⁿ⁾; ne pellex^{*)} aram Iunonis tangeret^{o)}; ne pisces quis nisi squamo-

squamofos in polluctum emeret^{p)}; vt Terminus deus esset, quem si quis exarasset, cum bobus diis sacer esset^{q)}; vt Fidei numen omnes metuerent^{r)}; de paricidio in libero homine^{s)}; de patria potestate; et de tempore luctus a vidua obseruando^{t)}; de sepultura fulguriti^{u)}; de discrimine fastorum nefastorumue dierum^{**)}; deque spoliis opimis^{x)}***). Ad eum, seu recte, seu minus, refertur etiam *Lex Regia*^{y)}: de muliere praegnante mortua non ante humanda, quam excisus sit partus^{z)}****).

l) v. Gron. Obs. II, 18. Ernesti V. C. Clau. Cic. v. *Inter-calariis*. [add. Scriptores multi in *Grævii thes. T. VIII.*, et *Io. Theoph. Segeri Diss. pererudita de anno romano*, Lips. 1759. 4.]

m) *Plin. H. N. XIV, 12. XVIII, 12.* [*Plutarch. Num. c. XIV.*]

n) *ibid.* Ea lex Numae regis *Posthumia* dicitur *Plinio XIV, 12.* haud dubie, ab latore. cf. *Scaliger Coll. in Varr. p. 49. Gell. N. A. XVI, 12. Scaliger Catulli locum p. 44.* huc trahit, vbi *lex Posthumiae magistræ* occurrit, existimâtque legem Numae coniuualem fuisse: quod non arbitrer. Neque etiam illud con-
coquere possum, quod *lex Posthumiae magistræ* dictum putat pro *lex Posthumia magistræ*. Ceterum de nomine *Posthumiae* legis confirmor exemplo *legis Horatiae*, de *Caia Tarratia*, *Virg. Vest. de qua infra.*

*) cf. *Herm. Carinegieter D. ad leg. Numae Pompilii de ara Iunonis pellici non tangenda*, (*Lugd. Bat. 1743. 4.*) inserta *Dan. Fellenbergii iurispr. antiquae, Tom. I. p. 331 — 396.* et *Bouchaud Commentaire sur la loi des douze Tables*, (*à Paris, 1787. 4.*) p. 837. sq. Edit. nouisf. (*à Paris 1803. 4.*) Tom. I. p. 617. sq.

o) *Fest. v. Pellex.* [*Heinecc. ad leg. Iul. et Pap. I, 2. 8.*]

p) *Plin. H. N. XXXII, 2.*

q) *Dionys. Hal. II. p. 133. Fest. v. Terminus.* [cf. *Io. Frid. Homberck zu Vach. Thensis, Marb. 1725. 4. p. 146. sq.*]

r) *Dionys. Hal. II. p. 134.*

s) *Fest. v. Parricida.*

t) *Plut-*

- t) *Plutarch. Num.* p. 71. [*Dionys. Hal. II. p. 98. Heinecc.* ad leg. *Iul. et Pap. loc. cit.*]
- u) *Fest. voc. Occisum.* v. *Idsing. Var. Iur. c. 2.* cf. *Kirchmannus de Fun. Rom.* p. 17. sq.
- ***) *Etiam intercisorum*, cf. *Macrob. Saturn. I.* 16. *Ceterum Fastorum sacrorum historiam a temporibus Numa usque ad Decemviros enarravit Iac. van Vaassen Animaduers. crit. ad Fastos Romanorum sacros cura Christoph. Saxii, (Traj. ad Rh. 1785. 4.) cap. II.* p. 30. sq.
- x) *Fest. voc. Opima. Plut. vit. Marcell.* de opimis spoliis autem cf. *Perizon. Animadu. Hist. c. VII. p. 243. sqq.*
- ****) *Iurisiurandi apud Romanos sanctimoniam communis Ictorum opinio ex legibus XII. Tabb. repetit. Quodsi vero fidem habemus fragmento ex veteri Scholiasta ad Virg. Aen. XII, 234. a Casp. Barthio Aduersar. lib. XXXIII. c. 13. p. 1528. prolato, ubi Numa Pompilius, cum sacra Romanis conderet, voto impetrasse legitur, ut omnes dii falsum iuramentum vindicarent: videtur sane iurisiurandi religio a Numā adeoque ab ipsis paene verbis incunabilis arcessenda, atque ex moribus, qui tempore regum obtinuerunt, in XII. Tabb. translata esse. Certe hoc confirmant verba Gellii N. A. VII, 18: iusiurandum apud Romanos inuiolate sancteque habitum seruatumque: id MORIBVS legibusque multis ostenditur.*
- y) *L. 2. D. de mort. inf. cf. Idsing. l. c. 14. [et Zach. Huber Disfertati. Traj. ad Rhen. 1730. 4. p. 545. sqq.]*
- z) *Eius leges ad similitudinem Mosaicarum, aut instituta Pythagorae expressas putarunt quidam. Brunquell. H. I. P. I. c. 1. §. 10. p. 30. [Cf. Car. Frid. Walch Comm. ad Leg. Regiam de muliere praegnanate non humanda: inest Progr. II. de genuina fonte distinct. inter factum animat. et inanimatum.]*
- *****) *Notetur lex Numae: ne quis Deum vel hominis speciem, vel animalis cuius formam habere existimet, de qua cf. Paul. Merula de Legg. Rom. p. 93.*

§. IV.

TULLVS HOSTILIVS tulit de tergeminiis ex publico alendis in memoriam pugnae Horationum^{a)}; de perduellione^{b)}, cuius iudicii ratio in ciuitate Rom. semper mansit. Leges alias quasdam fuisse Tulli certum est. Nam apud Tacitum^{c)} legitur Claudius *sacra ex legibus Tulli regis fecisse*. ANCVS MARCVS praecipue Leges Numae reduxisse et renouasse fertur: in his *ius Feciale*^{d)}.

a) Dionys. Hal. III. p. 160.

b) Liu. I, 26. [v. Guh Ranchini Var. Lectt. l. k. c. 8. in Ottonis thes. T. V. p. 916. Adr. van der Hoop Disp. laud. cap. II. III. in Suppl. Meerm. l. c. et Aug. Frid. Schott Disf. de iudicio Horatiano, Lips. 1777. 4.]

c) Tac. A. XII, 8. Locus Taciti hic est: *Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis, piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda*. Sed quae leges intelligendae sint, non satis conuenit inter Intt. Lipsiis quidem ratio, de piacularibus sacrificiis; propter eadem sororis ab Horatio factam, dandis, interpretantis non placet. Videtur enim lex de incestu fuisse, propter Taciti verba sequentia: *irridentibus cunctis, quod poenae procurationesque incesti id temporis exquirentur*.

d) Liu. I, 32. de Iure Feciali v. Io. Dan. Ritteri Disf. [Lips. 1732. 4.] et Franc. Car. Conradi Disp. [de Fecialibus et iure feciali pop. rom. Helmst 1734. 4. add. Laurent. Arrhenius Specim. acad. de Fecialibus Rom. Upsal. 1728. 8.]

§. V.

TARQUINII PRISCI nulla lex memorabilis exiit. Eo autem illustriora sunt instituta SERVII TVLLII, qui optimas leges vel reduxit^{e)}, vel sanxit^{f)}: in quibus sunt praecipue de iudiciis^{g)}; quinquaginta de contractibus ac delictis^{h)}; de incensisⁱ⁾; de libertinorum ciuitate; de agro publice priuatumue usurpato^{k)}. TARQUINIUS denique SVPER-

BVS.

us^{*)}, libidine et animi impotentia, pro legibus usus est: quas propemodum e rep. sustulit¹⁾. Ceterum admodum singulare est, quod *Legem Horatiam* sub regum aliquo latam, de *Tarratia* virg. Vest. ut *testabilis* esset, inuenimus ap. *Gell, N. A. VI, 7. cf. Plin. H. N. XXXIV. c. 6.* unde apparet, iam sub regibus moris fuisse, ut leges a latoribus nomen acciperent. *Macrob. Sat. I. p. 115^m*).

e) *Dionys. Hal. IV. p. 216. et 220.* [cf. *Henr. Io. Arntzen Obs. Syll. cap. V. in Actis Societ. Traj. T. I. p. 146.*]

f) *Tac. An. III, 26.*

g) *Dionys. Hal. IV. p. 228. cf. tu, Arnald. Var. Coni. I. 17.*

h) *ibid. p. 216.*

i) *Liu. I, 44.*

k) *Dionys. Hal. IV. p. 216.*

*) Sub Tarquinio rege cullei poenam in delictis grauioribus usitatam, post reges eiectos consuetudine seruata, et lege XII. Tabb. parricidis demum adeo propriam factam esse, ut culleus, a Decemuiris primum statutus in eum, qui patrem occidisset, sancitus postea fuerit in matris percussores, ex *Valer. Max. I, 1, 13.* et *Dionys. Hal. IV. p. 260.* eleganter demonstrauit *Henr. Io. Arntzen, V. Cl. Obs. Syll. cap. I. in Actis Societ. Traj. T. I. p. 106. sq.* Vnde, vulgato Ictorum more loquendi, culleum *mori maiorum* tribuit *Moderstinus* in *l. 9. pr. D. de leg. Pomp. de parricid.*

l) *Seruii* quidem *Tullii* leges sustulit. *Dionys. H. Lib. IV. p. 245.*

m) *Tarratiae* meminit etiam *Varro de LL. V. cf. Scalig. Coniect. in Varr. p. m. 92. Plutarch. [in Poplic. p. 101.]*

§. VI.

Leges Regias omnes collegisse et composuisse *PAPIRIUS* *) traditur a *Pomponio*ⁿ⁾. Is, eodem auctore, fuit *Tarquinii Superbi, Demarati Corinthii filii* °), temporibus. Praenomen eius varie editur: *Pomponius* vno loco^{p)} *Sextans*, alio^{q)} *Publium*^{r)}: *Dionysius*

asfus*) autem Caium vocat. Sed maior fides est Dionysio.

*) Papirius potius, Festo et Cicerone auctoribus; nam Appius Claudius Caecus a U. C. 457. primus litteram R. inuenit. cf. Io. Reinold *Historia graec. et latin. litterarum* Etonae 1752. 4.

n) L. 2. §. 2. D. de O. I. [cf. Io. Henr. Mollenbecius de iure Papiriano, Gies. 1697. 4. Io. Gottl. Heineccii *Observatio historica de iure Papiriano ad l. 2. §. 2. et 36. D. de orig. jur. in Opusc. min. Amst. 1738. 8. num. I. quae quidem paene integra concinnata est ex Guil. Grotii lib. I. de vit. Ictar. c. I. suppresso auctoris nomine: et Chr. Fr. Glück, V. Cl. de iure civili Papiriano, Hal. 1780. 8. et in Opusc. iurid. Erlang. 1786. 8. Fasc. II. add. Gerh. Schroeder *Observ. iuris civil. (Hardenouici 1754. 4.) Lib. I. cap. XI. p. 70. sqq. vbi de aetate et nomine Papirii, ac collectione legum ipsa paucis quidem, sed bene disseritur aduersus Ritterum. Nouissime, fidus disciplinae nostrae alumnus, Car. Einertus Exerc. de Papirio et iure Papiriano, Lips. 1798. 4. commentatus est.]**

o) Error hic est*). Nam Superbus non fuit Demarati filius, sed nepos vel pronepos. Quem errorem vt dispellat in Pomponio, *Bynkershoek. in Praetermiss. l. c. per geminationem scribendum putat Corinthii FILIVS h. e. filii filius. Male. Nam Latine non dicitur filii filius. Ceterum nihil emendandum, quoniam non librariorum, sed ipsius Pomponii, error videtur. Auctorum ipsorum errores non corriguntur.*

p) Non est. Optime conicit *Rupertus ad Pomponium lib. I. cap. 3. sub filiis hic intelligi nepotes aut posteros. Ceterum de more, caterua nominum se stipandi cf. Weffelingii Observatt. (Amst. 1727. 8.) lib. II. cap. 21.*

p) L. 2. §. 2. D. de O. I.

q) *ibid.* §. 36.

r) Hac inconstantia Pomponius vt absoluat, *Heineccius Hist. Iur. I, 16. *) cum Cuiacio in L. 2. §. 2. legit in libro sexto: in §. 36. autem: inprimis peritus iuris publ. Papirius. Quae posterior emendatio vt ferri possit, tamen prior facile dissoluitur, propterea, quod hanc dubitationem adfert, quid in quinque prioribus libris expo-*

exposuerit Papirius. Sed v. III. Ritter. ad Heinecc. *Hist. Iur. I, 16.* Perizonius denique **) in *Animadu. Hist., c. II. p. 89. sq.* existimat, hominem a Pomponio dictum *Spurium* fuisse, si per librariorum incuriam licuisset, qui, quod SP. scriptum fuerit nomen, §. 2. alteram litteram, §. 36. autem primam omiserint ***).

***) Perizonio subscriptis *Herm. Cannegieter Obs. Iur. rom. (Franequ. 1768. 4.) libr. I. cap. 15. p. 96. sq.* qui istam Pomponii inconstantiam ita conciliauit, vt de diuersis plane hominibus existimet sermonem esse his scriptoribus, et Papirium Ictum Pomponio, Pontificem Max. Dionysio memorari. Sed a Cannegietero prorsus discedit, et, Pomponium ἀντιστορησιων arguens, Bachii sententiam confirmat *Iac. van Vaassen Animaduers. crit. loc. laud. p. 62. sq.* Eligas, cui dicas: *tu mihi sola places.*

****) Quid? si Pomponius §. 36. simpliciter scripserit: *Papirius*, et, ex geminata ab errante scribae calamo littera, priori eius nominis P. illud praenomen natum sit, eodem modo, vt in fine §. 4. pro: *ex accidenti appellatae*, scribae dederunt: *ex accidentia appellatae.*

5) *Dionys. III. p. 178.* Eius verba haec sunt: *μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων εἰς ἀναστροφὴν δημοσίων αὐτοῖς ἤχθησαν ὑπ' ἀνδρὸς Ἰεροφάντη Γαίης Παπυρίου:* loquitur autem de legibus sacris Numae, quas ante in usum reuocauerat, publice propositas, Ancus Marcius, in usum reducendis, cum rursus euauissent. E quo intelligitur, Papirium collegisse atque proposuisse leges Numae sacras.

§. VII.

C. itaque *Papirius*, regibus eiectis demum, collectionem istam fecit ^o). *Ius Papirianum* inde dictum ^o). In quo tamen non omnes, vti auctor est *Pomponius* ^u), leges regiae, sed eae tantum fuerunt, quae de iure sacro constituissent. Nam ita primum tradit Dionysius, locupletior Pomponio auctor; deinde argumento sunt haec, quod *Papirius* tum Pontifex M. fuit; quod, qui illud ius commentariis illustravit,

stravit, *Granius Flaccus***), tempore Iulii Caesaris, librum suum inscripsit de *Indigitamentis* x), h. e. de ritibus sacris: fragmenta denique iuris Papiriani y) de sacris agunt, ex Flacci commentariis reliqua***). v. *Wesseling. Obs. I, 4. III. Ritter. ad Heinecc. Hist. Iur. I, 16.*

t) *Dionys. Hal. III. p. 178.*

*y) Hoc ius Papirianum *Servio ad Virgilii Aen. l. XII. v. 836.* vocatur *lex Papiria*, quem quidem locum *Servii* aliis, qui de iure Papiriano commentati sunt, praetermissum primus notavit *Cannegieterus Obs. Iur. l. c. p. 101.*

u) *Pomponii* auctoritas, utpote valde interpolati atque corrupti, magna atque grauis esse contra testes locupletes non potest.

**y) Vitam *Granii Flacci* exhibet *Gregorius Majans* in *Commentariis ad XXX. Ictorum fragmenta* (*Geneu. 1764. II. T. 4.*) *Tom. II. p. 129. sq.* adde *Petr. Paul. Iusti Specimen Obseruati. critic. (Vindob. 1763. 4.) cap. XI. p. 29. sq.* vbi inprimis nouum fragmentum ex *Granio Flacco* eruitur.

x) *Censorin. de die natal. c. III. v. Duker. de vet. Ictor. Latin. p. 156.* de *Granio Flacco* autem, eiusque libris, cf. *Carrio Emendat. I, 4. Racuard. de auctor. prud. c. i.*

y) ap. *Macrob. Sat. III, 11. L. 144. D. de V. S.* Ea tamen, quae ap. *Macrob. l. c.* adhuc supersunt, esse potius ex *Flacci Granii* commentario, obseruauit *Wesseling. [Obs. lib. I. cap. 4. p. 13.]*

***y) Omnia haec argumenta mihi quidem nondum sufficere videntur ad demonstrandum contra *Pomponium*, solas sacras leges in iure Papiriano fuisse collectas. *Paulus* quidem in *L. 144. D. de V. S.* ex *Masurii* libro *Memorialium* laudat *Granii Flacci* librum de iure Papiriano. Sed an *Flacci* hic commentarius idem liber sit cum eius *Indigitamentis*, id non puto constare, quamuis vulgo viri docti id contendunt.



§. VIII.

De legibus institutisque Regum adhuc Ciceronis tempore extitere *Commentariū*, quos ille *Commentarios regum* vocat²⁾, repetitque ex iis institutum iudicii de perduellione, quod, e lege Tulli Hostilii, temper mansisse, supra obseruauimus.

- 2) *Cic. Or. pro Rabir. perd. c. 5.* qui libri a quo scripti, non sane constat. Nisi quis forte dicat, esse Pontificum commentarios eos, qui de institutis regum egerint. Pontifices enim in commentarios suos omnia tam sacra, quam profana, instituta, retulisse, multis testimoniis veterum intelligitur. [Neque tamen hi Pontificum commentarii confundendi cum fastis et annalibus. v. *Seneca Epist. 108.* et *Jac van Vaassen Animadu. ad Fastos L. I. c. 3. §. 2.*]

§. IX.

Ceterum, cum omnia in manu regum ius dicentium sita essent, nullus insignis Ictus sub regibus extitit^{*)}, qui quidem ad posteros nomen suum propagarit.

- *) Ego vero nullos plane Ictos istis temporibus extitisse statuo. erat enim status reipublicae plane militaris: versabatur vniuersus populus in summa simplicitate et imperitia, quam describit *Liuius III, 20*: ipsa denique iurisprudentiae forma et iudiciorum, quibus omnia manu a regibus gubernabantur, Ictos non admittebat. Nec peti potest argumentum e lege Romuli de iure patronatus, quod sequiori aeuo Ictis romanis originem dedit. Ex ea enim quamuis patroni tenerentur, clientibus de iure respondere, eosque in ius vocatos defendere: in ipsa tamen illa plurimorum patronorum ignoratione hoc intelligendum est de ratione negotii alicuius rite suscipiendi, ne quid desit, aut superfluit. cf. *Io. Burc. Geigeri Pr. de origine et fatis Ictorum Romanorum, Erlang. 1764. 4.*

CAP. II.

DE

IVRISPRVDENTIA ANTIQVA
POST REGES EXACTOS

VSQVE AD XII. TAB.

SECT. I.

De Statu publico vsque ad XII. Tab.

§. I.

Exactis Regibus anno V. C. CCXLIV. respublica legibus reddita duos *Consules*, Centuriatis comitiis *) & *Lege Iunii Bruti*) creatos, regio imperio, regiisque insignibus **) habuit, summae qui rei praesent, ita, ut de regia potestate nihil deminutum esset, nisi, quod duo pari potestate annuum tantum imperium gererent^b). Qui initio cum sine prouocatione fuissent, et secures fascibus illigatas habuissent^c): *Lege Valeria* ***) de prouocatione secures demtae, prouocatione ad populum concessa, s. firmata. Consulium potestas in rep. administranda, legibus ferendis, bello gerendo, iudiciis, et iurisdictione exercenda, posita erat. Sacrificia autem, a rege olim facta, qui curaret, *Rex sacrificulus* institutus. Ceterum *Quaestores* duo, qui regibus iam adparuissent^d), etiam Consulibus additi. A. V. CCLIII. primum *Dilator*, e lege, ea de re lata, et *Magister equitum* creatus: quod deinde saepe in rebus turbidis factum est. Anno CCLX. *Tribuni plebis*, per secessionem aeris alieni causa, *legibus sacratis* ^e) creati, ut plebi aduersus Patres auxilio essent, intercessione sua, multum potestatem Consulium, Patrumque licentiam, circumscribere coeperunt: his, quasi collegae s. ministri, additi duo *Aediles*

les plebis. Tribuni breui post leges ad populum in comitiis tributis ferre sustinuerunt, et, cum Patres, in Comitiis Curiatis suffragantes, semper rogationes tribunicias impedirent, submotis Patribus, in comitiis tributis leges tulerunt ad solam plebem, ipsique creati sunt, Lege *Publilia*. Ab eo tempore leges tribuniciae plebem agitarunt miris modis. His itaque temporibus leges a Consulibus et Tribunis ferebantur. Iudicia publica, accusante aliquo magistratu, vel Tribuno plebis, ad populum agebantur. Ceterum status reip. vsque ad tempora institutorum Tribunorum plebis, vere aristocraticus erat, his autem creatis, ex democratico, et aristocratico mixtus; omnesque Magistratus e Patribus legebantur ***).

*) Recte quidem. De hac Consulium creatione diserte *Liuius I, 60: duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis* (sc. Lucretio) *ex commentariis Seruii Tullii creati sunt, L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.* Errat igitur *Bachius*, in nota scribens, legem hanc fuisse *curiatam*. Neque ipsam illam legem, qua Romulo imperium datum est, cum *Tacito An. XI, 22. curiatam* dixerim, cum in curias, a quibus leges curiatae nomen acceperunt, populus post regis creationem demum fuerit diuisus.

a) *Lex Curiata* fuit, quae modum potestatis consularis definiuit. Fundus est *Tac. A. XI, 22. Quaestores etiam tum regibus imperantibus instituti sunt: quod lex Curiata ostendit a L. Bruto repetita, mansitque Consulibus potestas diligendi etc.* Ea autem *Lex Curiata* nulla alia est, nisi de potestate regum. v. *Ernesti ad l. c.* [et *Christ. Lud. Crell de Iunio Bruto, reip. rom. auctore, Lips. 1721. 4.*]

**) Cf. *Frid. Henr. Müllius Diss. de insignibus consulum roman. Lips. 1749. 4.*

b) *Liui. II. init. L. 2. §. 16. D. de O. I.*

c) *Dionys. H. Lib. V. p. 292.*

***) Non vna, sed plures a. V. CCXLV. latae sunt: videtur enim *Liuius II, 8.* numero plurali. Nempe
1) de

D) de fascibus, quibus in vrbe Consules sine securibus, his vero demum extra urbem gauderent. II) de provocatione aduersus magistratus ad populum danda, si ciuis ad multam, verberationem, mortem damnatus esset. III) de sacramento (h. e. a quolibet impune occidendo) cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia iniisset. IV) de magistratu iniussu populi non gerendo sub poena capitis. His legibus populo gratissimis meruit cognomen *Poplicolae* seu *Publicolae*.

d) v. Tac. An. XI, 22. L. vn. D. de of. qu. [De quaestorum origine et ratione qui volet cognoscere plura, adeat inprimis *Pighium* in *Annal.* ad a. V. CCXLIV.]

e) Liu. II, 33. *Leges sacratae* dicuntur, quibus sacratur caput eius, qui legem violauerit. v. *Perizon.* *Animadu. Hist. c. X. p. 418.* *Ernesti V. C. Clau. Cic. Ind. Leg.* Ceterum tria tantum harum legum capita fuisse, inter eruditos hodie conuenit: ut quinque tribuni plebis crearentur, ut ii sacrosancti essent, ut e plebe tantum ferent. Quae capita duo adiicit *Sigon. de I. C. R. l. 6.* e sacratis quidem legibus, sed non ex his in monte sacro latis, sunt. v. *Ernesti l. c.* Possit fortassis illud caput non immerito adiaci hisce sacratis, ut tribunis plebis concilium habentibus neque adsint, neque interstrepant patricii, auctore *Dionys. Lib. VII. p. 431.* [De legibus sacratis. extat *Frid. Platneri libellus, Lips. 1751. 8.*]

****) v. *Henr. Io. Arntzenii Miscellan.* (Traj. ad Rh. 1765. rec. ib. 1774. 8.) Cap. IX. p. 99. sqq. vbi de potioribus, quae tempore liberae reipublicae obtinuerunt, Senatus iuribus, h. e. de cura religionis, vectigalium, prouinciarum, legatorum, legum, ac rei militaris, de prorogatione imperii, aliisque bene differitur.

SECT. I.

De Legibus ac Iura post reges eiectos.

§. I.

His temporibus leges regiae exoleuerunt omnes, auctore Pomponio^{a)}; et populus Romanus iterum incerto magis iure^{b)}, et consuetudine ali coepit^{c)}, idque prope XX. annis^{c)} passus est.

- a. h. e. in desuetudinē abierunt. Nam viri docti, v. c. Sigonius, Muretus, Zasius Corasius, alique, (v. *Rupert.* p. m. 67.) qui exoluerunt ad *Legē Tribunicia* referunt, et pro abrogatā interpretati sunt, verbi notionem ac vim non satis obseruarunt. Praeterea reperiuntur primi Consules inultas leges regias nominatim confirmasse, et in usum reuocasse, veluti Seruii Tullii de contractibus. *Dion. Hal. L. V. p. 278. cf. Liu. II. passim.*
- *) Cf. *Ge. Henr. Mylius Pr. de iure Romanor. incerto,* Lips. 1754. 4.
- b) *Liuius IX. 20. Antiam,* ait, *sine legibus certis egisse, iisque petentibus datas ab Senatu ad iura statuenda ipsius coloniae patronos.*
- c) Sine dubio cum *Bynkershoekio Praeterniss. ad Pompon.* legendum *LX. annis,* h. e. vsque ad XII. Tabulas**). Nam quamquam sunt aliqua argumenta, quibus defendi possit lectio vulgaris, ea tamen non sufficiunt, cum *Dionys. H. L. X. p. 627.* ius incertum fuisse tradat vsque ad Leges XII. Tabb.

**) Dic potius, sermōnem Pomponio esse de plebiscitis cum formula sacrandi ante XII. Tabb. conditis, eumque sub viginti circiter annorum spatio intelligere tempus a regibus exactis vsque ad leges sacratas. Suadet hoc tum natia particulae *prope* significatio, quae, uti ex *Cic. Ael. I. in Verr. c. 13.* et *Liuius VI, 2.* discimus, numeralibus adiecta semper paullo minus indicat, quam numero exprimitur, tum *Scholiast. Theophil. Paraphr. ad I. I, 15, p. 148. ed. Reiz.* qui lectionem *XX. annis* in suo libro videtur reperisse. Accedit ratio antiquorum codicum, quae litteris vncialibus fuerunt perscripti. Superuacanea igitur prorsus est lectio *Bynkershoekii.* cf. *Hadr. Steger D. lege tribunitia,* Lips. 1736. 4.

§. II.

Nam quamuis primi Consules nonnullas e Legibus regias reuocassent, et retulissent: tamen omnis iurisdictio, in tanta legum paucitate^{d)}, quas adeo nemo praeter solos patres sciret, sita erat in manu Coll. ex arbitrio ius dicentium, qui saepe etiam le-

ges negligenter; quo fiebat, ut ius incertum quasi fluitaret^{c)}.

d) v. *Dionys. Halic.* L. X. p. 627. qui locus ab omnibus interpretibus male vertitur. Cuiacii interpretationem v. ad L. 2. §. 3. *D. de O. I.* quae tamen neque ipsa vitio caret. - Est sane locus valde obscurus, nisi fere corruptus: de quo forte alibi. [Hoc nusquam fecit Bachius: vnde cf. *Ritterus ad Heinecc. H. l. p. 36. sq.*]

e) Nam, ut Cicero ad *Div. IX, 16.* dicit, omnia sunt incerta, cum a iure discessum est, nec praestari quicquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine.

§. III.

Neque facile erat, illi malo remedium adferre, cum Patres nimium in ista potentia sibi placerent, neque tribuniciis rogationibus cederent: Tribuni autem ipsi legibus suis^{*)} regnum, patriciorum manibus ereptum, in se trahere tenderent^{**)}. Itaque hoc tempore de iure privato nullam fere legem Centuriatam, praeter *ATERIAM TARPEIAM a. V. CCC.* a Consulibus, *de multa a magistratibus dicenda, eiusque aestimatio^{***)}*, *latam^{f)}*, et *Meneniam Sextiam*, nullam Tribuniciam, nisi de iure publica^{g)}, reperimus.

*) Huc facit *Lex Sicinia a. V. CCLX. T. Geganio Macerino, P. Minucio Macerino Coss. a Sp. Sicinio, Trib. pl. de tribunis plebis lata*, v. *Dion. Hal. VII, 1.* add. *Liv. II, 32.* et *Ant. Augustin. de Legg. sub v. Sicinia.*

***) Silentio haud praetereunda est *prima lex agraria a. V. CCLXVIII.* a Consule Cassio lata *de diuidendis inter plebem agris hostibus ereptis*, v. *Dionys. Hal. L. VII. p. 544.* *Livius II, 41.* et, qui legis historiam fufius eruit *Vlr. Obrecht de lege agraria in Disfertatt. selectar. librc. (Argent. 1704. 4.)* Peperit enim creberrimas patricios inter et plebeios discordias, perpetuamque fere tribunis plebis causam praebuit rixas ciendi. Hanc primam legem agrariam, paucis legum romanarum

narum scriptoribus obseruatum, multae aliae deinceps infecutae sunt, quarum indicem locupletissimum nuper composuit *Chr. Gottl. Heyne*, V. Cel. in *Pr. de legibus agrariis*, Gotting. 1792. f. et in *Opusc. acad.* Gotting. 1796. m. 8. Vol. IV. p. 350. sqq.

***) Hallucinantur, quotquot romani iuris antiquitates confarcinarunt. Fuerunt quinque diuersae leges de multis Romanorum, quas cursum exponemus. Lata primum est a. V. CCXLV. *lex Valeria* a Poplicola, auctore *Plutarcho* in *eius vita* p. 103. de multa ad maiestatem consulum tuendam. Hoc ius deinceps a. V. CCLXII. T. Geganio Macerino et P. Minucio Conf. ad tribunos extendit *Caecilius*, trib. pl.: nihil tamen de modo statuit, v. *Dionys. Hal.* L. VII. p. 431. Legem *Caeciliam* excepit *lex Cornelia*, a. V. C. CCLXXVIII. Sp. Serbilio, A. Virginio Conf. lata, qua ad certum pecoris numerum multa reuocata est. v. *Dionys. Hal.* L. IX. p. 556. et *Linus* II, 52. *Confidiam* sequitur *lex Tarpeia* — de nomine enim, quod ab altero collega induit, adhuc sub iudice lis est — eaque a. V. CCC. multae dicendae potestas, quae antea Consulatum erat, cum omnibus magistratibus communicata, ac modus additus fuit, praescripto pecorum pretio. Successit tandem *Papiria Iulia* a. V. CCCXXIV. L. Papirio Crasso, L. Iulio Conf. de aestimatione multarum, qua de modo multandi cuique magistratui ex delicti specie concessio cautum fuit et quam memorat *Bacchius* L. II. c. II. §. 9. Sed omne hoc de legibus Romanorum multatitiis argumentum optime exposuit *Christian. Crusius* *Comm. de originibus pecuniae a pecore ante nummum signatum* (Petropoli 1748. 8.) cap. VI. p. 103. sq.

f) *Dionys. Halic.* L. X. p. 674. vt omnibus magistratibus liceret multam dicere iis, qui sibi dicto non essent audientes, vt *grauissima multa non excederet duas oues, ac triginta boues*: (apud *Dionys.* l. c. enim ex aliis veterum locis, [inprimis *Plutarcho* in *vita Poplicolae*, vbi legitur: δύο πρόβατα, καὶ πέντε βόες,] emendandum sine dubio est δύο πρόβατα καὶ τριάκοντα βόες v. III. *Ritter. ad Heincc. Hist. Iur.* I, 21.) vtque ouem denis, bouem centenis assibus redimere liceret. Hanc legem illustravit *Io. Kcolius* ad *legem Ateriam*

Ateriam Tarpeiam [Disfertat. de multis] in *Otton. Thes. Iur. T. V.* [p. 1521. sq.] cf. *Briſſon. Sch. Ant. I, 3.* [et *Georg. d'Arnaud Var. Coniect. I, 16.* qui *Koolium* reprehendit.]

- g) Veluti *Lex Publilia Liu. II, 56.* vt comitiis tributis crearentur tribuni plebis; *Isilia Dionys. VII, p. 432.* vt tribunis pl. concilium habentibus non obſtreperent patres; *Isilia, de Auentino publicando, Liu. III, 32.*

§. 17.

Enim vero plebs, Tribunique regnum patriciorum iudiciale non amplius ferre, conſulare imperium nimium, nec tolerabile liberae ciuitati, dicentes: exactationem igitur iuris ac libertatis poſtulare; inprimis auctore C. Terentillo Arſa Trib. pl. **LEGE TERENTILLA a. V. CCXCIII. lata** *), vt quinque viri crearentur legibus de imperio conſulari ſcribendis^{b)}. Cui legi cum Patres diu reſtitiffent, fruſtraque tribunicii impetus conſumti eſſent; tandem, ira ad preces verſa, Tribuni orare, vt ne diutius obſiſterent vtiliſſimae legi, ſi plebeiae leges diſplicerent; at illi communiter legum latores, et ex plebe, et ex patribus, qui vtriſque vtilia ferrent, quaeque aequandae libertatis eſſent, ſine-reat creari. Rem non adſpernabantur Patres: daturum leges neminem, niſi ex Patribus, aiebant¹⁾. Cum de legibus conueniret, de latore tantum diſcrepare²⁾: a. V. CCC. SCto, cui acceſſit plebiſciturum¹⁾, tres legati^{m)} in omnem Graeciamⁿ⁾ *****) miſſi, iuſſi inclitas leges Solonis deſcribere, et aliarum Graeciae ciuitatum inſtituta moresque noſcere^{o)}.

*) Haec de quinque viris creandis legem, quae, renitentibus Senatu et Conſulibus, non perlata fuit, Terentillus ille, populi querelis motus, iam rogauerat a. V. CCXCIII. Inſequenti anno ſuadent Tribuni, vt Decemviri eligantur a plebe, qui conſcribant corpus legum promulgandarum, ſecundum quas magiſtratus iudicent. Sed aduerſabantur patricii, negantes, a ſola plebe talem legem ferri poſſe. Magna tum animorum acer-

bitas atque contentio. Vnde nihil sancitum. Tandem a. V. CCC. Scitum conditum, cui plebiscitum accessit, ut tres legati in Graeciam mitterentur, iisque reuerfis, de modo legum ferendarum ipsisque legumlatoribus conveniret. Ceterum cf. *Car. Ludov. Vollandi Diss. historias decemviratus quaedam ἀποσπασμάτια e Livio et Dionysio*, Lips. 1736. 4.

h) *Liv. III, 9.*

i) *Liv. III, 31.*

k) Quare absurdum est, reprehendere Romanos, quod peregrinas leges petierint, cum aliter res nullo modo expediretur. Sed causam contra eiusmodi cavillatores pro Romanis eleganter dixit *Iac. Voorda Oratt. II. de prudentia Rom. in condendis XII. Tab. Legibus*, ad calcem *Electorum*, [libri singularis; Traj. ad Rhen. 1749. 8.] subiecta. cf. *Otto Diss. de Leg. XII. Tab. c. 1.* [Ei. *Thesouro Iuris* T. III. praefationis loco praefixa.]

l) *Dionys. Halic. L. X. p. 675.*

m) *Pompon. L. 2. §. 4. D. de O. I. decem* missos scribit; qui locus propterea varie emendatur ab interpretibus: sed, antiquam emendationem esse, patet inde, quod in *c. Moyses dist. 7.* eadem reperitur**), adeoque hic error Pandectarum compilatoribus, vel ipsi adeo Pomponio, attribuendus esse videtur. Vbi autem error librorum dici non potest, sed auctoris ipsius, non emendandum, sed adnotandum esse docet *Perizon. Animadu. Hist. passim***)*. Aliter defendit Pomponium *Rupertus p. m. 75.*

**) In isto canone ne verbum quidem de decem legatis, sed diserte de Decemviris legum scribendarum causa creata a populo.

**) Verba Pomponii: *petere leges a Graecis civitatibus*, *Lud. Ern. Ios. Püttmannus Probabil. Iur. Civ.* (Lips. 1768. 8.) Cap. VI. p. 51. intelligit de transcriptione legum in XII. Tabb. ut adeo, quemadmodum dicitur *mos a maioribus petitus pro more a maioribus recepto, nomen ab altero petitum pro nomine alterius adscito*, ita hic plane non sit sermo de legatis, sed de Decemviris, eorumque laboribus post legatorum reditum. Mihi quidem videtur Pomponius compendio usus esse.

Scimus

Scimus enim, tres illos legatos reuerfos in numerum Decemuirorum relatos esse praemii causa.

n) Igitur etiam Lacedaemona; v. *Schubart. de fat. Jurispr.* II, 23. seq. quod perperam, et ratiunculis absurdis, negat *Heinecc. Hist. Iur.* I, 24. *) alique, et in ceteras Graeciae, etiam Magnae, ciuitates: v. *Rupert. ad Enchiridion Pompon.* p. 76. Exemplum Laeon. Leg. est tutela legitima: [vnde Lycurgi disciplinam in XII. Tab. deriuat *Car. Louardus ad Legem Gliciam, Dresdae 1762.* 8. p. 18. sq.] At Romani partim erant oriundi e Sabinis, qui, Spartanorum coloni, multa inde instituta tenuere. *Otto* tamen in *Disf. de Leg. XII.* multis rationibus pugnat, nullas a Lacedaemoniis leges petitas esse ****). Ceterum ridicula est et absurda fabula, quam *Glossa* ad L. 2. §. 4. *D. de O. I.* refert; missum a Graecis Romam esse sapientem, qui exploraret; vtrum Romani digni essent legibus suis: quam ex *Marantae Spec. aur.* p. 3. n. 2. et sq. refert *Hahnus Or. de usu chronolog. in iur. in Wilingii jurisprud. reslit.* (Amst. 1727. 8.) Tom. II. p. 193.

****) Media quasi via incesfit *Herr. Io. Arntzenius Specim. Obseru.* (Leouardiae 1761. 8.) qui cap. XII. p. 90. sq. Lacedaemoniorum iura, receptis in urbem Sabinis Spartanorum quippe colonis, Romae iam sub Regibus inualuisse, et tanquam patria Romanorum instituta vna cum legibus regis in XII. Tabulis perscripta, adeoque ex iure Quiritium antiquo depropta, non a Lycurgo per legatos expetita esse, contendit, simul vero etiam argumenta ab Heineccio proposita non sine elegantiae laude profligauit.

*****) Factam a Romanis in Graeciam legationem post *Io. Bapt. Vicum*, Ictum Neapolitanum, in libro: *Principi di una Scienza nuova intorno alla natura delle Nazioni*, sub initium superioris saeculi conscripto, negarunt, cum *Bonamicus*, Gallus, in *Memor. Academ. litterar. Parisn.* T. XII. p. 27. sq. tum *Ganassoni*, Italus, in *peculiari commentario* paucis obhinc annis edito: sed recte eos notauit *Bulardus*, Notarius Parisiensis, in *Obseruationibus ad Opusculum illud Schombergianum*, quod Londini 1785. 8. impressum ex anglico in gallicum idioma conuertit: *Précis historique*

florique et chronologique sur le droit romain, (à Paris 1793. 8.) p. 126. sq. et vero etiam profus refutauit *Stramigioli, Abbas, in Dissert. intorno al trasporto delle romane leggi delle XII. Tavole, della Graecia. (Napol. 1791. 4.)* Ceterum de veteribus, quos Graecia habuit, legumlatoribus magno, ut solebat, doctrinae apparatus exposuit *Chr. Gottlob Richter* in *Animadversionum Speciminibus. (Hamburgi 1791. 8.)*

o) *Liv. III, 31.*

§. V.

Reuerſis, cum iuris Graeci copiis, legatis, a. V. CCCII. creantur DECEMVIRI legibus scribendis, omnes e Patribus praediti summo et infinito imperio^{p)}, prouocatione, et Tribunis plebis, ceterisque magistratibus, sublatis. Hi e iure Graeco, vsi interprete, Ephesino exule, HERMODORO^{q)}*), exque patriis moribus^{r)}, Faliscorum legibus^{**)} leges nouas, ciuitati suae aptas, scripserunt, et anno sequente in X. tabulis^{s)} promulgatas, in comitiis centuriatis pertulerunt^{t)}.

p) *Liv. III, 32.*

q) *Plin. H. N. XXXIV, 5. Pompon. L. 2, §. 4. D. de O. I.* Inde Romani arguuntur etiam stultitiae, imperitiaeque ab imperitis inepte, nominatim *Brunquello Hist. Iur. 1, 3, 5.* Sed Hermodorus non fuit interpret verborum Graecorum, quae ab Romanis Decemviris satis intelligebantur, sed sententiam, ac rationes legum explicauit, quas ille, princeps Graeciae ciuitatis cum esset, optime scire deberet. Propter hoc beneficium ei statua a Romanis publice posita est. Decemviorum autem sapientiam *Cicero Or. I, 44.* satis defendit. Ceterum *Strabo Lib. XIV. p. 951. ed. nouiss.* dicit: *δουσι δ' ἄτος ὁ ἀνὴρ νόμος τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι. h. e. scribendis legibus quibusdam adfuit, non ipse conscripsit.*

*) De Hermodoro cf. *Schubartus de fatis iurispr. II, 33. 34. Rittershufus in Prolegom. ad XII. Tab. cap. I. et Meranus de acuitate, in Oper. Tom. I. p. 71. sq. add. Argid. Menagius ad Diogenem Laert. IX, 2. et Lud.*

Lud. Ern. Ios. Püttmannus de legislatore Ephesino in Probab. Iur. Lips. 1768. 8. Lib. I. cap. 1. §. 3.

r) Exemplum est in lege de patria potestate, sanctitate patronorum, aliis. cf. *Dionys. Halic. L. II. p. 97. L. X. p. 681. et Salmas. de soenor. trapezit. in praefat.*

***) In XII. Tabb. etiam fuisse capita ex legibus Falisicorum refert. *Servius ad Virg. Aen. VII, 695. cf. Gerh. Schroederus Obs. iur. civ. (Harderou. 1754. 4.) lib. I. c. 10. Sed in iure fœciali potior est auctoritas Livi I, 32. qui non Decemuiros, sed Ancum Martium a Faliscis id petiisse commemorat.*

s) *Pomponius L. 2. §. 4. D. de O. I. tabulas eboreas fuisse tradit***); sed legendum roboreas cum Scaligero, vel aereas cum Ruperto ad Enchirid. Pompon. p. m. 80.*

)) Praeter Scaligerum et Rupertum diligenter hunc locum commentatus est *Corn. van Bynkershoek in Praeterm. ad l. 2. D. de O. I. p. 22. sq. Qui nuper hanc quaestionem excussit, Aug. Frid. Schottus in D. vindictae Pomponii de materia XII. Tabb. in cap. II. §. 4. II. de O. I. inf. Eius Opusc. iurid. (Lips. 1770. 8.) p. 257 — 271: is nihil mutandum existimavit, cum Pomponium statuat loqui de primis decem tabulis in ebore propositis ab ipsis Decemuiris; *Liutium III, 57. de omnibus, adeoque duodecim tabulis in aes incisus et a Consulibus post eiectionem Decemuiros publicatis: in quam sententiam vidi ante ipsum iuisse Iac. Gothofredum. Sed utriusque obstat Dionys. Hal. L. X. p. 681, qui diserte dicit, decem Tabulas aeneas fuisse. Adversus Schottum disputavit Gottlieb Wernsdorff in Obs. de materia XII. Tabb. ad loc. Pompon. ex Enchiridio l. 2. §. 4. de Orig. Iur. Vitemb. 1772. 8. qui, defensa lectione Scaligeri, Decemuiros roboreis tabulis adeoque more antiquitus solito leges suas censet proposuisse, et Dionysium *πρόληψως* inculcat. Audacter, neque addita causa. Nouissime huic sententiae subscripsit Buchaldus in *Disertat. praelim. de legibus XII. Tabb. quae reperitur in Commentaire sur la loi des douze Tables, (à Paris 1787. 4.) P. I. Sect. I. p. 19. sq. et edit. nouiss. (à Paris 1803. 4.) Tom. I. p. 21. ita tamen, ut ab omni crisi Pomponium liberet. Contendit enim, Pomponium, qui eboreas tabulas fuisse tradit, suae aetatis, qua leges ac publica monumenta ebore

ebore et marmore insculpta vidit, aliquam rationem habuisse. Bene quidem: sed res nondum confecta. Neque enim quaestio de legibus *duodecim*, sed *decem* tabularum mouetur. has primum eboreas fuisse constat. Easdem Dionysius aeneas vocat, saluo Pomponio. Scimus enim Romanorum leges in loco publico bis fuisse exhibitas. Expositae primum, ut publico examini submitterentur, — legis *promulgatio* audit — ac, misso dein in suffragia populo, perlatae, legis vim demum nancisciebantur. Promulgatio ista legum decemviralium eboreis tabulis, confirmatio aeneis facta est ad perpetuitatem. De illa Pomponius, de hac Dionysius locutus videtur: sic nulla lis, nullum dissidium. Certe concordiae hoc modo instaurandae periculum fecit *Iac. de Rhoer in Feriis Dauentriensibus* (Trai. ad Rh. 1758: 8.) cap. XXVIII. p. 247. sq. quem consulas.

§) *Liu. III, 34.*

§. VI.

Cum autem duae adhuc deesse putarentur tabulae, quibus adiectis absolui posse velut corpus omnis Romani iuris: CCCIII. anno iterum creantur Decemviri, in quibus princeps erat Appius Claudius*). Qui cum impotenter, libidinosaque imperium exercuissent, ac duabus tabulis adiectis, etsi nondum perlatis, exactoque anno, nullis comitiis habitis, magistratum sibi continuassent: tandem libido Appii**) plebi causam in montem Aventinum secedendi dedit, effecitque, ut, Decemviris abire magistratu coactis, libertas reip. rediret, Tribuni pl. restituerentur, et consules crearentur L. VALERIVS, et M. HORATIVS**), a. V. CCCIV. qui leges decemvirales, quibus *tabulis duodecim* est nomen, in aes incisas, in publico proposuerunt³⁾.

*) Vnde occasionem nactus, est *Ern. Mart. Chladenius* elegantem conscribendi Prolusionem de gente *Claudia* eiusque meritis in iurisprudentiam, Vitemb. 1770. 4. Duo tamen erant, quae in legibus XII. Tabb. represent-

hendebantur. laborabant nimirum breuitate et subtilitate, *Gellius* XX, 1. deinde plurimae erant species, de quibus in tabulis nihil constitutum. Opus igitur erat viris, qui interpretarentur leges breuissimas. Surrexerunt a conditis statim tabulis iuris periti, qui hanc prouinciã in se suscipiebant. Sic Appius Claudius, vnus ex Decemuiris legum ferendarum, primus esse videtur, qui Iurisconsulti nomine insigniendus sit. Refert certe *Pomponius* l. 2. §. 36. *D. de O. I.* eius maximum consilium in XII. Tabulis scribendis fuisse, *Liuius* V, 3. appellat eum non promptum ingenio tantum, sed vsu etiam exercitatum virum, licet alias Appii Claudii, tanquam hominis pessimi, mores accusentur ab eodem III, 44.

u) *Liui.* III, 44.

x) *Liui.* III, 55.

y) *Liui.* III, 57.

§. VII.

Sic itaque absolutum erat corpus iuris Romani: quod nunc quoque, inquit de suo tempore *Liuius*^{u)}, in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo, fons omnis publici priuatique est iuris: quas leges veteres^{a)} impensis laudibus efferunt, omnium autem maxime *Cicero*^{b)}. *Fremant*, inquit, omnes licet: dicam, quod sentio, bibliothecas mehercule omnium philosophorum vnus mihi videtur XII. tabularum libellus, si quis legum capita ac fontes viderit, et auctoritatis pondere, et utilitatis vbertate, superare. Hodie autem, si quis origines iuris ciuilis, cuius in Pandectæ sunt reliquiae, ac progressus viderit, ad Iurisprudentiam recte et ordine imbibendam, animoque complectendam, maximus earum vsus est, summa necessitas. Quare etiam *Cuiacius*, harum rerum acutissimus auctor, et exiliminator intelligentissimus, ab iis studium Iuris Ciuilis exordiendum esse, iure meritoque exilimauit^{c)}.

z) *Liui.* III, 34.

a) v.

- a) v. *elogia veterum* ap. *Iac. Gothofredum ad XII. Tabb.*
 b) *Or. I, 44.*
 *) *Idem censuit Eu. Otto praef. Tom. III. thes. iur. p. 46.*
et Bauius Voorda filius Orat. de arte legislatoria ex ta-
bulis Romanorum decemviralibus comparanda, Francqui.
 1763. 4.

§. VIII.

Cum autem XII. tabulae maximam partem e iure Graeco desumptae sint; earum intelligentiam multum iuuat Graecarum legum institutorumque scientia^{c)}.

- c) Quare ius Graecum cum Romano a multis doctissimis Viris, nominatim a *Pratio, Salmasio, Heraldio, Conr. Rittershusio*, comparatum est. Ipse autem *Cic. de Leg. II, 23.* docet, ex Atticis legibus fieri interpretationem XII. tabularum oportere. Ad hanc rem faciunt etiam *Meursii* scripta de iure Graeco, *Petiti* Comm. de *Legibus Atticis*, ac *Nic. Cragii de rep. Lacedaemon.* libri, [in *Gronouii Thesauro* T. V. p. 2497. sq.]

§. IX.

Quaeri non absurde potest, vtrum omnes leges regiae, quae vim habere auctoritatemque deberent, in XII. tabulas relatae sint: an vero etiam nonnullae inde exclusae, quae tamen ius suum obtinerent, quoniam veterum sunt testimonia quaedam, leges regias etiam post XII. tabb. commemorantium. Equidem magis inclino in eam sententiam, vt nullas alias amplius valuisse rear, nisi quae essent XII. tabulis comprehensae, atque adeo omnes relatas in XII. putem, quae adhuc essent obseruandae^{d)}.

- d) Nam quod *leges regiae* nominantur in rep. libera, et etiam sub Imp. id sit memoriae originum causa, v. c. *Liu. VI, 1. XXXIV, 6. Tac. A. XII, 8. L. 2. D. de mort inf. Plin. H. N. XIV, 12.* aliisque in locis. *Locus Lii. XXX V, 6.* haud dubie huc pertinet, quamvis alii negent.

§. X.

§. X.

Quamquam XII. tabulae aereae adhuc Cypriani aetate integrae extiterant^{e)}: leges autem, Iustiniano imperante, in Caii dodecadelto^{*)}: tamen hodie tantum fragmenta, e veteribus scriptoribus collecta, supersunt.

e) Cyprian. Ep. II, 2. [edit. Pamd.]

*) Laudant Nicol. Antonius Biblioth. Hispan. (Rom. 1696. II. T. f.) Tom. I. p. 84. et Fabricius in Bibl. lat. Vol. III. p. 786. sed edit. nouiss. p. Hispani ICTi, Antonii Cabreros de Auendano interpretationem ad Caium ICTum ad leg. XII. Tabb. (Madrid. 1638. 4.) quam nondum vidi.

§. XI.

Leges XII. commentariis illustrarunt, e veteribus quidem ICTis, SEXTVS AELIVS^{f)}, L. AELIVS^{g)}, L. ACILIVS^{h)}, ANTISTIVS LABEOⁱ⁾, CAIVS praecipue^{k)}; e recentioribus autem praecipui collectores et interpretes sunt, FR. BALDVINVS, IAC. RAEVARDVS, MARCILIVS, ANT. AVGVSTINVS, et omnium princeps IAC. GOTHOPREDVS in *Quatuor Fontibus Iuris Ciuiliis*. IAN. VINCENTIVS GRAVINA, quamquam compilator, tamen tironibus commendari meretur in *Originibus Iuris Ciuiliis*. Verba legum, et formulam scribendi veterem, vt restituerent, imprimis laborarunt IO. NIC. PVNCGIVS^{o)}, et BAETH. BRANCHV *Obseru. Iur. Ciu. Vol. II.*^{l)} ^{o)} Nonnullorum capitum interpretationem et historiam exequitur IDSINGA in *Variis Iuris Ciuiliis, Harlingae*. 1738. 8.

f) In *Tripertitis Iur. Ciu. L. 2. §. 38. D. de O. I.*

g) Cic. *Leg. II, 23.*

*) L. Aelium Iust. Lipsius lib. I. Ep. quaest. c. 7. eundem putauit cum Sexto, cum tamen sit ille, cui cognomen

C

Prac-

Praeconini. Pomponius habet: *Publ. Aelius.* De familia Aeliorum v. *Rupertus ad Pompon. Enchir.* III, 4. Consulenda praeterea *Io. Theoph. Segeri Legum XII. Tabb. et Pandectas brevis collatio in Misc. argument. iur. civ.* Lips. 1768. 4. *Obs. I. nec non Car. Ferd. Schmidt, Viri Cel. mihi que amicissimi Pr. de M. Terentio Varro Legg. XII. Tabb. interprete,* Viteb. 1794. 4.

h) *Cic. Leg. II,* 29.

i) *Gell. N. A. I,* 12.

k) In *Dodecadello*, e quo libro multae in Digestis sunt reliquiae. De aliis, qui e veteribus commentarios scripsisse dicuntur, non satis certum est. v. *Schubart. de fat. Iurisprud. Ex. II. p. 255.*

***) In *Tr. de pueritia latinae linguae*, (Marpurgi 1721. 4.) *Cum Balth. Branchu in Obs. ad Ius Rom.* (L. B. 1721. 8.) *Dec. I. cap. X.* dubia quaedam mouisset: huic respondit peculiari scripto, quod sub titulo: *Spicilegium literarium, quo ressa probatur legum decemuiralium restitutio*, Marp. 1723. 4. prodiit. Tandem edidit *Commentarium ad duodecim Tabb.* (Rintelii 1744. 4.); in quo antiquissimam legum illarum lectionem exhibuit et multa praeclara obseruauit.

l) Id etiam tentauit, tum in XII, tum in legibus regijs, efficere *Terrassonus V. C. Histor. Iurispr. Rom. I.* [§. 8. p. 61. sq.] qui rationem dicendi praescam, in regijs, ac XII. tab. legibus, adhibitam, perperam linguam *Oscam* adpellat, ac prae se fert, linguam istam *Oscam* ad certam formulam sese redigere.

***)) His accensendi sunt: *Ant. Clari Sylvii, Aduocati Parisiensis, Comm. ad leges regias et XII. Tabularum mores*, (Paris. 1603. 4.) et *Contr. Rittershufii Dodecadeltos, sive in XII. Tabb. leges commentarii noui*, (Arg. 1616. Ed. alt. *ibid.* 1659. 4.) ubi plurima ad ius spectantia bene recensentur et iura romana cum atticis diligenter conferuntur. Hunc quidem recentissimus legum decemuiralium interpres, *Matth. Ant. Buchaldus, (Houchaud) ICTus et Antecessor Parisinus*, aliis iam scriptis, *Comment. Acad. Inscript.* passim insertis, clarus, *Commentario ad legem XII. Tabularum*, (*Commentaire sur la loi des douze Tables*) nitidissimis chartis et typis impresso editoque (Paris. 1787. 4. Edit. altera, insigniter aucta, *ibid.* 1803. II. Vol. 4.)

ea in re feliciter fuit imitatus. Integrum commentarium ad XII. Tabb. Iuuenis olim promiserat *Sacco Herm. van Idsinga praef. Var. Iur. Ciu. et cap. XVI. p. 139.* quem lucem non vidisse eodem iure dolemus, quo hunc bonae frugis librum miramur non inuouisse Buchaldo, laudatis ab eo recentioribus interpretibus fere omnibus, ne illis quidem, qui gregatim pascuntur, exclusis. Nouissime tandem prodire *Leggi delle XII. Tavole; esaminata secondo i principj del diritto pubblico e lo stato della Repubblica Romana, dell' Abbate Lodovico Valeriani, Volume primo, Roma 1796. 4.* Ceterum historiam harum legum optime exposuit *Eu. Otto Disf. de legibus XII. Tabularum, praemissa Tomo III. Thes. Iur. Ciu. et adiecta eiusd. Comm. Inst. edit. German: nuper etiam concinnauit Aloyf. L. B. a Locella Pentamin. ad illustrandas leges XII. Tabularum, (Viennae 1754. 4.) p. 1 — 51.*

Ceterum perquam utile, siue potius necessarium esse, duximus, ipsa XII. tabularum capita, quoad quidem hodie superiunt, e Gothofredo, subiicere; cum omnis Rom. iuris origines contineant, ac, sine earum scientia, mediae Iurisprudentiae capita; quae nihil aliud sunt, nisi istarum tabularum supplementa, recte intelligi non possint*). In quo quidem diligenter commendatum esse tironibus velimus cognoscendarum XII. tabularum studium.

*) Huc faciunt *Ricardi Viti, Basinstochii, ad leges decemvirorum in duodecim tabulis, Institutiones Iuris civilis in quatuor libris, primam partem Digestorum in quatuor libris notae iuris interpretati, Atrébat 1597. 8.* Est liber rarissimus; frustra expetitus a *Gerh. Meermanno* in conspectu litterario. Caue putes inueniri notas ad *Institt. et Novae*: nam capita XII. Tabb. explicat tantum secundum seriem *Institt.* et τῶν πρώτων: plura non dedit *Ric. Vitus*, natiuitate *Basinstochius*, Anglus, Prof. Pandect. in Acad. Duacena. Vehementer igitur errat, qui ex eo duos eosque diuersos commentatores finxit, *Buchaldus Comm. suo p. 195.* et Edit. nouiss. *Tom. I. p. 216.* scribens: nous ne parlons ni de *Iean Oldendorp*, ni de *Ricard Vitus*, ni de *Basinstochius*, ni de *Clarus Syluius*, κ. τ. λ.

PARAPHRASIS,

I. Si quis aliquem in ius vocet, vocatus statim sequitor.

Si in ius vocatus non sequatur, qui vocabit, testes ante adhibeto: et tum in ius vocatum sistere ei ius esto.

Si et tum in ius vocatus moretur, frustretur, fugamue adornet, manum ei iniicere ius esto.

Si imbecillitas, aut inualentia quaedam, aetate senilis impedimento fit, quo minus vocatus in ius sequatur, qui in ius vocabit, vocato vestibulum, seu vehiculum, quod adiunctis pecoribus trahetur, dato: si nolet is, qui in ius vocabit, vocato petenti plaustrum undique testum, munitumque sternere ne cogitor.

II. Si tamen fit aliquis, qui in ius vocatum, vel presum defendat, dimittitor.

Ceterum locupleti vindex locuples esto: pauperi, prolem tantum Reipub. sufficienti, quilibet vindex esto.

Item si de re transactum fuerit inter vocantem et vocatum, dum in ius venit, ita ius ratumque esto.

III. Si neque vindex aliquis fit, neque de re in via transactum fuerit, tum in Comitio, aut in foro Praetor causam cognoscito, ante meridiem, cum ambo litigatores praesentes perorant.

Post meridiem, etiamsi unus tantum praesens fit, praesenti actionem dato, iudiciumque constituito.

Sole occidente supremus terminus iudiciorum esto, seu iudicia soluuntur. Ad Solem proinde occasum Praetor ius reddito.

TABVLA II.

De Iudiciis et Furtis.

De Iudiciis.

I.

Numae.

R.

II.

— VADES SVEVADES —
extra quam si MORBUS SON- TICVS — — — VOTVM * absentia * Reipublicae ergo, AVT STATUS DIES CVM HOSTE intercedat: nam si QUID HORVM PVAT VNVM * IVDICI ARBITROVE REOVE, EO DIE DEFENSVS ESTO.

CVI TESTIMONIUM DE- FVERIT, IS TERTIS DIE- BUS OB PORTVM OBVA- GLATVM ITO.
De Furtis I de nocturno fure.
SI NOX FVRTVM FAXIT, SIM ALIQUIS OCISIT, IVRE CAESVS ESTO.*

Caii lib. I. ad leg. XII. rabb. cuius pars posterior huic secundae tab. responderet.

* Numae R. lex II. Tab. II. Capito apud Festum verb. Reus.

* Cai. I. 233. §. I. no de V. S. * Cai. I. 6. n. si quis caut.

* al. vitium ut supra Tab. I. l. I. Si morbus acuitas vitium escit.

Labo Lib. de XII. tab. II. De furtis egit Gell. XI. 18.

Si

PARAPHRASIS.

Iudicio constituto, iudiceque adito, vades et subvades iudicio sistendi utrimque dantor, iique sistere tenentor: nisi morbus vehementis vim graviter nocendi habens, votum aliquod, absentia Reipublicae ergo intercedat, aut constitutus sit dies cum peregrino: nam si quid horum fuerit, et obuenerit iudici arbitrare, vel reo, iudicii dies differatur.

Qui testimonium denunciare volet, is trinuindino, id est, ter intra XVII. dies ad domum eius, cui testimonium denunciat, denunciatum ito.

Si nobis furtum fiat, furem autem aliquis occiderit, impune esto.

2. de diurno.
1. manifesto.

si luci furtum faxit, sIm ali-
quis endo ipso capsit, ver-
berator, iLique, cui furtum
factum escit, aDicator.

seruus, virgis coesus, saxo
delcitor:

inpubes, praetoris arbitrato
verberator, noxiamque de-
cernito.

SI SE TELO* defensint, qui-
ritato ENDOQUE PLOKA-
TO: post deinde si coesi
escint, se fraude esto.

* Forte in ipse
lege fuit: se
fraude esto. Ca-
ius l. 233. §. 2.
n. de V. S.

vel quasi.

si furtum lance licioque con-
ceptum escit, atque uti ma-
nifestum vindicator.

2. nec mani-
festo.

SI ADORAT FVRTO, QVOD
NEC MANIFESTVM ESCIT,
duplione decidito.*

* Luito. Caius
l. 2. et 4. n. de
arboribus fur-
tim caesis.

3. de arbori-
bus furtim
caesis.

sIn iuri alias arbores coe-
sit, in singulas XXV. aeris
luito.

4. Communis
de furtis.

si pro fure damnun decim-
sum escit, furti ne adorato.

furtiuae rei aetern Auctoritas
esto.

TABV-

Si interdium furtum aliquis fecerit, eumque aliquis in ipso furto deprehenderit; verberetur, illique, cui furtum factum fuerit, addicatur. Servus prius virgis caesus saxo Tarpeio deiiciatur. Impubes Praetoris arbitrio verberetur, noxae ab eo facta satisficiatur.

Quod si se tulo defendant, dominus cum clamore prius id testificetur: tum si occisi fuerint, iure caesi sunt.

Si furtum per lancem et licium conceptum erit, perinde ac si manifestum foret, vindicator.

Si agatur de furto non manifesto, fur dupli damnator.

Qui iniuria, seu furtim, alienas arbores ceciderit, pro singulis arboribus caesis XXV. assibus multator.

De furto pacisci ius esto; et si pactum intercesserit, furti amplius agere ius non esto.

Furtivam rem usucapere ius ne esto.

TABVLA III.
De Rebus Creditis.

1. De deposito.

si quid endo deposito dolo malo factum escit, duplione luito.

2. De fenore.

si qui unciario fenore amplius feneraSit, quadruplione luito.

3. De iure crediti perfequendi aduersus

1. hostem, id est, peregrinum.

ADVERSVS HOSTEM,* AETERNAVCTORITAS ESTO.

2. Confessum iudicatum.

AERIS CONFESI,* REBVSQVE IVRE IVDICATIS XXX. DIES IVSTI SVNTO:

POST DEINDE MANVS INIECTIO ESTO, IN IVSDVCITO.

NI IVDICATVM FACIT, AVT QVIPS* ENDO EO IN IVRE VINDICIT, SECVM DV-CITO, VINÇITO AVTNERVO AVT COMPEDIEVS XV. PONDO NE MAIORE: AT SI VOLET MINORE, VINÇITO:

Cai. lib. 2. ad Leg. XII. Tabb. cuius pars prior huic tertiæ tabulæ respondebat.

* Cai. l. 234. in princ. §. de V. S.

* confessus.

* locuples. Cai. l. 234. §. 1. n. de V. S.

PARAPHRASIS.

Si quid circa rem depositam apud se depositarius dolo malo admiserit, dupli poena adficitor.

Si quis maius quam unciarium foenus (quod unciam mensuram dependit in centenos asses) exercuerit, quadrupli poena adficitor.

Peregrinus quidquam usucapere non valet: cuius adversus eum in perpetuum actio esto.

Si debitum quis confessus fuerit, vel condemnatus iure fuerit, induciae ei mensuras 30. dierum ad debitum exsolvendum dantur.

Si intra dies 30. illos debitor non satisfaciat, tum creditori capere eum, sine prehensione, atque in ius ducere ius esto.

Debitor

SI VOLET, SVO VITO: *
 NI SVO VIT, QUI EM
 VINCTVM HABEBIT, LI-
 BRAS FARIS ENDO DIES
 DATO: SI VOLET, PLVS
 DATO,

Cas. 1, 234-5-2.
 7. de V. 32

ni cum eo pacit, LX. dies
 endo vinculis retineto: in-
 teribi trinis nundinis con-
 tinuis in comitium pro-
 citato, aerisque aesti-
 miam iudicati praedica-
 to. †

† Hic aliquid
 deest: vid. Jo.
 Nic. Funccii
 Leges XII.
 Tabb. (Rintelii
 1744.4.) p. 189.

AST SI PLVRES ERVNT REI,
 TERTIS NVNDINIS PAR-
 TIS SECANTO: SI PLVS
 MINVSVE SECVERVNT, SE
 FRAVDESTO: SI VOLENT,
 VLS TIBERIM PEREGRE
 VENVDANTO.

Gell. N. A
 XX, 1.

TABV-

Debitor ita nexus, si poterit, suo uiuat: si non habeat, tum creditor, qui eum uinctum habebit, singulari farris libras in singulos dies ei dato: si uolet, plus ei pro arbitrio dare liceto.

Si et tum iudicatum non soluat, neque interea quicumque eum iure defendat, proque eo interueniat, in priuatum carcerem, seu uincula adducere creditori ius esto, eumque uel neruo, uel compedibus uincire, sic tamen, ut uincula non sint grauiora quam XV. pondo: leuiora enim adhibere pro arbitrio ius esto.

Pacificendi interea additio cum creditore ius esto: si non pactus fuerit, 60. diebus creditori additum in uinculis habere ius esto: Intra eos dies trinis nundinis continuis ad Praetorem in comitium producitur, quantaecumque pecuniae iudicatus esset praedicator.

At si plures erunt creditores, tertius nundinis, id est, 17. die partes secanto: si plus minusue secuerint, sine fraude esto: si malent, trans Tiberim eum peregre uenundanto.

TABVLA IV.

De Iure Patrio et Iure Connubii.

De iure patrio:

PATER insignem ad deformitatem puerum citò necato.

Cai. lib. 2. ad leg. XII. tabb. cuius pater posterior huic IV. Tab. respondet.

quando liberis iustis ius vitae necis venummandique potestas ei esto.

* *Dionys. Halicarn. l. 2.*

SI PATER FILIVM TER VENVDVIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO.

* *patri scilicet qnò rē mox, vt exillimo, vox haec ab Vlp. repetita.*

si qui ei in X. MENSIBVS PROXIMIS postumus natus escit, iustus esto.

De iure connubii:

_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____
_____	_____	_____	_____

Supplementum harum legum de iure connubii repete ex Tab. XI. De mulieris usu agetur infra Tab. VI. De repudio etiam extat lex quaedam d. Tab. VI.

PARAPHRASIS.

Pater filium sibi natum monstruosum, vel prodigiosum statim necato.

In liberos iustis ex nuptiis quaesitos patri ius vitae necis vendendique eos ius esto.

Si pater filium ter vendiderit, filius post tertiam venditionem plene a patre liber fiat.

Si filius patri post mortem eius intra decem menses proximos a morte natus ex uxore erit, iustus ei filius esto.

TABVLA V.

De Hereditatibus et Tutelis.

1. De testamento.

PATERFAMILIAS VTI LEGASIT SVPER PECVNIAE TVTELAEVE SVAE REI, ITA IVS ESTO.

Cui. lib. tert. ad leg. XII. Tabb. cuius pars prior huic quinta; tabulae respondebat.

2. De successione ab intestato.

AST SINTESTATO * MORITVR, CVI SVS HERES NEC ESCIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.

* *and tō novē* verbum paterfamil. hic repetit auctor libri ad Herenn. et Cicero 2. de Inventionē, [c. 50.] quod tamen alii omittunt.

1. De gentilitiis hereditatibus.

SI AGNATVS NEC ESCIT, GENTILIS FAMILIAM HERES NANCITOR.

2. De libertorum bonis.

si libertus intestato moritur, cui svs heres nec escit, ast patronus patroniue liberti escint, EX EA FAMILIA IN EAM FAMILIAM, proximo pecuniADuitor.

3. Communia hereditaria.

nomina inter HEREDES proportionibus hereditariis ERCTA, CITA sunt.

Cetera.

PARAPHRASIS.

Paterfamilias uti legem dixerit, seu prout disposuerit de bonis suis, et liberorum suorum tutela, ita post mortem eius observator.

At si intestato moritur paterfamil. neque ei suus heres erit, tum agnatus proximus heres esto: si agnatus non erit, tum gentilis heres esto.

Si libertus intestato decedat, neque suum heredem reliquerit, sed patronum tantum, vel etiam patroni liberos, tum liberti bona ex eius familia in patroni familiam translata proximo in patroni familia ad dicuntur.

Defuncto creditore, vel debitore, eius heredes pro portionibus hereditariis convenire et conveniri tantum possunt, ipsoque inter eos obligatio dividitur.

D

At

ceterarum FAMILIAE rerum
 ERCTO NON CITO, si
 volent HEREDES, ERCTVM
 CITVM faciunto: praetor
 ad ERCTVM CIENDVM
 arbitros tris dato.

4. de legi-
 timis agnato-
 rum et genti-
 lium tutelis.

si paterfamilias intestato mo-
 ritur, cui in pubes suus he-
 res escit, AGNATIVS PRO-
 XIMVS TVTELAM NAN-
 CITOR.

SI FVRIOSVS AVT PRODI-
 GVS EXISTAT, AST EI
 CVSTOS NEC ESCIT, A-
 GNATORVM GENTILIVM-
 QVE IN EO PECVNIAM E-
 IVS POTESTAS ESTO.

TABV.

At teterarum rerum si volent heredes diuisionem faciunto: ad eam diuisionem Praetor tres arbitros dato.

Si paterfamilias intestatus decedat, cui suus heres extabit impubes, Agnatus proximus tutor huius sui heredis esto.

Si quis furiosus, aut prodigus esse incipiat, neque is curatorem habeat, agnatorum, iisque deficientibus, gentilium curas tam ipse, quam eius bona committuntur.

TABVLA VI.

De Dominio et de Possessione.

1. De nexu
et mancipio.

QVM * NEXVM FACIET MAN-
CIPIVMQUE, VTI LINGVA
NVNCVPASIT, ITA IVS
ESTO.

* Cai lib. 3. ad
leg. XII. Tabb.
cuius pars po-
sterior huic 6.
tabulae respon-
det.

si Inficias ierit, duplione da-
minator.

statuliber, EMPTORI dando,
liber esto.

res vendita TRANSQVEDA-
TA * emptori non acqui-
ritor, donecum satisfactum
escit.

* Cai. 1. in tra-
ditionibus 48. n.
de pactis.

2. De vfu
auctorit. id est
de vsucapione.

VS AVCTORITAS FVNDI,
BIENNIVM:

Caeterarum rerum,

ANVs VS ESTO.

mulieris *, quae a Num ma-
trimoni ergo apud virum
remanfit, ni trinocium
ab eo vsurpandi ergo
abescit, vsus esto.

* Cai 1. ferri
235. in princ. n.
de V. S.

PARAPHRASIS.

Cum dominus rei suae nexum faciet, vel mancipium, uti nominarit, locutus, passurus erit, ita ius esto.

Statuliber sub hac conditione liber esse iussus, Si hoc vel illud dederit, si venditus postea fuerit, emtori dando liber esto.

Res vendita traditaque non ante emtori acquiratur, quam ab emtore venditori aliqua ratione satisfactum fuerit.

Fundi biennio: ceteras res anno usucapiuntur.

Mulier, quamvis sine legibus viro iuncta, si uno anno sine usurpatione, id est, interruptione triuoclii, apud unum virum fuerit, usucapta esto.

3. De vindiciis, de iure possessionis.

SI QVIN IVRE MANVM CONSERVNT, secundum eam, qui possidet:

ast si qui quem liberali causa manu adserat, secundum libertatem vindicias dato.

TIGNVM IVNCTVM AEDIBVS VINEAEVE NE CONCAPET NE SOLVITO.

Caius d. l. 235. §. fabros lignarios l. n. de V. S.

ast qui iunxit, duplione damnator.

tigna QVANDOQVE SARPTA, DONEC DEMA ERVNT, vindicare ius esto,

Cai. l. si ex leg. repudium 43. n. ad l. Iuliam de adulter,

4. De repudiis.

si vir mulieri repudium mittere volet, causam dicito harumce vnam. —

Si de qua re in iure apud Praetorem disceptetur, secundum eum, qui possidet, Praetor vindicias dato: excepta liberali causa, in qua secundum libertatem Praetor vindicias semper dato.

Omnia materia iuncta aedibus, aut vineae ne vindicator neque solutor: qui alienam iunxit, duplo damnator: certe ubi soluta, demtaque fuerit, tum eam vindicare ius esto.

Si vir ab uxore diuertere voluerit, causam diuortii dicito.

TABVLA VII.
De Delictis.

De Paupere. De damno dato.	SI QVADRVES PAVPERIEM FAXIT, dominus noxiAEstimiam oFerto: si nolet, * quod noxit, dato.	Cai. l. 4. ad leg. XII. Tabb. cuius pars prior huic VII. Tabb. respondet. * vt tab. I. si nolet, arceram me servito.
1. in genere.	sINIURIA RVPITIAS — — — — —	
2. frugibus dato.	ast si casu, SARCITO. qui fruges EXCANTASIT. qui frugem aratro quaesitam furtim nox pavit secuitue, suspensus cereri necator: impubes praetoris arbitratu verberator, noxiamque, duplione decernito. qui pecu ENDO ALIENO IMPESCIT. — — — — —	
3. incendio facto.	qui AEDES acervumue frumenti ad AEDES positum dolo sciens INCENSIT, victus * verberatus igni necator: ast si casu, NOXIAM SARCITO. si nec idoneus escit, levius castigator.	Cai. l. qui aedes 9. §. de incendio. * victus,
	SI QVINIVRIAM ALTERI FAXIT, XXV. AERIS POENAE SVNTO.	

PARAPHRASIS.

Si quadrupes damnum dederit, dominus quadrupedis damni aestimationem offero: vel si malit, quadrupedem ipsam noxae dato.

Si per iniuriam damnum dederit: Ast si casu, damnum soluito, praestato.

Qui fructus alienos, alienam segetem incantamentis in alias terras transtulerit, pellegerit: vel, ne crescerent, obligauerit. . . .

Qui frugem industrialem, aratro videlicet partam, furtim noctu pauerit immaturam, vel maturam secuerit, Cereri sacer, et deuotus suspendio necator. Impubes tamen si id fecerit, arbitrio Praetoris verberator; damnumque datum in duplum sarcito.

Qui pecus in alienam segetem, vel frugem immiserit pascendi gratia. . . .

Qui aedes aut aceruum fragmenti iuxta domum positum sciens prudens dolo incenderit, vinctus verberatus igni necator: si vero casu, id est, negligentia, damnum datum sarcito: aut, si minus idoneus sit, leuius castigatur.

Si quis iniuriam leuiorem, siue re, siue verbis alteri fecerit, 25. assibus multatur.

De iniuriis.
1. Ienioribus.

2. atrocioribus.

1. loco: seu publicis.

2. re.

De falso.

1. λεπομαγ-
τυγία

2. ψευδομαγ-
τυγίας.

De parricidio.

1. hominis cuiuslibet.

9. Parentis.

De Fraude.

1. Tutoris.

9. Patroni.

SI QVI PIPVLOCENTASIT
CARMENVE CONDISIT,
QVOD INFAMIAM FAXIT
FLAGITIVMVE ALTERI,
fuste ferito.

QVI MEMBRVM RVPSIT, NI
CVM EO PAICIT, TALIO
ESTO.

QVI OS EX GENITALI FVDIT,
LIBERO, CCC. SERVO, CL.
AERIS POENAE SVNTO.

QVI SE SIRI TESTARIER LI-
BRIPENSVE FVERIT, NI
TESTIMONIVM FARIAT-
VR, IMPROBVS INTE-
STABILISQV ESTO.

si falsum testimonium di-
CASIT, saxo delcitor.

si qui hominem liberum de-
lo sciens morti duit, . . .

QVI MALVM CARMEN IN-
CANTASIT, MALVMVE-
NENVM * FAXIT duitue,
PARICIDA ESTO.

QVI PARENTEM NECASIT,
CAPVT OBVBITO, CV-
LEOQVE infutus in proflu-
entem mergitor.

si tutor DOLO MALO gerat,
vituperato; * quandoque
finita tutela escit, furtum
duplione luito.

PATRONVSI * CLIENTI
FRAVDEM FAXIT, SACER
ESTO.

* *Cas.* l. qui ve-
nenum 236. in
pr. π. de V. S.

[* *vel* : argutum
ito.]

* *vel* si patro-
nus.

Si quis publice aliquem diffamauerit, eique conuictum fecerit, vel carmen famosum conciderit ad alterius iniuriam, seu infamiam, fustibus feriatur.

Si quis alteri membrum aliquod ruperit, ni cum eo pacisci velit, membrum ei pariter rumpere, iniuria affecto ius esto.

Qui dentem ex gingina excusserit libero homini, trecentis assibus multator: qui seruo, CL.

Qui alicui actui testis adfuerit rogatus, vel libripens, si postea testimonium ferre detrederet: infamis habetur, neque eius testimonium deinceps admittitur, neue ipsi testimonium dicatur.

Si quis falsum testimonium dixerit, Saxo Tarpeia praecipit deiecit.

Si quis hominem liberum dolo sciens occiderit, capitalis criminis reus esto.

Item qui magico carmine, seu incantamentis alium defixerit; Item qui malum venenum fecerit dederit.

Qui parentem necauerit, capite obvoluto, culleo insutus in aquam abiicitur.

Si tutor dolo malo tutelam gerat, suspectum eum facere cuius licet: Si quid de rebus pupilli furatus fuerit, cum finita fuerit tutela, duplum praestato. Si quis quo tutor esset a vi, et iniuria, alterius sese patrocinio commiserit, patronus autem eum sefellerit, execrabilis esto.

PARA-

TABVLA VIII.

De Iuribus Praediorum.

1. De iure parietis.

AMBITVS PARIETIS SE-
STERTIVS PES ESTO.

2. De iurib. sufficor. praediorum.

SODALES, * legem ** quam
volent, dum ne quid ex
publica corrompant, sibi
ferunto.

1. De iure finium.

de FINIVM ratione lex * in-
certa, ad exemplum legis

Cai. lib. 4. ad leg. XII. Tabb. cuius pars posterior huic VIII. Tab. responderet. * *Cains* l. vii. n. de collegiis. Haec porro lex referri posset ad tabulam sup. 7. de delictis. ** vel passionem.

* *Cains* l. vii. n. finium regund.

† Legem Solonis de finibus regundis doctae et eleganter interpretatus est Buchaldus Diff. praelim. de leg. XII. Tabb. P. I. Sect. III. p. 55. sq. ed. nov. p. 65.

— Atticae Solonis † —

intra V. P. aeternAuctori-
tas esto.

2. De iure possessionum.

SI IVRGANT ad fines, fini-
bus regundis praetor ar-
bitros tris adDicito.

— HORTVS * —

— HEREDIVM —

— TVGVRIVM —

* Haec tria vocabula forte pertinent ad iunctam illam legem de finium ratione.

PARAPHRASIS.

Inter vicinorum aedificia ad circumeundi facultatem spatium vacuum duorum pedum et semis relinquitur.

Sodales, id est, collegiati (quorum certa fuerunt corpora) leges inter se ferre liceto, quas volent, dummodo publicis legibus contrariae non sint.

Spatium quinque pedum (quod vacuum inter duos agros erat ad accessum, et circumductum aratri) usurpare ius non esto.

Si vicini de finibus disceptent, decertent, Praetor dirimendas controuersias tres arbitros dato.

si arbor in vicini fundum
impendet, XV. P. altius
sublucator.

si GLANS in EM caduca fiet,
domino legere ius esto.


3. De iure
aquarum.

SI AQUA PLUVIA MANU NO-
CET; praetor arcendae
aquae arbitros tres aDicit,
NOXAEQVE DOMINO CA-
VETOR.

via in poRecto VIII. P.
IN AMFRACTO XVI. P.
lata esto.

4. De iure
itinetum.

SI VIA AMSEGETES iMu-
nita escit, qua volet, iu-
mentum agito.



Si arbor ex vicini fundo in vicinum impendat, arboris illius rami XV. pedibus altius circumcidantur.

Si fructus e vicini arbore in vicini fundum cadat, domino arboris legere fructum ius esto.

Si aqua pluvia opere manus factio nocere poterit, Prætor ad arcendam aquam, ne noceat, tres arbitros dato: damni infecti nomine caueto.

Latitudo viae, qua se recte porrigit via, VIII. pedum esto: at ubi flexum est, sedecim.

Si via ab iis, qui vicina prædia possident, munita non sit, iumentum agere, quo quis velit, ius esto.

TABVLA IX.

De Iure Publico.

1. De aequa-
litate, et iuris
aequitate.

PRIVILEGIA NE INROGANTO.

NEXO SOLVTO, FORTI SA-

NATI si rems ius esto.

si iudex arbiterue iure datus,
ob rem dicendam pecu-
niam a Cepfit, capital esto.

Cass lib. 5. ad
leg. XII. Tab.
cuius pars prior
huic IX. Tabu-
lae respondebat.
Cic. de leg. lib.
III.

Paull. in v. *Se-
nates.*

Gell. XX, 1. L.
2. §. 16. et 36.
D. de O. I.

Porc. *Latro*
Decl. in *Catil.*
L. 3. D. ad h.
L. *Iul.* mai.

2. De capite
cuius.

DE CAPITE CIVIS NISI PER

MAXIMUM COMITIATVM

NE FERVNTO.

QVAESTORES PARICIDI, qui

de rebus capitalibus quae-
rant, a populo creantor.

si qui in vrbe coetus noctur-
nos agitaSit, capital esto.

3. De pace
publica.

si qui perduelem concitaSit,
ciuemque perdueLi trans-
duid, capital esto.

—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—

TABV.

PARAPHRASIS:

In singulos homines leges iuraque nē feruntor.

Nexō soluto, item ei, qui in fide constanter mansit, et ei, qui sanata veluti mente ad obsequium rediit, ius idem esto.

Si iudex aut arbiter iure datus, ob rem iudicandam pecuniam acceperit, capite luito.

De vita, libertate, ciuitate, familia adimenda cin. Rom. populi iudicium esto centuriatis comitiis.

Iudices rerum capitalium a populo constituuntor:

Si quis in urbe coitiones agitauerit, capite luito.

Si quis hostem in pop. Rom. seu patriam concitauerit, vel ciuem hasti tradiderit, prodiderit, capite punitor.

TABVLA X.

De Iure Sacro.

1. De iure-
iurando.

2. De iure
sepulchrorum.

[Antiquitus se-
peliebantur
mortui in pro-
priis aedibus;
vid. *Servius ad
Virg. Aen. VI.
v. 152.* qui di-
cit, ortum in-
de esse, ut la-
ces colgrentur
in domibus et
vmbra voca-
ri lartias. Vn-
de probabile
est, hoc loco
positam fuisse
legem: SA-
CRA PRIVA-
TA PERPE-
TVA MA-
NENTO: cu-
ius meminit
*Cicero de leg.
II, 9,* et de
qua consulen-
dus est *Car.
Chr. Woog D.
de hereditate sa-
crorum* prin-
torum, Lips.
1738. 4.]

— de IVREIVRANDO —

HOMINEM MORTVVM IN VR-
BE NE SEPELITO, NEVE
VRITO.

SVMPTVS ET LVCTVM A
DEORVMANIVM IVRE-
MOVETO*.

HOC PLVS NE FACITO.

ROGVM ASCIA NE POLITO.

tribus riciniis, et X. tibicini-
bus foris eFeRe ius esto.

MVLIERES GENAS NE RA-
DVNTO: NEVE LESVM
FVNTERIS ERGO HABEN-
TO.

HOMINI MORTVO OSA NE
LEGITO, QVO POST FV-
NVS FACIAS, extra quam
si beli endote hostico
mortVs escit.

*Celsi lib. 5. ad
leg. XII. Tabb.
cuius pars poste-
rior huic X.
Tab. respon-
det.
Cic. lib. I. de le-
gib.*

* *pro iure remo-
veto.*

PARAPHRASIS.

Hominem mortuum in Urbe humare, vel urere ius ne esto.

Suntuosa, et magnifica funera, et lamentabilia, prohibentur.

Funerum modus, qui nunc definitur, deinceps esto, neque eum excedere licet.

Ligna, ex quibus rogas comburendo cadauere construitur, dedolando ne leuigentur, sed rudia, et impolita rogo adhibentur.

Tribus vinculis purpurae, neque pluribus, componi, vel vti mortuum ius esto: X. tibicinas, neque plures, funeri adhibere ius esto.

Mulieres ne genas unguibus dilanianto, seu faciem carpunto. Neque lugubrem euulationem, seu fletum in funeribus adhibento.

Homini mortuo e cadauere membrum aliquod ne adimito, cuius causa postea funus, funerisque impensas de nouo iterentur, nisi si quis in bello mortuus sit, vel peregre.

SERVILIS VNCTVRA, OMNIS-
QUE CIRCVM POTATIO AU-
feritor.

MVRATA POTIO MORTVO
NE INDITOR.

NE LONGAE CORONAE, NE-
VE ACERAE PRAEFERVN-
TOR.

QVI CORONAM PARIT IPSE
PECVNIAEVIVS VIRTVTIS
ERGO, ARGVITOR: * ET
IPSI MORTVO PARENTI-
BVSQVEVIVS, DVM INTVS
POSITVS ESCIT FORIS-
VEFERTVR, SE FRAUDE
IMPOSITA SIET.

* il est honora-
tor.

vni plura funera ne facito,
neue plures lectos sternito.

NEVE AVRVM ADITO: AST
SI CUI AVRO DENTES
VINCTI ESCINT, IM CVM
ILO SEPELIRE VREVE SE
FRAUDESTO.

rogum bustumue novm
propius LX. P. aedis alie-
nas, si dominus nolet, *
ne adlcito.

* Cuius l. 23.
de V. S.

fori bustiue aeternauctori-
tas esto.

Seruorum cadauera ne unguuntor. In funeribus epulae omnes prohibentor.

Suntuosa adpersio omnis in mortuum, et rogum amouetor.

Ne longae coronae, vel longae coronarum series, neue arae thuri adolendo, aliisque odoribus, funeri praeferuntor.

Qui coronam meruerit in ludicris, siue ipse, siue serui eius equique, in funere ob virtutem laudator; ipsique mortuo et eius parentibus, et quamdiu domi per nouem dies collocatum est cadauer, et cum efferretur; coronam illam imponi ius esto.

Vnius hominis cadaueri funus vnum fiat, et vnus lectus sternitor.

Aurum a funere omnino remouetor: excipitur aurum, quo dentes vincti, id enim cum cadavere sepelire, aut vrere ius esto.

Rogum vel sepulchrum deinceps aedibus alienis domino inuito propius 60. pedes admouere ius ne esto.

Vestibulum sepulchri, sepulchrumque vfucapere ius ne esto.

TABVLA XI.

Supplement. V. prior. Tab.

Quartae tab.
supplementum.

QVOD POSTREMVM POPV-
LVS IVSIT, ID IVS RA-
TVM ESTO.

patribus cum PLEBE* conNu-
bi ius nec esto.

Quintae tab.
supplementum.

————— ————— ————— —————
————— ————— ————— —————

————— DETESTATVM —————
seu de SACRIS DETE-
STANDIS.

————— ————— ————— —————
————— ————— ————— —————
————— ————— ————— —————

————— ————— ————— —————
————— ————— ————— —————
————— ————— ————— —————

————— ————— ————— —————
————— ————— ————— —————
————— ————— ————— —————

Cai. lib. 6. ad
leg. XII. Tabb.
cuius pars prior
huic X. tabulae
respondet.
Caius l. 238. in
pr. n. de V. S.
Dionys. Hali-
carn. in fin. l. 10.
Zonaras tom. 2.
Caius l. 238. §. 1.
n. de V. S.

TABV.

PARAPHRASIS.

Posteriores populi leges prioribus potiores sunt.

Inter Patricios, et plebeios matrimonia ne contrahuntur.

TABVLA XII.

Supplement. V. poster. Tab.

Sextae Tab.
supplement.

de PIGNORE

Si qui rem, de qua stlis fiet,
in sacrum dedicaSit, du-
plione decidito.

SI VINDICIAM FALSAM TV-
LIT, PRAETOR REI SIVE
STLITIS ARBITROS TRIS
DATO: EORVM ARBITRIO
FRVCTI DVPLIONE DECI-
DITO.

Septim. Tab.
supplement.

SI SERVVS SCIENTE DOMI-
NO FVRTVM FAXIT, NO-
XIAMVE NOXIT, NOXAE
DEDITO.

Octavae Ta-
bulae suppl-
ment.

Nonae Tab.
supplement.

Decim. Tab.
supplement.

Caii lib. 6. ad
leg. XII. tabb.
cuius pars poste-
rior huic ultimae
tabulae respon-
det.

Caius l. 238. §. 2.
π. de V. S.

Cai. l. vii. π. de
litigijs.

Cai. l. 19. π. de
vsuris et fruct.

Cai. l. 238. §. 3.
π. de V. S.

PARA-

PARAPHRASIS.

*Rem, de qua controuersia est, in sacrum dedicare ne
ius esto: qui dedicauerit, dupli poena multator.*

*Mala fide possessionem si quis nactus sit, Praetor ei
rei definiendae tres arbitros dato, eorumque ar-
bitrio maiore fidei possessor fructus in duplum praes-
tato.*

*Si seruus domino sciente furtum fecerit, damnum
alteri dederit, dominus eum pro delicto, iniuria
vel damno affecto dedito.*

LIBER II
DE
IVRISPRVDENTIA MEDIA

CAPVT I

De Statu Publico.

§. I.

Hic liber ea Romani populi tempora persequitur, quibus ad summum potentiae atque fortunae fastigium sensim paullatimque exsurgere, ac deinde rursus labi retro atque cadere, res publica coepit. Ac fortunam quidem in vtramque partem virtutes atque vitia inclinarunt maxime, vel conuerterunt: quarum rerum momento, in omnibus semper ciuitatibus, maximae inclinationes conuersionesque factae sunt. Ac in Romana quidem ciuitate, quamdiu adhuc paupertati parsimoniaeque honos stetit, disciplinae seuerae, vitae durae et incultae, sine luxu, sine deliciis, adstricti ciues, virtutem in omnibus rebus factisque, cum priuatim, tum publice, coluerunt: id quod non exempla solum rerum gestarum, sed leges etiam declarant. Nec vlla re magis, quam virtute ac iustitia, factum est, vt, domi optime constituta republica, foris summa nominis sui auctoritate, et in rebus gerendis, propagandisque imperii finibus, felicitate, vterentur: constatque inter ipsos veteres scriptores, iustitiae magis ac virtutis existimatione, quam armorum vi, orbem terrarum captum, imperio se Romano submisisse.

misisse. Cum autem, Italiam egressi, potentes atque opulentos reges populosque debellassent; diuitiis Asiaticis atque Macedonicis inuectis, simul luxus, avaritia, ac cetera vitia immigrarunt, quibus disciplina corrupta, sensim paullatimque status reipublicae ^{a)} labefactari, libertas denique ipsa pessum ire coepit, quod fore praedixerat Polybius. Mutata enim disciplina, moribusque mutatis, mutatur status ipsius ciuitatis ^{b)}. Optimus autem reipublicae status fuit is fere, ipso Cicerone auctore ^{c)}, qui usque ad Africanum minorem, hoc est, usque ad finem belli Macedonici, Punicique tertii, perstitit. Postea seditiones primum Gracchanae, deinde aliae, rempublicam conturbauere, quibus ea semina sparsa sunt, vnde dominatus Sullanus existeret; qui quamuis cito necatus esset, tamquam insignis ad deformitatem puer, e XII. tabulis, paullo post multo tetrrior ac foedior renatus est, bellis ciuilibus, inter Pompeium Caesaremque, et Antonium Octavianumque, gestis. Nam Pompeiano quidem, Dictatura perpetua Caesari data, hoc autem, primum Triumuiratus, deinde Principatus, siue Monarchia, rempublicam oppressit. Omnium autem fere turbarum, seditionumque, ac postremo conuersionis, faces fuere tribuni plebis. Nam hi potentiam suam, auxilii ferendi causa constitutam, sensim nimium quantum intenderunt, cum plebem ipsam legibus ac rogationibus suis ad eam potentiam perduxissent, ut omnia summa in eius vnus essent arbitrio. Sed, antequam ipsam reipublicae formam describere adgredimur, quibus potissimum rebus plebis potentia creuerit ^{d)}, strictim exponemus.

a) v. Sallust. B. Cat. init.

b) v. Cic. de Leg. III, 13.

c) Cic. Leg. III, 10. Itaque cum Cicero optimam remp. eiusque leges in libris de *republica*, ac de *Legibus* describere vellet: illius potissimum status rationem habuit.

Atque

Atque utinam eius libros de republica superstites, aut saltem integros libros de Legibus, haberemus!

- *) Laudandus iterum, quem superiore libro commendavimus, egregius de hoc argumento commentarius *Athanasii Augerii de la constitution des Romains sous les Rois & aux tems de la republique*, (à Paris 1792. 8.) et de statu publico liberae reipublicae omnino conferendus est *Polybius Histor. lib. VI, cap. 9 — 16.*

§. II.

Tribuni plebis esse, ut supra tradidimus, lege XII. tabularum lata, obtinuerant, ut iura summis infimis aequarentur, tamen his non contenti, patriciorum potentiae detractum, plebis opibus adicere, novis legibus latis quotidie tetenderunt; donec eo perventum est, ut penes plebem summa respublica esset. Perpetuae erant contentiones Tribunorum plebis, ac Patrum, de nexis, de aere alieno, foenebrique malo, de legibus agrariis, de connubio, de potestate consulari, de honoribus ac magistratibus, sacerdotiisque communicandis, de vi ac potestate plebiscitorum, de auctoritate Patrum, ac plurimis aliis eiusmodi. In quibus omnibus, re diu multumque agitata, tandem plebs superior fuit. Nam primum quidem peruicerunt, ut provocatio esset, ut connubium, Legibus XII. vetitum, plebi cum Patribus esset^{d)}, ut honores ac sacerdotia communicarentur^{e)}, ut plebiscita omnes Quirites tenerent^{f)}, ut denique Patres in incertum comitiorum eventum auctores fierent^{g)}, ut sacerdotia sui beneficii essent^{h)}, ut nexus corporum abolereturⁱ⁾, ut foeneratores ad certum modum usurarum redigerentur^{k)}, ut agri diuiderentur et quae sunt reliqua. E quibus omnibus, plebis, atque adeo Tribunorum, potentia in immensum crevit^{l)}, postremoque rempublicam perdidit^{m)}.

d) *Lege Canuleia*, a. v. 309. *Liiv. IV, 6.*

e) *Quat-*

- e) *Quaestura* quidem a. V. 333, *Liu. IV, 43. Consulatus*, a. V. 387, *Lege Sextia Licinia*, *Liu. VI. fin. Censura*, a. V. 415, *Lege Publilia*, *Liu. VIII, 12. Praetura*, a. V. 418, *Liu. VIII, 15. Aedilitas*, a. V. 388, *Liu. VII, 1. Pontificatus et Auguratus*, a. V. 454, *Lege Ogurnia*, *Liu. X, 6. Decemviratus*, *Lege Sextia Licinia*, *Liu. VI, 42. a. V. 386.*
- f) Primum *Lege Valeria*, a. V. 305, *Liu. III, 55. deinde Publilia*, a. V. 415, *Liu. VIII, 12. denique Hortensia*, a. V. 465, *Gell. N. A. XV, 27.*
- g) *Lege Publilia*, a. V. 415, *Liu. VIII, 12. Maenia*, a. V. 467, *Cic. Brut. c. 14.*
- h) *Lege Domitia*, a. 650, *Cic. Agr. II, 7.*
- i) *Lege Papiria Poetelia*, a. 428, *Liu. VIII, 28.*
- k) *Lege Duillia Maenia*, a. 397, *Liu. VII, 16. Lege alia* a. 426, *Liu. VII. 27. Genucia*, a. 412, *Liu. VII, 42.*
- l) v. *Pigh. Ann. a. V. 260.*
- m) v. *Cic. Leg. III, 9.*

§. III.

Iam quibus magistratibus respublica fuerit his temporibus commissa, videndum. Nam magistratibus^{a)}, iisque, qui praesunt, haud dubie continetur respublica, et ex eorum compositione, ipso Cicerone auctore^{b)}, intelligitur, quod eiusque reipublicae genus sit. Summa respublica penes *Consules* erat^{c)}, quorum potestas cum legibus de prouocatione^{d)} aliisque, tum nouis magistratibus institutis, sensim vehementer imminuta est. Ii tamen bella gerebant; Senatam vocabant; ei, ceterisque, praeter tribunos, magistratibus, praecerant, Senatum consulebant, ad populum ferebant de publicis negotiis, omninoque in rep. imperium habebant^{e)}. *Censores*^{***)}, censui agendo, moribus populi regendis^{f)}, senatui^{g)}, equestrique ordini supplendo, vectigalibus locandis, locis aedificiisque publicis tuendis, praecerant^{h)}: Eorum haec origo. Cum census per multos annos, Consulibus bellorum frequentium quasi continuatione impeditis,

ditis, actus non esset; M. Geganio Macerino iterum et T. Quintio Coss. [anno V. C. CCCXI.] Censura instituta est¹⁾, res, ut Liuius ait, a paruis initiis orta, quae deinde tanto incremento aucta est, ut morum disciplinaeque Rom. penes eam regimen, Senatus Equitumque Centuriae, decoris dedecorisque discrimen sub ditione eius magistratus, publicorum ius priuorumque locorum, et uectigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio essent. Quinquennalis primum, deinde *Legge Aemilia* a. V. CCCXX. C. Iulio III. et L. Virginio II. Coss.²⁾ annua et semestris facta. Ea quoque cum plebe communicata, a. V. CCCCXV³⁾. Per legem *Marciam*⁴⁾ nemini bis eum capere magistratum licebat.

*) Praeter varios minoris momenti de magistratibus Romanorum sub libera republica scriptores, v. c. *Hottomannum* et *Robertellum*, in *Gracuii thes.* T. II et III. obuios, consulendi potissimum: *Eberlinus* et *Rupertus ad Pomponium*, *Andr. Alciatus* in *Sallengre nouo thes. ant. rom.* T. I. p. 325, *Raph. Volaterranus* *ibid.* T. III. p. 965, *Georg. Vauchoppius* *ibid.* p. 1001, *Ac. Praevotius* p. 1041, *Henr. Bebelius* p. 1101, *Petr. Faber* p. 1113, et *Iust. Lipsius de magistrat. veteris populi rom.* in *Opp.* (Vesal. 1675. 8.) T. III. p. 1429.

2) v. *Cic. Leg.* III, 5.

**) Notandi *Fasti Consulares*, quos post *Car. Sigonium*, Venet. 1556. f. *Onuphr. Panvinium*. *ibid.* 1558. f. et *Petr. Relandum*, Traj. Bat. 1715. 8. optime edidit *Theod. Iansf. Almeloueen* Amst. 1705. 8. rec. ab *Uhlio* *ibid.* 1740. 8.

o) *Valerius*, *Liu.* III, 55. X, 9. quibus *Lex Valeria*, de qua *Liu.* II, 7. diligentius sancita, *Legge Porcia*, *Liu.* X, 5. *Cic. Verr.* V, 63. pro *Rabir.* c. 4. *Sempronius* *Legge*, *Cic.* I. c.

φ) v. *Polyb.* VI, 10.

***) cf. *Iac. Perizonius de censoribus*, L. B. 1667. 4. et *Curtius de censura romana*.

q) Inde *Magistri morum*. Eos autem, in quos propter morum dedecus animaduertebant, *notis Censorijs* ad-

ficie-

siciebant. Id eo magis necessarium, et vtile reipublicae erat, quod nemo alius damnari puniri que poterat, cui accusator deesset; et crimina inpuaita manebant.

r) Per *Legem Quiniam*, ap. *Fest.* de qua v. *Drakenb.* ad *Liu.* XXXIX, 42.

s) *Liu.* IV, 8. *Cic. Leg.* III, 3. cf. *Pigh. Ann.* ad a. V. 310.

t) *Liu.* IV, 8.

u) *Liu.* IV, 24.

x) *Liu.* VIII, 12. *Lege Publilia.*

y) *Val. Max.* IV, 1, 3.

§. IV.

Prætura primum instituta est eo tempore, quo *Consulatus* cum plebe communicabatur, quod non aliter *Patres* concedebant ^{a)}, nisi vnus magistratus e *Patribus* crearetur, qui, absentibus *Consulibus*, munera consularia in vrbe sustineret, ac tamquam *Collega Consulum* esset, ceterum autem iurisdictionem in vrbe exerceret. *Praetor Vrbæus* dictus est ^{b)}. Paulo post tamen cum plebe communicatus honos, ut ceteri magistratus omnes ^{b)}. Eodem, quo *Prætura* instituta, anno, etiam *Aedilitas curulis* solis *Patribus* data ^{c)}, ludorum habendorum causa, quos plebei *Aediles* edere negarant. Horum munera ac potestas, in aedificiis, viis, locis publicis tuendis maxime versabatur; iurisdictionem etiam aliquam habuerunt. Dehinc *Praetorum* numerus auctus est. Primum *Peregrinus* ^{d)}, ob frequentiam peregrinorum in vrbe, ut inter peregrinos ius diceret, post aliquot annos, auctore *Pomponio* a. V. DX. ut viris doctis videtur proxime verum esse, creatus ^{e)}. Adiecti duo alii a. V. DXXVI. *Sardinia* et *Sicilia*, prouinciis factis, qui eas regerent ^{e)}: quibus duo rursus accessere alii, *Hispaniis* duabus imperio Romano adiunctis, a. V. DLVI. ^{f)}; de quibus tamen *Lex Baebia*, ut alternis annis duntaxat quatuor *Praetores* crearentur ^{g)}, sanxit, non tamen videtur obtinuisse. *Questionibus* perpe-

perpetuis constitutis, quarum initium fecit *Lex Calpurnia repetundarum* a. V. DCV. institutum est, ut omnes Praetores, sui magistratus anno, Romae manerent, Praetor Urbanus ac Peregrinus quidem iurisdictionis, ceteri autem quaestionum exercendarum causa, finito anno, in prouincias proficiscerentur. A. V. DCLXXII. L. Sulla, auctis quaestionibus perpetuis, duos Praetores adiecit^{h)}, quo facto numerus octonarius expletus est, qui deinde, republica libera, semper mansit^{l)}.

- z) Ea vera est causa, *Liu. VII, init.* Pomponius in *L. 2. §. 27. de Or. Iur.* tantum patriciorum praetextum memorat, ut saepe facit, exemplo etiam aliorum scriptorum. [cf. *Manut. ad Orat. Cic. pro Quintio.*]
- a) *Liu. VI, fin. c. 42. VII, 1.*
- b) *Liu. VIII, 15.*
- c) *Liu. VI. fin. VII, 1. v. Pigh. Ann. ad a. V. 387.*
- * v. *Io. Henr. Mylius D. de Praetore Peregrino*, Lips. 1732. 4. recus. in *Ei. Opusc. a Gottl. Aug. Ienichenio editis* (L. B. 1738 8.) p. 81. et in *Excurs. ad Theophil.* p. 1081. et *Franc. Car. Conradi de Praetore Peregrino in Parergis* (Helmst. 1740. 8.) l. I. p. 1.
- d) *Epit. Lii. XIX. L. 2. §. 28. D. de O. I.* [cf. *Henr. Io. Arntzenii Spec. Obs.* (Leouard. 1761. 8.) cap. IV, p. 24.]
- e) *Liu. Epit. XX.*
- f) *L. 2. §. 32. D. de O. I.*
- g) *Liu. XL, 44. ibique Duker.*
- h) *L. 2. §. 32. D. de O. I.*
- i) v. *Lips. Excurs. ad Tac. Ann. 1, 14. et Pigh. Ann. ad a. V. 387.*

§. V.

Iam ad minores magistratus proficiscimur. *Quaestores*, cum duo fuissent, aucti primum duobus adiectis, qui Consules ad bella sequerentur a. V. CCCXXXIII^{h)}; Italia uniuersa subacta, quatuor aliis, qui *quaestorias* prouincias curarent^{l)}, denique a Sulla facti XX^{m)}, a Iulio Caesareⁿ⁾ ad XL. Duo ad curam

ram aerarii potissimum ^o) in vrbe manebant, inde *Vrbani* dicuntur: ceteri prouincias fortiebantur, vt pecuniam rationesque publicas tractarent. *Tribuni plebis* hac aetate perfecerunt, vt omnia summa in re publica possent. Cum ab initio ante Curiam sedissent, nec nisi vocati introirent, consecuti sunt, vt semper in Senatum venire ^p) possent; deinde *Lege Atinia* ^q) cautum, vt nemo, nisi Senator plebeius, tribunus fieret. Denique etiam id sibi adrogarunt, vt Senatum vocarent, ad eumque referrent: vt adeo, cum populum actionibus suis, quocumque vellent, vocare possent, in Senatu quoque, intercedendo, referendoque, non minus valerent: essetque propemodum tribunicia potestas totius reipublicae summa ^r). *Aediles plebis* autem, institutis Curulibus, dignitatis, ac potestatis maximam partem amiserunt, seruatis tantum ignobilioribus muneribus.

k) *Liu. IV, 43. Tac. A. XI, 22. ibique Ernesti. De Quaestoribus v. Pigh. Ann. ad a. 488.*

l) *Epit. Liu. XV.* m) *Tac. A. XI, 22.*

n) *Dio Cass. XLIII. cap. 47.*

o) Quaedam tamen iudicia minora exercuisse docet *Ascon. in Cic. diuin. in Verr. p. m. 35.*

p) Effectum id Legibus Valeriis et Horatiis, post Decemuiros latis, statuit *Duker. ad Liu. III, 69.*

q) *Val. Max. II, 2. Gell. N. A. XIV, 18.*

r) Sulla, *Lege Cornelia*, maximam potestatis partem sustulit, Pompeius *Lege tribunicia* restituit. *Cic. de Leg. III, 9. v. Ernesti. Clau. Cic. Ind. Leg. h. v.*

§. VI.

Instituti sensim paullatimque, qui minores reipublicae partes obtinerent, minores quidem *alii magistratus* ^s), *Triumviri capitales* ^t), *Triumviri nocturni* ^u), *Triumviri monetales* ^v); siue A. A. A. F. F. *Tribuni aerarii*, e solis plebeis lecti, per quos *Quaestores aera h. e. stipendia numerabant* ^x), *Quaestores*

tuorniri viarum curandarum ^{y)}, *Quinqueviri cis et vlt Tiberim* ^{z)}: quorum omnium incerta origo est.

- *) Minores isti magistratus iunctim sub nomine *XXviro-
rorum* comprehenduntur, rotundo numero, quamvis *XXVI* quotannis eligerentur.
- s) *Val. Max. VIII, 4.* cf. *Lips. ad Tac. A. V, 9. Rupert. ad Pomp. L. 2. §. 30. D. de O. I. de quibus Lex Papiria laudatur Festo v. Sacramentum. cf. Racuard. Var. II, 18.*
- t) *Liu. IX, vlt. Val. Max. VIII, 1.*
- u) *L. 2. §. 30. D. de O. I. Cic. ad Diu. VII, 13.*
- x) Locus classicus de iis est ap. *Plin. H. N. XXXIII, 3.*
- y) *L. 2. §. 30. D. de O. I. ibique Rupert. cf. Lips. ad Tac. A. III, 29. [et Eu. Ottonis de tutela viarum publicarum liber singularis (Trai. ad Rh. 1734. 8.) P. II. cap. V. p. 371. sq.]*
- z) *Liu. XXXIX, 14. ibique Duker. L. 2. §. 31. D. de O. I.*

§. VII.

Sed praeter hos ordinarios magistratus, temporibus reipublicae flagitantibus, subinde extra ordinem constituti, creatique alii sunt. Nam in rebus trepidis quidem *Dictatorem*, cuius originem supra exposuimus, Consulum alter, cui aut voluntas collegas, aut fors eam dederat facultatem, dicere solebat: qui sibi *Magistrum equitum* adsciscébat ^{a)}. Is sine prouocatione primum cum fuisset ^{b)}, deinde Lege *Vateria*, statuunt, effectum esse, vt ei quoque cederet ^{c)}. *Dictatura* denique, post Iulium Caesarem Dictatorem perpetuum, penitus sublata est, *Lege Antonia* ^{d)}, propterea quod iam Sulla Caesarque ea potestate in perniciem reipublicae abusi essent. *Praefectus Vrbi*, Consulibus ab vrbe absentibus, ac bello occupatis, primum constituebatur, vt vrbi praesset: creato deinde Praetore urbano, *feriarum* tantum *Latinarum* causa creabatur ^{e)}. *Interrex*, cum auspicia ad Patres redierant, nullique erant magistratus curules, a coeuntibus

bus eam ob rem Patriciis, comitiorum magistratibus creandis habendorum causa, prodebatur^{f)}. Aliquando etiam, pro Consulibus, creati *Tribuni militum consulari potestate*, ab a. V. CCCX^{g)}. Nam cum plebs Consulatum secum communicari postularet, Patres autem eo honore cedere plebi nollent, ea inita ratio a Patribus est, ut Tribuni isti promiscue e Patribus ac plebe crearentur. Numerus eorum variavit; nam modo tres, modo quatuor, summum sex fuisse^{h)}. Non tamen continuatus fuit hic magistratus, sed interpositi interdum Consules. Communicato denique Consulatu cum plebe, plane hi Tribuni creati desierunt.

a) L. 2. §. 19. D. de O. I. cf. Iensii Diss. [de Dictatoribus pop. rom. in Ferc. Liter. p. 89. sq.]

b) Inde, qui sine prouocatione fuerint, Dictatores *optima Lege* dictos tradit Fest. v. *optima Lege*. Quid sit Dictator *optima Leg. v. I. Fr. Gronou. ad Liu. IX, 34.* Verum etiam post Valeriam ac Duilliam legent Dictatores semper sine prouocatione fuisse, falsumque adeo esse Festum, e *Liu. VIII, 33.* docet Perizonius ad *Liu. IV, 13.* cf. Iens. de Dictator. c. 8. in Ferc. Liter. [p. 112 sq.]

c) *Lege enim Horatia* cautum erat, ne quis magistratum sine prouocatione crearet, *Liu. III, 55.* Sed ea pertinuit haud dubie ad ordinarios magistratus tantum, quales Decemviri fuerunt.

d) Cic. Phil. I, 1.

e) L. 2. §. 33. D. de O. I. v. Arn. Drakenborchii Diss. de Praefecto Vrbi, [(Trai. ad Rh. 1704. 4.) postea recusa ab Vhlio, (Francof. ad Viadr. 1752. 8.) tum inserta Oelrichii Thes. Diss. iurid. selectiss. Vol. II. T. II. p. 1. sq. novissime edita a Io. Christ. Kappio, (Baruthi 1787. 8.)] et Io. Tob. Krebsii Comm. [de Praefecto Urbis Romano in Opusc. acad. (Lipsi. 1778. 8.) n. IV. p. 109 sq. De Praefecto Vrbi, qualis fuit temporibus Imperatorum, egerunt insuper Gu. Pancirollus, Fel. Contelorius, Cuspinianus, et Anonymus, quem edidit Bucherius in Graevii thes. T. VII. N. 11: sed omnium optime com-

mentatus est Ed. Corfini in libro singulari de Praefecto Urbis. Pifis, 1766. 4. add. *Difesa per la serie de' Prefetti di Roma del Ch. P. Corfini* Bologn. f. a. 4.]

f) Liu. III, 8. V, 31. VI, 36. cf. Cic. pro Dom. c. 14. [et Alconius ad Orat. pro Milone c. 5.]

g) Liu. IV, 6. 7.

h) Liu. V, init. octo tribunos militum a. V. 352. ponit, quod etiam repetit VI, 37. Pomponius autem in L. 2. §. 25. D. de O. I. adeo viginti aliquando fuisse tradit. *Interdum enim, inquit, viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.* Sed Perizon. *Animaduers. Hist. c. II. init.* ostendit, Liuium ipsum errasse, cum aliis veteribus; in L. 2, de O. I. autem librarios, cum ipse Pomponius scripserit: *interdum VI. fuerunt*: in ceteris autem, quod dicit Pomponius, *interdum plures* fuisse, secutum esse errore alios errantes. Defendere Pomponii in h. l. vulgatam lectionem conatur Steuech. ad Veget. II, 7. male.

§. VIII.

Interdum etiam *Praefectus annonae*, propter angustias rei annonariae ¹⁾, *Duumviri navales*, classis ornandae resciciendaeque ²⁾, vel tuendae orae maritimae causa, aliquando etiam *Quinquenviri mensarii*, propter rei foenebris curam ³⁾, *Triumviri*, *Quatuorviri*, *Decemviri*, coloniae deducendae, aliarumque rerum causa, creati sunt.

1) Liu. IV, 12.

2) Liu. IX, 30. XL, 18.

3) Liu. VII, 21.

§. IX.

Ceterum omnes magistratus, si discesseris a Dictatore atque Interrege, Praefectoque Urbi, extraordinariis magistratibus, in comitiis creabantur a populo. Quo autem facilius intra iuris atque potestatis suae fines continerentur, iniuriaque tam in imperando, quam decernendo, prohiberentur, ita erat ipsorum sapien-

sapienter, ut magistratus maior minori, par pari, tribuni autem plebis omnibus, intercedere possent ^{m)}: paratumque erat his, quibus a magistratu iniuria facta esset, *appellationis* perfugium ⁿ⁾. Nonnullis tantum, tam ordinarium, quam extraordinarium, *imperium* ^{o)} nempe civile, tribuitur, dicunturque esse *in imperio*.

m) v. *Ant. Schulting* Diff. de *recusat. iudic.* c. VI. p. 44. sq. [in *Dissertat. Lugd. Bat.* 1714. 4. iunctim editis.]

n) De *adpellationis* et *prouocationis* discrimine vid. *Cuiac. Obss.* XXI, 33.

o) v. *Ernesii Clau. Cic.* h. v.

§. X.

Iam cum respublica ab initiis tam prudenter esset temperata, ut magnam partem sacris ac religione contineretur: ad id veniendum, ut, qui sacris hac aetate, religionibusque praefuerint, et quomodo religionis ceremoniis ad rempublicam gerendam usi, doceatur. Ac primum quidem *Pontificum* erat collegium ^{*}), quod omnia sacra, ex Numae instituto, in sua manu teneret, de causis sacris responderet et cognosceret, quod *Kalendarium*, fastos, annalesque sub nutu ac ditione sua haberet ^{p)}): deinde *Augurum* collegium, quod auguriis atque auspiciis tam capiendis, quam interpretandis, operam daret: erant *Quindecimviri sacris faciundis* ^{q)}), qui libros Sibyllinos custodirent, ac iussu Senatus inspicerent: *Feciales*, qui ritus ceremoniasque belli indicendi, pacis, ac foederum sancientorum, omninoque ius belli ac pacis, peragerent: *Haruspices* porro ^{***)}), qui exta victimarum inspicerent, atque omnia ostenta interpretarentur; vel procurarent: erant Sacerdotes singulares, *Rex sacrificulus*, regibus eiectis constitutus, *Flamines tres*, *Dialis*, *Martialis*, atque *Quirinalis*, *Sali*, aliique. Omnes autem isti Sacerdotes, pruden-

dentissime institutum erat, ut essent e principibus ciuitatis, principio e patriciis: summisque honoribus vel gestis, vel gerendis, eminentes^{r)}, ut religionem patriam retinerent, ac tuerentur, ac peregrina sacra inuehi non paterentur^{s)}: quoniam cum peregrinis sacris etiam mores peregrinos^{t)} importari necesse esset. Id porro a primordiis urbis cautum erat, ut nihil neque priuati neque publici, sine religione deorum auspiciisque, suscipi ac geri posset; multisque id postea etiam legibus firmatum. Quod fiebat, ut principes ciuitatis omnia, quae non viderentur e republica esse^{u)}, calumnia religionis atque auspiorum, impedire possent, aut sustinere, dareturque spatium sanioribus consiliis.

*^o) v. *Paul. Merula de sacerdotibus Romanorum*, Lugd. Bat. 1684. 4. et *Iac. Grutherius de veteri iure pontificio urbis Romae libri IV.* Paris. 1612. 4.

p) Additi primum tres viri Epulones, *Cic. Or. III, 19*, qui post Septemviri facti sunt. Pontifices minores fuere scribae ministri. *Liu. XXII, 57.* ibique *Duker. Noris. Cen. Pisan. I, 5.*

q) Ab initio Duumviri instituti, facti Decemviri *Legge Sextia Licinia*, a. V. 386. *Liu. VI, 42.* Quindecimviri a Sulla **). *De Decemviris sacr. fac. v. Lii. X, 8.* fecerunt sacrum Apollinare et alias ceremonias.

**^o) Hunc numerum ab Augusto demum ita auctum fuisse, argumentis satis probabilibus effecit *Io. Castalio, Ictus, Obseruatt.* quae Lugduni 1608. 8. prodierunt, *Decade V. c. 9. p. 228. sq.*

***) cf. *Christ. Etlif. Gensel D. Haruspices collegium, fata, dignitaa ex antiquitate romana eruta.* Lips. 1759. 4.

r) Quod e moribus profectum, non e lege Romuli, ut patet e loco *Dionys.*

s) v. *P. Faber Semestr. III, 1. p. 2. sq.*

t) v. *Bynkershoek. de relig. peregr. c. 2. in opusc. Dio Cass. Lib. LII, p. 49.*

u) v. *Cic. Leg. II, 12. III, 19.*

§. XI.

Iam duo erant ordines reipublicae, inter quos summa omnium rerum siue diuisa, siue communicata esset, *Senatus* et *Populus*; Senatui *auctoritas*, populo *potestas* tribuitur; illius est *descernere*, huius *iubere*^x). Quae temperatio mirum in modum singulos ordines intra fines legitimos consistere coëgit, et quasi aequa lance utriusque opes suspensas tenuit, donec plebs praegravi momento inclinationem fecit. Vltimis temporibus tertius ordo, *Equester*, accessit. Sed de singulis exponendum paullo diligentius.

x) cf. *Cic. pro Sext. c. 44. Ernesti Clau. Cic.*

§. XII.

Senatus, his temporibus reipublicae liberae, *Auctoritas*, etsi sensim paullatimque imminuta variis legibus, et institutis, veluti legibus *Horatia Valeria*^y), *Publilia*^z), *Hortensia*^a), quibus plebiscita patribus iniuncta sunt, legibus *Publilia*^b), et *Maenia*^c) quibus iussi patres comitiorum in incertum euentum auctores fieri, ac tribunorum denique inualecente potentia; magna tamen semper fuit atque insignis, quoad reipublicae libertas constitit sua^d). Nam in manu *Senatus* erat aerarium, animaduersio criminum in Italia admissorum^e), controuersiarum grauiorum diiudicatio, legatorum mittendorum audiendorumque potestas, res militaris^f), pax, foedera^g), prouinciarumque distributio, atque ordinatio. In quibus omnibus *Senatus* statuere per se poterat, nulla lege ad populum lata: cum in ceteris rebus omnibus potestas populi esset, *Senatus* tantum consilium, seu *προβέλευμα*^h), ita, vt, qua de re Senatui placuisset, ex *SCto* ad populum, per *Consules*, *tribunosue*, ferretur. *Senatus* placita atque decreta, ex maioris saltem partis *Senatorum* sententiis facta, dicebantur

Senatusconsulta, nisi tribuni plebis intercessissent: nam tunc vim nullam habebat sententia Senatus, sed *auctoritas* ^{h)} tantum adpellabatur, ac perscribi solebat. SCta autem, quibus intercessum non erat, ab eo tempore vim obtinebant suam, cum ad aerarium essent delata ⁱ⁾. Ceterum quamvis iuris constituendi potestas, ut facile intelligitur, proprie ad populum pertineret, legesque ea de causa ferri oporteret: tamen mihi quidem non dubium est, quin, et libera republica, SCtis sine lege, ius sancitum fuerit ^{**}): id, quod negant omnes, quantum scio, historiae iuris interpretes. De quo alius nobis est dicendi locus, cum ad ipsa SCta liberae reipublicae enarranda pervenerimus ^{k)}.

y) *Liv. III, 55.*

z) *Liv. VIII, 12.*

a) *Epitom. Liv. XI. Gell. N. A. XV, 27.*

b) *Liv. VIII, 12.*

c) *Cic. Brut. c. 14. cf. I. F. Gronov. Obs. I, 25. Ernesti Clav. Cic. voc. auctoritas Senatus. Ceterum ante Legem Maeniam, eadem de re Curiam latam, falso e Cic. Brut. c. 14. statuit Pigh. Ann. ad a. 455.*

d) *v. Polyb. VI, 11.*

e) *cf. Duker. ad Liv. XXXIX, 14. vbi ostendit, Senatum quaestiones de criminibus, in Italia commissis, decrevisse, nullis rogationibus tribuniciis ad populum latis.*

f) *Lex Curiata enim iussu Senatus ferebatur: et Senatus omnem potestatem stipendiorum, Legatorum, frumenti, Legionum mittendarum habebat, de quibus decernebat.*

*) *Hoc ita temperandum, ut de iure belli ac pacis Senatus non per se, sed, accedente iussu populi, potuerit statuere, vti egregie docuit Dukerus. ad Livium XLII, 33. Libera enim potestas Senatui in his tantum fuit, si res moram non ferret, aut si populus concessisset, Livius XXVI, 33. XLIV, 21. cf. Henr. Io. Arntzenii Miscellanea cap. X. p. 113. sq.*

g) *Diomys. Hal. Lib. VIII. p. 448.*

h) *Cic.*

h) Cic. ad Diu. I, 2. VIII, 8.

i) Suet. Aug. c. 94.

***) Numquam de iure priuato, sed de rebus ad Senatus curam pertinentibus SCta hoc aeuo condita sunt, vti suo loco sumus fufius demonstraturi.

k) De Senatu Rom. scripsere *Manutius, Hotomannus, Zamofcius, Middletonus*. [His addendus est *Gius. Mar. Vendettini del Senato rom.* Roma 1782. 4.]

§. XIII.

Populi potestas, in bello, legibusque iubendis, magistratibus creandis, iudiciis capitibus agendis, posita, primum aucta est, legibus *Pubilia* et *Maenia* ¹⁾; quibus effectum est, vt, quodcunque populus iussisset, ei auctoritatem adprobationemque suam patres deberent adhibere: deinde legibus *Valeriis, Porciis, Sempronis*, de prouocatione, stabilita atque firmata. Est autem populus vel vniuersus, in comitiis centuriatis, vel curiatis, congregatus, vel plebs tantum, cuius sunt comitia tributa. Omnis itaque potestas, suae maiestas, ab initio erat totius populi: sed, exortis tribunis plebis, institutisque comitiis tributis, a tribunis haberi solitis, auctaque in immensum plebis potentia, omnia fere eadem quoque ad plebem suere translata: créatione magistratum superiorum, et iudiciis de perduellione exceptis: quae vniuersi populi, comitorumque centuriatorum mansere.

1) v. §. antec.

§. XIV.

Equites etsi iam a Romuli inde temporibus in republica semper fuerunt in centurias suas ^{m)} descripti, variisque dignitatibus sensim paullatimque aucti, emiuerunt: ordo tamen Equester demum postremis rei publicae temporibus exortus est huiusmodi, qui interiectus quasi et intermedius inter Senatum atque plebem

hem esset *), ac propria insignia haberet. Initium factum est Lege *Sempronia iudiciaria* ⁿ⁾, qua C. Gracchus iudicia a Senatoribus ad Equites transtulit. Perfecta tamen et absoluta ista ratio demum est in Ciceronis Consulatu ^{o)}. E Gracchi igitur Lege, ius iudiciorum publicorum exercendorum habuerunt, ademptum postea a Sulla, lege *Cornelia*, sed redditum Lege *Aurelia*, atque *Pompeia*. Illud autem eorum munus, cui originem debent, ut stipendia equo publico mererent, dudum ab usu recesserat. Inde longe aliae erant *militiae equestres* ^{p)}.

m) Quae quomodo amplificatae, auctaeque subinde fuerint, docet *I. F. Gronou. Obs. III, 25.*

*) Peculiarem eamque doctam Diatriben: *Ordo Equester apud Romanos, quo tempore ortus sit eiusmodi, qui interiectus quasi et medius inter Senatum et Plebem esset?* exhibuit *Christianus Rau*, Vir S. R. Lips. 1787, 4. ubi e loco Plinii, quem *Bachius* excitauit, ostendit, hanc ordinis equestris constitutionem quinquaginta nouem annis post legem *Semproniam* esse factam. Mihi tamen id ipsum, quod a Cicerone demum separatus ordo esse coeperit, non omni dubia carere videtur. Sane *Appianus de bell. ciu. lib. I. c. 106.* in funere *Sullae* ante *Ciceronis* Consulatum mortui meminit iam ordinis equestris tamquam seiuncti a senatoribus et plebe. Caeterum cf. *Christ. Gottl. Schwarzii D. de insignibus ordinis equestris veterum Romanorum.* Altorfii 1715. 4. *Io. Erh. Kappii Diss. de annua equitum Romanorum transvectione et de eorumdem recognitione seu censura.* Lips. 1734. 4. et, quod proprium in theatro locum attinet, conscriptus a me: *de legibus Romanorum theatralibus*, liber singularis iterum editus Lips. 1805. 8. cap. II.

n) [*Dukerus ad Liu. XXXIX, 37.*] dicit, se non existimare, ante Gracchi tempora peculiarem ordinem Equitum fuisse, sed tum factum lege *iudiciaria*. Verum doceri, e *Plinio H. N. XXXIII, 1. 2.* potest, Ciceronis tempore demum perfectum.

o) *Plin. H. N. l. c.* Lege *Roscia theatrali* proprius locus in quatuordecim in theatro datus. Praeterea angustus

gustus clausus, insignis ordinis, hoc forte tempore iis concessus.

- p) Scripsit *Nic. Io. Iantzonus* *Diss. de ordine Equestri apud Romanos*, Lugd. Bat. 1744. cf. *Masson. vit. Horat.* p. 112. 114. sq. [add. *Crist. Guil. Eybenius* *Diss. de Ordine Equestri veterum Romanorum*. Argent. 1684. f. et in *Sallengre thes. Ant. rom.* T. I. p. 1089. sq.]

§. XV.

Quodcumque populus iuberet, id in Comititiis ferebatur. *Comitiorum* autem populi triplex ratio, *Cyriatorum*, *Centuriatorum*, *Tributorumque*, etiam his temporibus, semper constitit. *Cyriata* quidem tantum, aut *Flaminium*, *Curionisque Maximi* creandi, vel *adrogationis* ^{q)}, vel denique legis *Curiatæ* de imperio ferendæ ^{r)} causa, atque hoc tantum dicis gratia ^{s)}, habebantur per lictores XXX: in ceteris rebus loco cesserant reliquis comitiis. *Centuriatis* ^{t)}, non solum magistratus superiores creabantur, leges a Consulibus vel Praetoribus ferebantur, sed etiam iudicia de criminibus omnibus habebantur, usque ad quaestiones perpetuas, quibus constitutis, vnum de perduellione iudicium illis relictum. *Tributa*, tribunorum plebis, ceterorumque plebeiorum magistratum, sacerdotumque creandorum causa, legibusque a tribunis ferendis, habebantur. In omnibus his comitiis olim suffragia voce declarata sunt: sed deinde in omnibus tributis atque centuriatis, legibus *tabulariis* latis ^{u)}, suffragia per tabulas dari coepta ^{v)}.

q) *Cic. dom. c. 42.* olim etiam *testamenta* saepe.

r) Sine *Lege Curiatæ* nulli magistratui licebat rem militarem attingere. *Cic. Agr. II, 12.* cf. *Ernesti Clav. Cic. Ind. Leg. h. v.*

s) v. de hac formula *A. Augustin. Emend. II, 2.* [in *Ottonis Thes. T. IV. p. 1472.*] *Wieling. Lect. Iur. Ciu. h. 3.*

t) In quibus haec mutatio facta his temporibus, ut non centuriarum solum et classium, sed etiam tributum ratio

tio haberetur: vnde *tribuum* in his Comitiiis mentio saepe occurrit. v. *I. F. Gronou. Obs. IV, 1. Duker. ad Liu. V, 18.*

- u) *Lege Gabinia, Cassia, Papiria, Coelia*: de quibus *Cic. Leg. III, 16. Lael. c. 12.* disputat, et, quid insit vitii, demonstrat.
- x) de Comitiiis scriptores sunt *Sigonius et Grucchius.*

§. XVI.

Iam in vniuersum de Iure Ciuili, eiusque statu, dicendum videtur: propterea, quod in eo nititur reipublicae status ipsius. Ius autem omne vel ex *Legibus*, vel ex *Moribus* nascitur.

§. XVII.

Legum *) iubendarum potestas, vt in ciuitate libera, penes totum populum proprie esse debebat, vt consensus omnium non iussisse latas magis, quam tulisse, videri posset, nemoque vnus teneretur legibus, nisi quas suffragio sciuisset suo. Itaque in comitiis totius populi, Curiatis, maxime Centuriatis, a magistratu aliquo superiori solummodo rogatas reperimus: donec, vt supra vidimus, Tribuni plebis, sine auctoritate Patrum, comitia Tributa habendi, et ad plebem solam ferendi leges, potestatem sibi adrogauerunt: quae *Plebiscita* dicuntur. Nec tamen statim istas tribunicias rogationes, tamquam iugum, imponi sibi Patres patiebantur. Negabant, teneri vniuersum populum legibus, quas non vniuersus populus, sed plebs tantum, iussisset: adeoque se Plebiscitorum quasi vinculis obstringi non posse, quibus ferendis ipsi non aduisissent. Eius veluti controuersi iuris finiendi causa, post secessionem plebis in montem Auentinum, Decemuirorumque dominatum sublatum, a duobus popularibus Consulibus, L. Valerio et M. Horatio, a. V. CCCV, *Lex Valeria Horatia*
lata

lata est, ut, quod tributim plebs iussisset, populum teneret²⁾: qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum ait Liuius. Deinde cum haec Lex patriciorum calumniis siue elusa, siue infracta esset, idem repetitum a. V, CCCCXV, *Lege Publilia*, a Q. Publilio Philone Dictatore populati lata³⁾, ut *Plebiscita omnes Quirites tenerent*. Sed ne sic quidem Patres adqueuerunt. Nam cum adsiduis hostium vastationibus exhausta plebs, et aere alieno demersa esset, eam Patres foenore iniquo omni modo fere agere, vexare, plebs denique malis victa in Ianiculum secedere a. V. CCCCLXV. Qua de causa Q. Hortensius Dictator creatus, *Lege Hortensia* rogata, sanctius firmissimeque cauit, ut *Plebiscita omnes Quirites tenerent*⁴⁾, effecitque, ut plebis saluti atque commodo prospicientibus Plebiscitis auctoritas constaret sua, rei publicae concordiae et otium rediret. Ab eo tempore nulla amplius a Patribus facta est Plebiscitis controuersia. Atque ab eo demum tempore Plebiscita nomen *Legum* accepisse, plerique interpretes existimant⁵⁾. Perperam. Non enim nomen, quod ab initio habuerant⁶⁾, sed vis Legum vniuersalium illis tunc demum sine controuersia accessit. Nullum adeo, nisi in modo comitiorum, discrimen reperitur inter *Leges Censuriatas*, atque *Plebiscita*, neque *Lex* et *Plebiscitum* distingui partitione debent⁷⁾.

1) *Legis* nomine adpellatur id omne, quod populus iussit: quod saepe in vernacula *ein Gesetz* dici non potest. Itaque *Lex*, qua Pompeio imperium mandatum est in bello Mithridatico, non potest verti *ein Gesetz*, sed *eine Verordnung*, *ein Beschl.* v. *Ernest. Clau. Cic. Ind. Leg. init.*

2) *Liui. III, 55.* [v. *Io. Mercerii Opinion. lib. II. c. 15. in Ottonis Thes. T. II. p. 1602. sq.*]

3) *Liui. VIII, 12.* In qua lege vocabulum *Quirites* positum fuisse videtur, ut, quoniam vocabulum *populi*, in pri-

priori lege, ambiguum erat, omnis calumniae locus praeccluderetur.

b) *Gell. N. A. XV, 27. L. 2. §. 8. D. de O. I, §. 4. I. de I. N. G. et C.* Ea lege Plebisfictorum ius extra omnem controuersiam positum. Quare Pomponius, et Iustinianus, de Plebisfictorum vi disputantes, huius postremae atque efficacissimae legis tantum mentionem faciunt, exemplo veterum, qui, ubi de iure aliquo exponunt, plerumque tantum solent nouissimae, ac superiora omnia in eodem genere iussa complexae, legis meminisse.

c) *Heinecc. Hist. Iur. I, 42. P. Manutius de Legibus.*

d) Nam statim ab initio omnia ea, quae a Tribunis ad plebem ferebantur, rogabanturque, *Leges* adpellatae: arguit *Scitia, Liu. III, 32.* multaeque aliae *Leges* tribuniciae. Neque vero proprie *Lex* quicquam aliud est, quam quodcunque fertur ad populum plebemue, siue sciscatur, siue non, quaeuis rogatio atque conceptio verborum. v. *Ernesti Clau. Cic. Ind. Leg.* Itaque apud scriptores quoduis plebisfictum nomine *Legis* adpellatur.

e) Id plerique iuris ciuili historiaeque interpretes, et recentioribus, faciunt, nominatim, *Heineccius Hist. Iur. l. c. Inst. Iust. §. 46. s. Brunquell. Histor. Iur. I, 6. et 7.* aliique plurimi, qui auctoritate Iustiniani §. 4. *Inst. de I. N. G. et C.* et *Q. Laelii Icti*, apud *Gell. N. A. XV, 27.* *Legem* dicunt, quam *populus Romanus Senatorio magistratu rogante, veluti Consule*; Plebisfictum autem, quod *plebs, plebeio magistratu rogante, veluti Tribuno plebis*, constituerit. Neque vero aut Iustiniani, aut vnus antiqui Icti, auctoritas contra omnem antiquitatis historiaeque fidem valere potest. *Cicero* quidem *Top. c. 5.* ubi partes Iuris Ciuili enumerat, *Leges* tantum ponit, eoque vocabulo etiam Plebisficta complectitur. Itaque *Legis* vocabulum promiscuum est, et tam totius populi, per centurias congregati, quam plebis scitis, conuenit: Plebisficta autem solius sunt plebis, rogationibus tribuniciiis facta, iussa.

§. XVIII.

Quo autem facilius ambitioni magistratuum leges reipublicae perniciosas, gratas plebi, ferentium, in pri-

primis tribuniciis actionibus, resisti posset, legum ferendarum certi quidam modi, certique ritus fuerunt praefiniti, certae quaedam impediendorum comitiorum rationes constitutae. Nam primum Lex per *trinundinum*, hoc est, XVII dies^{f)}, ante Comitia, promulgata^{g)}, publice pendere debebat, ut omnibus civibus recte cognoscendi, deliberandique esset potestas; deinde ante comitia tam *suadendi*, quam *dissuadendi* legem^{h)}, potestas cuique fiebat; quo populus rectius, si quid inesset vitii, doceretur: porro *intercessione*, atque auspicio *obnuntiatione*ⁱ⁾, omnis rogatio poterat suffragatioque tolli: denique non omnibus diebus fastis legem ferri licebat^{k)}: ut comitiorum ipsorum formam rationemque, multasque cautiones alias, omittam, de quibus consulendi, qui de comitiis atque Legibus populi R. scripsere^{l)}. Ceterum vix opus monere, legem non, nisi a magistratibus, neque omnibus tamen, sed a Consule, Praetore, Dictatore, Interrege, vel si quis alius Consularia auspicia, imperiumque haberet, et a Tribunis plebis, non ab Aedilibus Curulibus^{m)}, ceterisque minoribus magistratibus, ferri potuisse. Cum fertur, ut Leges iubeantur, *rogari*, quando, ut tollantur, *abrogari*, cum, ut aliquid ex prioris lege detrahatur, *derogari*, vel *exrogari*, cum, ut aliquid adiciatur, *surrerogari*, cum, ut aliquid priori legi contrarium statuatur, *obrogari* Legibusⁿ⁾ dicitur. Denique leges sunt vel *perfectae*, vel *minus quam perfectae*, vel *imperfectae*^{o)}.

f) v. Ernesti Clau. Cic. h. v.

g) Legibus Caecilia Didia, et Licinia Iunia, ea de re provisum.

h) Liu. XLV, 36. Cic. Leg. III, 4.

i) Nam Legibus plurimis, et ab ultima reipublicae origine institutum erat, ut contra *auspicia* comitia haberi nefas

nefas esset. De quibus Lege *Aelia* postremo sancitum.
v. *Ernesti Clau. Cic. Ind. Leg. h. L.*

k) De quo erat *Lex Fusia*, *Cic. de prouinc. cons. c. 19. Sext. c. 15.* v. *Ernesti Clau. Cic. h. L.*

l) *Sigonius, Grucchius de comitiis, P. Manutius, A. Augustinus de Legibus.*

*) In prioribus editionibus legem ferendi potestatem *Bachius* denegauerat quoque *Censoribus*, quod quidem non omnino negandum. Quamuis enim plerumque *Lex Censoria* significet *Edicta Censorum locandorumque vectigalium conditionem*: diserte tamen ait *Zonaras* l. II. c. 19. *Censores* populum euocasse ad legum et aliarum rerum comitia, et vero etiam *Bachius* ipse l. II. c. 2. *Sec. I. §. 32.* et *Sec. III. §. 15.* sententiae suae exempla in contrarium attulit.

m) v. *Vlpian. fr. I, 1. Schulting. Iurisprud. Anteiust. p. 561. f.*

n) *Vlpian. fr. I, 3. ibique Schulting. [vid. Chr. Wildvogel Pr. de legg. imperfectis ad Tit. I. §. 1. Vlpianci Codicis, Ien. 1723. 4.]*

§. XIX.

SCtis etiam in libera republica interdum ius constitutum fuisse °), atque adeo ea vim legum habuisse, supra ostendimus, tradeturque infra diligentius.

*) Per errorem *Bachium* lapsum esse, supra monuimus, et exposituri sumus infra vberius.

§. XX.

Iam ad Ius illud veniamus, quod e *Moribus* profectum est. Cuius quidem generis, vt in omnibus ciuitatibus liberis, sic in republica Romana, quam plurima sunt instituta, propterea, quod multo libentius homines moribus voluntatem atque obsequium adcommodant suum, quam quidem legibus scriptis, quae inuitis plerumque ciuibus iniunguntur °). In republica autem Romana eo magis necessarium fuit, moribus plurima permittere, quod, vt supra dixi, leges per populum sanciri, multis difficultatibus, atque impe-

impedimentis obnoxium tenebatur^{p)}). Ac Moribus quidem attribuimus *Ius honorarium*^{q)}, siue quod ex edictis magistratuum, tam urbanorum, quam prouincialium, manauit, *Ius Civile*, quod κατ' ἐξοχήν ita dicitur, pro eo, quod interpretationi responsisque prudentum debetur, *Disputationem fori*, siue *res iudicatas*, ac denique *Morem maiorum*. Nam quoniam neque magistratus, neque Icti, neque iudices, legum iurisque sancienti habuerunt potestatem, quae solius populi erat: facile intelligitur, omnia ista iura auctoritate magistratuum, prudentum, iudicumque, recepta, non per se, sed vetustate, tacitoque adeo populi consensu, pro iure valuisse. Sed de singulis, quoniam suis locis pressius erit differendum, hoc quidem loco plura dicere, nihil attinet.

o) Dion. Chrysoft. or. 76.

p) Quindil. Inst. Or. V, 10, 13. in iure, inquit, pleraque non legibus, sed moribus constant.

q) Edicta praetorum esse consuetudinis ius dicit Cic. Inu. II, 22.

§. XXI.

Iudiciorum autem apud Romanos haec erat ratio, ut alia essent *publica*, *priuata* alia^{*)}). *Publica* dicebantur ea, quae in causis publicis, *priuata*, quae in priuatis causis versarentur^{†)}). Causa autem publica, quae pertinet ad rem publicam, et priuata eodem modo. Falsum enim est, quod ex Institutionibus Iustiniani^{‡)} amplexus est Sigonius, aliique, *publica* iudicia dici, quod unicuique de populo agendi ius fuerit^{**)}). Atqui ab initio certe nemini, nisi Quaestoribus, Aedilibus, Tribunis plebis, permissum fuit accusare publico iudicio: propterea, quod ad populam agendae causae publicae, cum populo autem agere, nemini, nisi magistratui, ius esset. Quaestio-

nibus perpetuis constitutis demum, priuati ad accusandum accesserunt.

*) Nemo melius hunc locum de causis iudiciisque publicis priuatisue excussit *Franc. Hotmanno ad Cic. Orat. pro Rōjc. Amer. c. XXI.* in vniuersum tamen consulendi sunt: *Car. Breti. ordo perantiquus iudiciorum civilium eorumque solennia.* Paris; 1604. 4. et in *Chr. Gottfr. Hoffmanni Hist. Iur. Vol. II. Part. Postter. p. 1. sq. Ant. Popmae de ordine et usu iudiciorum libri III.* Leonard. 1617. 4. *Laurentii a Santaiana et de Bustillo, Salmanticensis ICTi, Senatus romanus, iustus criminum vindex, siue de Sctis romanis ad leges publicorum iudiciorum factis, Ceruariae, 1733. 8.* et nouissime *Christ. Gottl. Heynii, V. C. Comm. II. de accusationum et iudiciorum publicorum ratione et ordine apud Graecos et Romanos.* Gotting. 1788, 1789. f. et in *Opusc. academ. Vol. IV. p. 49 — 95.* add. *Adr. van der Hoop Disp. de iis, qui antiquitus apud Romanos de criminibus iudicauerunt, Lugd. Bat. 1723. 4.* et in *Supplem. Thes. jur. ciu. et can. Meermann. p. 605. sq.* et *Phil. Inuernizi de publicis et criminalibus iudiciis, Rom. 1787. 4.*

r) v. *Ernesii Clau. Cic. Ind. Latinit. v. Iudicium.*

s) §. 1. *Inst. de publ. iudic.*

**) Verum hoc est, quaestionibus perpetuis institutis; falsum in iudiciis ordinariis; v. *L. 43. §. 10. D. de R. N.* vbi diferte id affirmatur. cf. *Car. Frid. Zepernick, V. III. ad Siccamae librum de iudicio centumuir.* (Hal. 1776. 8.) *lib. I. cap. V. not. a. p. 34.*

§. XXII.

Sed primum de iudiciis publicis dicemus. Atque haec vel *ordinaria*, vel *extraordinaria* *), suere. *Extraordinaria* dicuntur, quae non fiunt ex perpetua aliqua lege, sed ex lege, vel Scto singulari, ad certam causam pertinente: *Ordinaria*, quae ex perpetua lege, ita, vt non, quoties aliquod iudicium habendum est de crimine, opus sit noua lege, aut Scto. Ante Quaestiones perpetuas omnia fuere *extraordinaria* et populi, in comitiis: his autem con-

stituta.

stitutis, pleraque facta ordinaria, semperque per selectos iudices acta. Quod ut rectius intelligatur, tenendum est, olim, crimine aliquo admisso, ubi non magistratus aliquis, veluti tribunus, quaestor, aedilis, accusator extaret, primum vel SCto, vel lege¹⁾, ad populum plebemue lata²⁾, iuberi oportuisse, quaestionem de crimine haberi, cui praeesset, vel SCto, vel lege, Quaestor magistratus aliquis³⁾. Vbi vero accusator esset magistratus aliquis, tum nullo Quaestore opus. Sed haec ratio immutata est per *Quaestiones perpetuas*, quae, initio facto Lege Calpurnia de repetundis, a. V. DCV. 7) **), deinceps sensim, legibus imprimis *Corneliiis* 2), constitutae sunt. Earum Quaestionum haec vis erat, ut causae publicae, iniussu populi, semper ad magistratus, quibus quaestio obtigisset, cum consilio selectorum iudicum, agerentur. Singulis Praetoribus, praeter urbanum atque peregrinum, singulae Quaestiones, interdum etiam plures, mandabantur. Ab eo itaque tempore, fere omnia iudicia publica facta sunt ordinaria, a populo ad selectos iudices translata, vno *perduellionis* iudicio excepto, quod ex instituto Tulli Hostilii semper populi vniuersi suffragiis inualuit: raroque factum est, ut noua lege, SCtoque, extra ordinem quaestio de crimine decerneretur, vel iuberetur, ut in Clodium, de pollutis sacris; in Milonem, de vi et caede Clodii. Ordinarius praeerat Quaestor, siue Praetor, ac per delegationem *Iudex Quaestionis* 3): extraordinariis, quem Senatus, vel populus, iussisset. Illi autem selecti iudices, per quos iudicia fiebant, primum e Senatoribus fuere in classes, siue decurias descripti: saepe deinde variatum. Nam Lege *Sempronia* iudicatus ad Equites translatus est a C. Graccho, quod frustra tentauerat Tiberius, frater^{b)}: a Q. Seruilio Caepione deinde, XVII. annis post, lege *Seruilia*,

cum utroque ordine communicatus ^{c)} a. V. DCXLVIII. Paulo post C. Seruius Glaucia, Praetor, alia *Serulia* lege, iudicia solis Equitibus restituit a. V. DCLIV. M. Plautius Silvanus, Strabone et Catone Coss. cum utroque ordine iterum communicavit ^{d)}. Nam qui id paullo ante a. DCXLII. susceperat, M. Livius Drusus, legem non pertulit: id, quod etiam de legibus *Seruliis* et *Plotia* a viris doctis existimatur. L. Cornelius Sulla, a. V. DCLXXII, odio equestri ordinis plebisque, Senatoribus solis reddidit ^{e)}. Cum autem Senatores, propter res male iudicatas, infames essent ^{f)}, L. Aurelius Cotta Praetor, Pompeio et Crasso Coss. a. V. DCLXXXIV, tulit, ut omnes tres ordines iudicatu fungerentur. A quo tempore tres *decuriae* ^{g)} iudicum a Praetore Urbano iurato descriptae fuerunt, prima Senatorum, altera Equitum, tertia Tribunorum aerariorum e plebe: ita quidem, ut in singulis iudiciis e tribus istis decuriis aliquot legerentur. Eam deinde Cn. Pompeius Magnus, a. DCXCIX, rationem iniit, lege iudiciaria lata, ut ex iisdem quidem tribus ordinibus, sed aliter tamen, iudices legerentur ^{h)}. Talit enim, ut *ex amplissimo Censu* ex centuriis aliter, quam antea, lecti iudices, aequae tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicarent ⁱ⁾. Mansit ea ratio usque ad C. Caesarem, dictatorem, qui tres decurias ad duas redegit, Senatorum et Equitum: Tribunos aenarios, quae erat tertia, fustulit ^{k)}. Tertiam decuriam ex Centurionibus, vilissimoque genere hominum, paullo post M. Antonius lege sua addidit ^{l)}: quae brevi post, iudicato hoste Antonio, rursus sublata fuit ^{m)}, restituta haud dubie tribunorum aerariorum decuria. Iam ubi iudicium erat habendum ^{***)}, ex decuriis iudicum tot forte a Praetore educebantur, quot singulis iudiciis leges definissent. Varius autem is numerus videtur fuisse.

fuisse. Sortitione facta, quo suspecti et iniqui tam ab accusatore, quam a reo, secerni, segregarique possent, reiectio iudiciumⁿ⁾ fiebat. Noluerunt enim Romani quaequam iudicare, nisi qui inter eos, quorum res ageretur et causa, conuenisset^{o)}. In reiectorum locum Praetor, qui quaestioni praeerat, alios subfortiebatur. Forma iudiciorum publicorum definita fuit vel *legibus iudiciariis*, vel legibus de singulis criminibus.

*) Iudicia *extraordinaria* neque in uniuersum pro publicis, neque pro priuatis haberi possunt. Primo enim non semper in iis poena est publica, adeoque nec semper cuiuslibet e populo licet accusare; sed saepe tantum ei datur persecutio, cuius interest. Hinc accusationes, seu actiones inde prouenientes, aliae sunt *populares*, v. c. crimen de termino moto: aliae et fere plurimae sunt *priuatae*, v. c. crimen expilatae hereditatis. Deinde nunquam exerceri possunt ab ordinario magistratu civili; sed a iudice criminali eoque singulari, qui libera republica a populo, sub imperatoribus a Praefecto Vrbi constituitur: vnde nec vocanda sunt priuata. Aecedit auctoritas *Quintilianiani*, qui *Instit. Orat. Lib. III. cap. 10.* iudicia simpliciter in *publica*, *priuata* et *extraordinaria* diuisit. Si igitur dicendum, quod res est, iudicia *extraordinaria* medium tenere videntur inter *publica* ac *priuata*, adeoque sola *ordinaria* κατ' ἐξοχήν sub *publicorum* nomine comprehenduntur. Quod adeo verum est, vt adhuc sub Imperatoribus, etsi tum omnia crimina, siue *ordinaria*, siue *extraordinaria*, nullo discrimine habito, a Praefecto Vrbi iudicarentur, crimina tamen *ordinaria* adhuc κατ' ἐξοχήν *publica* appellata fuerint, cuius rei indicium extat luculentum in Digestis. Nam cum in libro XLVII. actum esset de delictis priuatis, et de criminibus *extraordinariis*: sermo postea in libro XLVIII. instituitur *de iudiciis publicis*, et sic inscribitur statim titulus primus. Caue tamen, ne cum iudiciis illis confundas actiones populares in causis civilibus coram magistratibus civilibus ordinariis instituendas, v. c. actio de albo corrupto, quasi accusatio suspecti tutoris.

- t) v. Duker. ad Liu. XXXIX, 14.
 u) Liu. IV, 51. IX, 26.
 x) Hunc vulgo tradunt *quaestorem parricidii* appellatum fuisse, cum tamen ita tantum dicatur is, qui quaestioni de perduellione praefit, vt e L. 2. §. 23. D. de O. I. intelligitur.
 y) Locus classicus de his Quaestionibus est Cic. Brut. c. 27. cf. Sigon. de iudic. III, 1. Ernesti Clau. Cic. h. v.
 **) Pighius Ann. T. I. p. 268. hoc a. V. C. DCIX. factum esse contendit.
 z) Cic. Lael. c. 11.
 a) De eo v. Sigon. II, 5. Casaub. ad Sueton. Caes. 11. Schulting. Iurispr. Antiqua. p. 728. Ernesti Clau. Cic. voc. Quaestio. Eum ipsum quoque *Quaestorem* dictum tradit Aſcon. in Cic. Ad. I. Verr.
 b) Nam qui scriptores Tiberium dicunt transtulisse, ex ratione latinitatis, interpretandi de eius voluntate, v. Duker. ad Flor. III, 17.
 c) v. Ernesti Clau. Cic. Ind. Leg. in Seruilia.
 d) Cic. fragm. Or. pro Cornel. mai. reo.
 e) Tac. An. XI, 22.
 f) Cic. Verr. III, 96.
 g) v. Io. Tob. Krebsii Disp. erudita de Iudicium Romanorum decuriis. Lips. a. 1744. [et in Opusc. N. III. p. 61. sq.]
 h) Aſcon. in Pison. fin. Cic. in Pison. c. 39.
 i) cf. Krebsii Diff. laud. p. 23.
 k) Suet. Caes. c. 41.
 l) Cic. Phil. I, 8. et V, 5.
 m) v. Torrent. ad Suet. Aug. c. 32.
 ***) Cf. Frid. Saxii Diff. de ordine iudiciorum publicorum apud Romanos. Trai. ad Rhen. 1784. 4.
 n) In aliis iudiciis plures, in aliis pauciores, reiici potuisse intelligitur e Cic. Verr. II, 31.
 o) Cic. Cluent. c. 43. Schulting. Diff. de recusat. iud. c. 1.

§. XXIII.

Nullum autem iudicium haberi, neque reus, quamuis nocens, condemnari poterat, nisi accusator existeret. Etenim non id fuit Romanorum institutum, vt, quemadmodum apud nos, crimine aliquo

quo aut scelere commisso, magistratus quaerent ex officio, nisi forte causa esset eiusmodi, ut totius republicae status periclitaretur¹⁾. Itaque ab eo tempore, quo magistratus non amplius ad accusandum accesserunt, hoc est, ab institutis Quaestionibus perpetuis, unicuique e populo Romano permissum fuit, reum in iudicium adducere; factumque, ut laudi esset nobilibus adolescentibus, nobilem aliquem, multisque sceleribus infamem, reum, eloquentiae vi, iugulare. Quo autem adlicerentur accusatores, neue scelera atque crimina impunita inanerent, constituta certa quaedam praemia iis, qui reos condemnassent²⁾. Quod si ad eundem reum postulandum plures descendissent, iudicium de accusatore constituendo, erat *Diuinatio*³⁾, quamuis, qui accusabat, saepe alios habere soleret *subscriptores*, tamquam adiutores, atque secundarum partium actores. Istitis autem commodis inuitati homines sordidi, atque improbi, ad accusationes faciendas plerumque quaestus causa descendere solebant. In quo cum innocentibus periculum saepe crearetur, necesse fuit, calumniatorum turpem impudentiam legibus coercere, ut factum lege *Rennia*: ac turpis quodammodo haberi coepit accusatio, nisi vel suae, vel necessariorum, iniuriae vindicandae causa suscepta: contra vero in laude, quia e disciplina Romana primo, Lege deinde *Cincia*, gratuita reorum defensio: quae saepenumero deferebatur pluribus *Patronis*, plerumque quatuor, raro sex⁴⁾: qui defensionem partirentur: quibus quidem, *quantum*, et *quamdiu*, quisque vellet, dicere licuit, donec defensio, oratioque patronorum in certa horarum spatia, a *Cn. Pompio Magno*, lege iudiciaria⁵⁾, coacta est. A quo tempore ad clepsydram dicere necesse fuit⁶⁾. Praeter patronos, *Laudatores* etiam, quorum numerus olim, veluti legitimus consuetudi-

nis, fuit *denarius* *), et *Aduocati* fuerunt a reo adhibiti defensionis instruendae causa. In iudicio tam ab accusatoribus, quam a patronis, perorata causa, reus, sententia iudicum, vel absoluebatur, vel ampliabatur, vel denique comperendinabatur *); sententia autem olim dicebatur, deinde, e lege tabellaria, tabellis ferebatur: etsi Sulla lege Cornelia reis arbitrium permisit, sententiam dici, an ferri vellent †), quae tamen tempore iudicii Cluentiani obsoleuerat.

p) v. nos in *Traian. p. 77. sq.*

q) v. *Briffon. Sel. Ant. III, 17. Heinoc. Comm. ad Leg. Pap. Popp. III, 10. nos in Traian. l. c.*

r) Quale fuit de accusatore Verris constituendo iudicium, v. *Cic. Diuin. in Caccil. Gell. N. A. II, 4, L. ult. D. de collus. L. 16. D. de accusat. et inscript.*

s) *Alcon. Argum. Orat. pro Scauro p. m. 171.*

t) *Cic. Or. III, 34. A. de caus. corr. eloq. c. 38. [quamuis iam ante legitimae horae fuerint. Cic. Verr. I. 9. 11.]*

u) v. *Polleti Histor. for. Rom. I, 11.*

x) *Cic. Verr. V. 22. quorum numerum rursus quoque coërcuit lege Pompeius.*

*) Ampliatio tamen et comperendinatio ad secundam actionem non ex omnibus legibus licebat.

†) *Cic. Cluent. c. 20.*

§. XXIV.

Poena non a iudicibus irrogabatur, qui, an factum crimen esset, solummodo cognoscerent, sed in singula crimina erat legibus statuta; quam exilio voluntario euitare poterat reus *): quapropter exilium non tam poena, quam perfugium portusque supplicii a Cicerone dicitur. In nullo vero crimine, nisi perduellionis, propter leges Porciae atque Semproniam, supplicium vltimum ciuibus Romanis irrogari poterat. Vnde merito de Romanis praedicat Liuius †), nulli genti mitiores placuisse poenas.

*) *Cic. Caccin. c. 34.*

†) *Liui. I, 28.*

§. XXV.

§. XXV.

Restat, ut de *privatis* iudiciis exponatur. Ea pertinuerunt ad eos, qui ius dicerent, magistratus, adeoque ab initio a Consulibus exercita, donec Praetori Urbano, ac denique Peregrino, iurisdictio demandata est. Ab eo enim tempore privata iudicia a Praetoribus Urbano Peregrinoque habita sunt. Atque olim quidem videntur magistratus ipsi tam de iure, quam de facto, cognovisse, nullumque privatum iudicem dedisse *): id, quod intelligitur ex iudicio Virginiae apud Livium ^{b)}. Postea vero, quam, numero civium in immensum aucto, multitudo negotiorum ac iudiciorum privatorum creverat, ita, ut etiam Praetorem alterum iuris inter peregrinos dicendi causa creare, atque centumvirale iudicium instituere necesse esset, ac Praetores edicta componere coeperant: videtur institutum, ut Praetores tantum de iure decernerent, de facto autem iudicem, iudicesue darent ^{c)}: segregareturque *iurisdictio*, atque *iudicium*; officium Praetoris, ac iudicis: aliaque essent, quae *in iure*, alia, quae *in iudicio* fierent. Sed necesse est, ut, antequam ad reliqua proficiscamur, brevis de Iurisditionis vi disputemus.

*) Cf. Car. Frid. Zepernick, V. III. ad Siccamae librum de centumvir. iudic. lib. I. cap. II. not. b. p. 15.

b) Liu. III, 44.

c) v. Ducker. ad Liu. III, 46.

§. XXVI.

Primum itaque tenendum diligenter hoc est, *Iurisditionem* liberae reipublicae temporibus semper in causis privatis versatam, hisque ita quasi addictam fuisse, uti publicis *quaestionem*. Nam primum omnis in edictis, et ex edicto decretis ^{d)}, triumque verborum *do, dico, addico*, usu posita fuit. Deinde tantum

Praetori urbano atque peregrino, et Aedilibus curulibus, tribuitur, quorum potestas ad solas causas privatas pertinebat; non vero Praetoribus iis, qui quaestiones perpetuas exercebant, quibus *imperium* civile fuit ^e). Iurisdictionis autem exercendae causa nulli alii, nisi Praetor Urbanus et Peregrinus, annua proposuerunt edicta: quorum usus deum, instituta Praetura peregrina, ac multitudine causarum, atque litium, in legibus ipsis non satis definitarum, aucta, videtur inualuisse. Atque ab eo tempore iurisdictione etiam in iudice privato dando addicendae constitit, cum non ipsi amplius illi Praetores, quemadmodum antea, de *facto*, sed tantum de *iure*, statuerent: nec de causis privatis ipsi amplius iudicarent, sed tantummodo iudicia privata constituerent, iisque praessent.

d) *Cic. Verx. II, 48.*

e) v. omnino *Ernesti Clau. Cic. voc. Iurisdictione.*

§. XXVII.

Iudicia autem privata, pro causarum diversitate, sunt vel *iudicia stricti iuris*, quae *κατ' ἐξοχήν* antiquis *iudicia* dicuntur; vel ea, quae, quoniam mitia, atque arbitriis compromissariis similia, erant, *arbitria* apud Ciceronem vocantur, veluti *arbitrium tutelae, pro socio, fiduciae, mandati* ^f): vel, pro diversitate iudicum, *Recuperatoria*, vel denique *Centumvirolia*. Iudicia *stricti iuris* sunt, in quibus omnia aspere exiguntur, secundum factum, scripturam, vel denique formulam solennem, in rebus contrahendis conceptam: *arbitria* autem, in quibus, propter naturam negotii, locum habet ratio voluntatis, et aequitas ^{*}): *Recuperatoria*, in quibus de possessione atque rebus pecuniariis certatur: *Centumvirolia*, denique quae ad Centumviros aguntur, de quibuscunque rebus
 priua-

priuatīs grauioribus. Omnia uero haec iudicia facta sunt ex formula a Praetore praescripta, quae in iis, quae κατ' ἐξοχήν iudicia dicuntur, strictior fuit, a qua iudices ne latum quidem unguem recedere possent, ac ne exceptionum quidem rationem habere, nisi a Praetore ipso quoque impetratae, in formulamque adactae, fuissent: in arbitriis autem, propter adiectam clausulam *ex fide bona*, vel *quantum aequius melius*, vel *uti inter bonos bene agier oportet*, laxior, amplior, atque liberior potestas iudici siue arbitro concessa fuit, ex aequo et bono statuendi. *Recuperatoria* et *centumuiralia* quin ad certam formulam data fuerint, mihi quidem non est dubium⁵), cum delegatio uerbis mandatoque fieri deberet**), et necesse esset adeo, scire iudices, quid esset, de quo iudicaretur: quamquam, qualis formula praescripta fuerit, uniuerse pronuntiari non possit.

f) v. Hotman. ad Cic. Quinā. c. 3.

*) Ad cognoscenda ea faciunt potissimum Io. Matth. Magni Rationum et Differentiarum liber prior in Meermannii Thes. T. III. p. 266. et Gabr. de Gast. Disp. de ad. arbitr. ibid. T. VI. p. 735. seq.

g) Cic. Verr. V, 30. Quaerebat, in quae uerba recuperatores daret: respondebat: si pateret, eos contra edictum fecisse.

**) Dissentit, quod Centumuiros attinet, Car. Frid. Zepernich, V. Ill. in notis ad Siccamae librum, de iudicio centumuirali. (Hal. 1776. 8.) lib. II. cap. IV. p. 138. sq.

§. XXVIII.

Iudices fuere uel *priuati*, uel *Recuperatores*, uel *Decemuiui*, uel *Centumuiui*. In arbitriis, et iudiciis plerisque, dati uidentur a Praetore, priuati homines singuli fere, qui in consilio habere consueuerant aliquos e ICTis, qualis fuit Aquillius, in causa Quināiana apud Ciceronem: quorum quidem iudicum nul-

nullum certum corpus aut ordinem fuisse, e quo a Praetore legerentur, probabile est *). In recuperatoriis vero, atque centumviralibus iudiciis, certum corpus fuit, e quo iudices legerentur, *Centumviri*. Neque enim me poenitet eius esse sententiae, quam defendit *Ernesti* ^{h)}, qui, *Recuperatores* atque *Decemviros* *flitibus iudicandis* e numero *Centumvirorum* ipsorum fuisse, statuit **). Intelligitur id eo, quod, quae causae *centumvirales* numerantur ^{l)}, in iis apud Ciceronem ipsum iudicasse *Recuperatores*, vel *Decemviros* ^{k)}, legimus. Nempe quando aliqua causa iudices posceret grauiores, vt priuatis iudicibus committenda non videretur, neque tamen ita esset magna, vt totum Centumvirorum ordinem desideraret; tum Praetor videtur *Decemviros flitibus iudicandis*, vel aliquot *Recuperatores*, dedisse: causas autem grauissimas, in quibus non de facto tantum, sed de iure et aequitate certaretur, ad ipsos delegauisse Centumviros. E quo arguitur error eorum, qui *Decemviros flitibus iudicandis* in magistratuum minorum numero ponunt ^{l)}, cum iudices fuerint. Etenim apud Ciceronem *iudicasse* dicuntur ^{m)}, quod in magistratus non conuenit, certe istis temporibus. Cum itaque et Decemviri, et Recuperatores, ex Centumvirorum ordine fuerint, de Centumviris vbi egerimus, satis de iudicibus priuatarum causarum dictum erit.

*) In ista de selectis a Praetore iudicibus ad lites priuatas cognoscendas contentione diuersa liberae reipublicae et Imperatorum tempora distinguenda sunt, vti bene demonstrauit *Car. Frid. Zepernick loc. cit. p. 28. sq.*

h) ad *Suet. Domit. c. 8. cf. Rupert. ad Enchirid. Pompon. p. 251.*

***) Hoc nihil noui. Coniecit hoc iam *Rupertus l. c.* et ante eum *Cuias. Obs. III, 32. Panciroli. Thes. var. lect. l. l. c. 35. Torrentius ad Sueton. Vesp. c. 10. et plures.*

i) *Cic.*

- i) *Cic. Or. I, 38.*
- k) *Decemuiros in causa liberali cognouisse et iudicasse, docet Cic. Caecin. c. 33, pro dom. c. 29. Atqui causa Centumuiralis dicitur Cic. Or. I, 38. cum quaeritur, seruus, an liber quis sit.*
- l) *Heimaco. Hist. Iur. I, 58. et plerique alii, secuti Pomponium.*
- m) *Cic. pro Dom. c. 29. Caecin. c. 33. de quibus locis v. Nordkerk. Disq. de leg. Petron. p. 49. Nam quod Pomponius in L. 2. §. 29. D. de O. I. dicit, Decemuiros magistratus fuisse, qui hastae praesent, in eo errat haud dubie, cum vniuersè id affirmat, secutusque est rationem temporum Caesareorum, quibus, inter minores magistratus fuisse, in vigintiuiratu, dici potest. Caesarum autem tempora eum spectasse, manifestum est inde, quod eos hastae praesuisse tradit: id, quod institutum demum ab Augusto, docet Suet. Aug. c. 36. vbi cf. Torrent.*

§. XXIX.

Centumuiři, numero rotundo, dicuntur ii centum et quinque iudices rerum priuatarum, qui e XXXV. tribubus legebantur ita, vt e singulis tribubus terni crearentur^o). Eorum origo repetitur ab eo tempore, quo numerus XXXV. tribuum expletus fuit. Recte. Quod factum est circa id tempus, quo Praetor Peregrinus institutus. Causa autem fuit haec, quod, multitudine negotiorum ac litium priuatarum nimium aucta, soli Praetores omnibus rebus pares non essent^o). Sed hic iudicum numerus auctus sub Caesaribus est vsque ad CLXXX. Existimo itaque, quemadmodum sub Imperatoribus, reperimus, centumuirale iudicium in certa quaedam consilia^o) diuisum, ita, vt interdum omnia, interdum partes tantum, iudicarent, prout causarum grauitas flagitaret: eodem modo iam libera republica obtinuisse, vt in certa quaedam consilia, partesue, centumuirorum collegium descriptum esset, ac in maximis causis totum collegium, in aliis Decem-

Decemviri, in aliis denique Recuperatores aliquot, sederent, quemadmodum Praetori visum fuisset. Causae autem centumvirales quae fuerint, enumerantur a Cicerone ^{p)}, loco notissimo. Insigne huius iudicii *hastâ* fuit; locus in Basilica Iulia ^{**)}: praefes praetor urbanus. Praetore impedito, quaestura functi ^{q)} ei praefuisse videntur, quemadmodum publicis Iudices quaestionis, viri Aedilicii.

^{*}) cf. *Sibrandi Tetardi Siccama de iudicio centumvirali libri II.* qui primum Francqu. 1596. 8. impressi, deinde *Io. Ge. Graevii Thes. Ant. T. II.* p. 1824. sq. inserti, tum Hal. 1725. 4. recusi, optime editi atque animadversionibus et opusculis argumentum illustrantibus aucti prodierunt cura *Car. Frid. Zepernick.* Hal. 1776. 8.

ⁿ⁾ *L. 2. §. 29. D. de O. I.*

^{o)} *Plin. ep. VI, 33. IV, 24. Val. Max. VII, 7.* cf. *Cuiac. Obs. X, 20. Bret. de ord. iud. c. 9. Schulting. Diss. de rescissis testamentis ad Val. Max. VII, 7.* quae adiecta est eius *Thesibus controuersis* p. m. 550. *Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. p. 68. sqq.* [add. *Graev. praef. T. II. Thes. Ant. Romanar.*]

^{p)} v. *Cic. Or. I, 38.*

^{**)} Primum in foro: dein in Basilica. Expendendus *Ernesti in Ind. Latin. v. Basilicae.*

^{q)} *Suetonius enim Aug. c. 36.* auctor est, ante Augustum quaestura functos centumviralem hastam *coegisse*, h. e. ei praefuisse: quod munus ille *Decemviris* attribuit.

§. XXX.

Sententia in omnibus iudiciis privatis dicta, postquam in consilium ^{r)} iuissent, non tabellis data est: leges enim tabellariae ad privata iudicia nihil pertinerunt. Ceterum et hic, vt in iudiciis publicis, reiectio locum habuit, recusatioque suspecti iudicis ^{*}). Iudicii autem initium erat, cum iudex causam audire coepisset ^{s)}: cetera *in iure* fieri dicuntur. Formam iudiciorum qui cognoscere cupient, eos ad libros virorum doctorum ablegamus, qui hanc antiquitatis par-

partem illustrarunt⁷⁾. Id tantum hic monemus, in
 ius vocationem privata auctoritate factam e XII. actio-
 nemque solenni formula intentam esse.

7) Cic. *Quint.* c. 10. est autem mittere in consilium eius,
 qui praestitit iis, qui sunt in consilio.

8) Dicitur quoque eiuratio: cf. *Ant. Schulting. D. de re-
 cufatione iudicis in Eius Dissertatt. iunctim editis* (Lugd.
 Bat. 1714. 4.) p. 1. sq.

9) vid. *Cor. God. Winkleri, Diss. perelegans: Discrimen
 inter litis contestationem iure veteri ac hodierno, et ut-
 riusque effectus* Lips. 1749. 4. [et in *Opusc.* (Dresd. et
 Lips. 1793. 8.) Vol. I. Part. II. n. V. p. 239. sq.]

10) v. Sigonius de *Iudiciis*; *Polleti Hist. Fori Romani*;
*Bretii ordo perantiquus iudiciorum, et Sicama de Cen-
 tumviri iudicio*: cf. *Briffon. Ant. Sect. II, L.*

§. XXXI.

Nullam mentionem fecimus iudiciorum privato-
 rum extraordinariorum: in quibus Praetores, soli
 sine consilio iudicum, cognoscerent, vti olim factum
 diximus, antequam hic ordo inualesceret: non, quo
 plane negemus, interdum extra ordinem solos Prae-
 tores cognovisse libera republica, sed, quod id ra-
 rum fuisse, et demum sub Imperatoribus frequentatum,
 arbitramur.

§. XXXII.

Iam cum reipublicae magna pars quaedam in ae-
 rario sit, pecunisque publica, e qua sumrus publici
 fiant: non alienum erit, breuiter de *aerario* populi
 Romani^{*)}, deque redbibus ac vectigalibus, dicere.
 In quo quidem nihil attinet, ostendere, aerarii po-
 testatem penes Senatum, curam penes Quaestores vr-
 banos, fuisse, idque recentioribus reipublicae liberae
 temporibus ad aedem Saturni adseruatum, coniunctum-
 que cum tabulario: res nota etiam tironibus. Vecti-
 galia

galia autem, et reditus, vnde aerarii vires manarent, his temporibus fuere *Portoria*, iam sub regibus instituta, pro inuehendis et euehendis mercibus [in portu] soluta; *Decimae*, ex agris publicis vectigalibus; *Scriptura* e [siluis et] pascuis publicis; vectigalia item ex metallis et salinis, quorum omnium constituendorum potestas fuit Senatui. Censoriis legibus pleraque locabantur, certa mercede, in quinquennium, publicanis, maxime Equitibus Romanis, qui societates eam in rem coire consueuerant: vnde *Socii* ponuntur pro ipsis publicanis *). *Vicesima manumissorum* porro, lege Manlia constituta, ac *Tributa* etiam, vt stipendia militibus solui possent, vsque ad finem belli Macedonici, a ciuibus Romanis, in aerarium collata: item, *multatitia* pecunia, praedaeque ex hostibus capta, stipendiisque hosti impostis, ac denique vectigali pro *aqueductibus*, aerarium locupletatum, legimus. Inde igitur, sumtum publicorum faciendorum causa erogata, iussu Senatus, per Quaestores vrbanos, pecunia. *Aurum* vero *vicesimarium* in sanctiori aerario, ad vltimos reipublicae casus seruatam, tradit Livius x).

*) Tria Romae aeraria libera republica fuisse, ex instituto ostendit Manutius ad Cic. *Epist. ad Attic. lib. VII. epist. 15. Lib. II. in Verr. c. 2. et Lib. III. c. 70.*

u) v. P. Burmann. *de Vectigalibus populi Romani.* [Ultrai. 1734. 4. add. Rud. Bosse *Grundzüge des Finanzwesens im römischen Staate*, Braunsch. 1803. 2 Bände 8. et *Historischer Versuch über die römischen Finanzen von D. H. Hegewisch.* Altona 1804. 4.]

x) *Liv. XXVII, 10.*

§. XXXIII.

Sequitur *Res militaris* Romanorum, qua in primis creuit Romanorum imperium. Ea tam bene ac sapienter constituta fuit, certe vsque ad Mariana tempora,

pora, ut non solum virtute Romani multum valerent, sed etiam disciplina). Primum enim, cum opulentiores atque beatiore soleant fere rempublicam maxime conservatam cupere, propterea, quod eorum fortuna ipsius reipublicae salutis ita quasi illigata tenetur, ut haec labefactari, et cadere non possit, quin eadem ruina illam quoque trahat; contra vero pauperiores ac tenuiores, qui nihil aut parum perdere possint, eo studio non incendantur; veterem Servii Tullii instituto, ex censu lecti milites, adeoque civis priorum quinque classium tantum ad militiam suere vocati, ultimae autem classis civis, nullo aut infimo censu, exclusi, ac vix in ultimis reipublicae necessitatibus admissi. Tantum abest, ut Romani mercenariis externorum populorum militibus usi fuerint. Tum a septimo decimo anno aetatis caelibet e prioribus istis classibus stipendiiorum vicenorum faciendorum necessitas imposita, quam detrectare nemo posset. Milites autem fuerunt, vel *legionarii*, vel *equites*, vel *auxiliares*, siue *alarii*, vel denique *socii navales*. Legiones, in quibus summum militiae robur, e totis civibus compositae; *auxilia*, e formidula locis praestabantur: iique tam *auxiliares*, quam *alarii* dicuntur. Equitatus Romanorum autem primum in Equitibus Romanis constitit: sed id, ut supra docuimus, postea mutatum, atque adeo equitatus fere ex auxiliis sociorum fuit: qui, ut distinguerentur ab Equitibus Romanis, *alarii equites* vocati ²⁾. *Socii navales* ³⁾ suere, qui fere ex infimo censu, et libertinis, ad militiam navalem deligerentur. Sed omnem istam rationem vehementer perturbavit C. Marius, qui memor, per quos crevisset, infimi census homines, et libertinos, milites scribere coepit: quos auctorem secuti sunt deinde reliqui ⁴⁾.

1) Cic. *Tusc.* I, init.

- z) v. *Schelius ad Hygin. Gromat. p. 66. sqq.*
 a) v. *Ernesti ad Tac. Hist. I, 36. [et Interpretes ad Liu. XXI, 50.]*
 b) *Gell. N. A. XVI, 10. Epitom. Liu. LXXIV.*

§. XXXIV.

Exercitibus cum imperio atque auspiciis praerant
 Coss. potissimum, exigente necessitate etiam Praetores, atque adeo Procoff. et Propraetores. Sed nemini sine lege *Curiata* rem militarem attingere licebat. Exercitus consularis duarum legionum erat *): quibus singulis fere Legati singuli, atque sub his, auctis legionibus, praefuere *Tribuni seni*, partim a populo in Comitibus, partim a Consulibus atque Imperatoribus, lecti: illi *Comitiati* ^{c)}, hi *Rufuli* ^{d)} dicti. *Delectus militaris* ^{e)} a Coss. siue Imperatoribus ipsis edictus, habitus autem per Tribunos militum: in quo quidem respondere ^{f)} necesse erat, nemoque, qui citatus esset, militiam detrectare poterat, nisi ob iustam excusationem, et causam. Lecti milites, et a Tribunis sacramento militari ^{g)} adacti, in numeros referebantur. Atque olim quidem, confecto bello, mittebantur milites; vt adeo, exorientibus nouis bellis, nouus delectus fere semper habendus esset. Singulis annis autem singula stipendia, donec emerita essent, militibus procedebant. Sed ea ratio valde immutata fuit tempore Ciceronis, militiaque *perpetua* facta, qualis sub Caesaribus deinde reperitur. Ceterum severissima *disciplina* militaris fuit, cum imperatores vitae necisque iure vterentur, ac sine prouocatione essent. Reliquam militiae rationem, qui volet, petere potest e Polybii fragmento ^{h)}, Vegetio, Hygino, iisque, qui istos commentariis illustrarunt ⁱ⁾, aliisque huius rei interpretibus ^{k)}. Ceterum vix opus monere, confectis bellis, in more fuisse, vt Imperatoribus

toribus triumphus¹⁾, Militibus praemia, tribuerentur. Nomen *imperatoris* proprie nulli fuit, nisi qui, parva victoria, aut a Senatu, aut a militibus ipsis, accessisset.

a) Legantur *Le Beau Memoires sur la Legion romaine* in *Mém. de l'Acad. des Inscriptt. Tom. XXV. p. 452. sqq. — XLI. p. 129 — 241.* et *Römische Kriegsalterthümer* (von Rösch und Naft) Halle 1782. 8.

b) *Aston. in Cic. Ad. I. Verr. c. 10.* cf. *Liu. IX, 30.*

c) *Fest. v. Rufuli.* Variatum tamen et hac in re esse, intelligitur e *Liu. XXVII, 36. XLIII, 12: Lips. de Milit. II, 9.*

e) *Leges delectus sunt ap. Veget. de re mil. I, 7.*

f) *Gronou. Obs. II, 4.*

g) Formula est ap. *Gell. N. A. XVI, 4.* de sacramento est erudita disputatiuncula *Schelii Not. ad Polyb. castr. cap. 1. p. 170. sqq.*

h) *Lib. VI.*

i) *Liphus de militia rom. [libr. V. et analecta ad hos libros, in Opp. (Vesal. 1675. m. 8.) T. III. p. 1 — 456.] Stewechius ad Vegetium, Rhadbodus Herm. Schelius ad Hyginum, atque Polybium.*

k) *Salmasius de re militari Romanorum, [L. B. 1657. 4. Paul. Merula de praemiis, quae militiam sequebantur Romanorum, adi. Eius Comm. de comitiis Rom. (L. B. 1684. 4.) p. 38. sq. Jac. Lydius de re militari nec non de iurejurando, notis illustravit Salom. van Til Dordraci 1698. 4. Gerh. Sichtermann de poenis militibus Rom. (Lugd. Bat. 1708. 8.) inl. Gerh. Oelrichs Thes. diss. iurid. selectiss. (Lips. 1769. 4.) Vol. II. T. I. p. 221. sq. Phil. Math. Mestre D. de connubiis militum rom. (praeside Abr. Wielingio habita Vltisai. 1745. 4.) inserta ibid. p. 291. sq. quibus add. Dissertatt. III. incerti auctoris, quarum prima est de re militari in Supplem. thes. Meermann. p. 529.]*

l) *Leges triumphales fuisse intelligitur e Val. Max. II, 3, 1. et 4. de quibus v. Perizon. Animadu. Hist. c. VI. p. 229. Duker. ad Liu. XXXI, 6. qui docet, republica bene ac feliciter gesta, Imperatoribus triumphum decerni solitum.*

§. XXXV. Superest: ut de *Prouinciis*, Imperio Romano sensim paulatimque subiunctis, dicamus. Diu Romani intra Italiae fines subliterunt, et bella ex bellis cum Italiae populis gesserunt: quibus tandem uniuersis perdomitis, virtus Romana Italiae fines egressa, cultiorem orbem terrarum deinceps subiugauit. Igitur, ut, quanta fuerit potentia Romana, intelligatur, prouincias populi Romani hic enarrabimus, quae libera republica adiunctae sunt. Tenuerunt autem primum Italiam totam, Siciliam, Sardiniam, Corsicam, deinde Hispaniam omnem; praeter paucos populos, septentrionem versus, Galliam, Illyricum, Graeciam omnem, quae diuisa erat in duas prouincias, Achaiam, et Macedoniam; porro Asiam minorem, Syriam, cui adiunctae Phoenice ac Palaestina; in Africa autem Cyrenaicam, Cyprum insulam, Africam proprie dictam, hoc est, regionem Carthaginiensium: nam Aegyptus atque Numidia proprios reges, etsi clientelares populi Romani, habebant. Prima autem harum prouinciarum omnium Sicilia in ditionem Romanorum venit. Quae prouinciae, quibus bellis atque artibus sensim paulatimque sint subiunctae, non attinet hic exponere: id ad ciuilem Romanae reipublicae historiam pertinet. Hoc loco potius tradendum videtur, quam formam prouinciae, et vnde habuerint, quoque modo administratae fuerint, his quidem temporibus.

§. XXXVI.

Ac primum quidem omnium, deuicta aliqua gente atque in potestatem redacta, id habuerunt Romani, ut leges ei darent, quibus status prouinciae totius iusque singularum ciuitatum ordinaretur: id dicitur in *formulam prouinciae redigere*. Atque id e Scoto, de decem vel quinque legatorum sententia, factum reperitur,

tur, ab imperatore, vel magistratu eo, qui prouinciam perdomuisset. In quo tamen non omnes eiusdem prouinciae ciuitates eodem iure, sed aliae meliore, aliae duriore, pro suis quaeque meritis, sunt vsae^{m)}. A Itaque aliae ciuitates *liberae* seu *αὐτονόμοι*, aliae autem non fuerunt*). Decretum illud imperatoris dicitur *Lex prouinciae*, siue *formula*: adpellaturque sere a nomine imperatoris, veluti *Lex Rupilia* Siciliae, *Lex Pompeia* Bithyniae. Atque in hac Lege, tamquam fundamento, continebatur status atque ius totius prouinciae ita, vt magistratus Romani, administrandae prouinciae praepositi, ab ea recedere nullo modo deberent, tum in administranda prouincia, tum in exercenda iurisdictioneⁿ⁾ atque re iudiciaria.

m) v. Sigon. de Ant. Iur. prou. II, 4.

*) Discrimen, quod inter populos vrbesque *ἐλευθερία* et *αὐτονομία* intercedit, ipsis graecis scriptoribus, Herodoto, Xenophonti, Polybio, non semper fuit observatum. Ciuitates liberae vocarunt Romani. Hinc utrumque promiscuum censuerunt Ez. Spanhemius, de graecant, et usu numism. p. 583. et Guasco Diss. de autonomia, (Sur l'autonomie des peuples et des villes grecques et latins) quae Auenionis 1748. 4. edita et italice conuersa reperitur in Commentariis academiae Cortonenfis T. V. p. 113. quorum quidem sententiae accedere videtur Bachius. Falso. Venit enim sub *ἐλευθερία* libertas cum immunitate a tributis et vectigalibus; sub *αὐτονομία* solus vsus propriarum legum iudicumque: illa fuit paucis, haec plurimis concessa ciuitatibus. Agnouit hoc primus Io. Vaillant Numism. graec. p. 214: quem sequitur Sc. Maffei Veron. illustr. P. I. L. III. p. 46. Sed omnem scrupulum exemit Belleyus, Abbas, qui non solum vim et verum vtriusque rei significatum ex antiquis inscriptionibus et Chishulli antiquit. Asiat. bene definiuit, sed etiam vrbes, quae vel *αὐτονομία* vel *ἐλευθερία* honore insignitae sunt, additis commodis et priuilegiis inde proficiscentibus, iusto ordine enumerauit, edita commentatione, *Observations sur le titre d'Eleuthère, donné à des peuples et à des villes*

sous la domination romaine, in *Mem. de Littérature*.
T. XXXVII. p. 419. seq.

n) de provinciae formula siue lege, cf. *Prolusio nostra de Edicto Perpetuo provinciali*, [in *Opusc. a Christ. Ad. Klatzio editis* (Hal. 1767, 8.) p. 168. seq.]

§. XXXVII.

Iam, quod alterum erat, hic ostendemus, quae ratio provinciarum administrandarum fuerit. Olim itaque *Praetores*, praeter urbanum atque peregrinum, in provincias mittebantur. Sed, constitutis *Quaestionibus perpetuis*, inualuit, ut, tam qui *Coss.* quam qui *Praetores* fuissent, exacto magistratu in urbe, provincias *Pro Consule*, vel *Pro Praetore* administrandas, vel compararent, vel sortirentur*). Ne autem potentes atque gratiosi magistratus captare provincias possent eas, quae sibi opportunissimae atque aptissimae, vel rei vel gloriae quaerendae, viderentur: Senatus ante uxorum magistratum comitia, cum nemo dum sciret, qui *Consules*, qui *Praetores* futuri essent, decernere solebat provincias futuris *Consulibus*, atque *Praetoribus*, in quas, finito in urbe magistratu, irent. Atque hoc deinde lege *Sempronia C. Gracchi* certius atque firmiter cautum est), et lege etiam *Cornelia*^{p)} de *provinciis ordinandis*, seu repetitum, seu confirmatum: in qua id solum additum fuit, ut, qui imperium in provincia habuissent, id tamdiu retinerent, quoad in urbem introissent^{q)}, quique provincialibus sumtus essent^{r)}, in legationibus mittendis, faciendi. Itur in provincias magistratibus mandata a Senatu dabantur, provinciaeque ornabantur. Ceterum singulis provincialibus magistratibus comites dabantur singuli *Quaestores*, praeter Siciliam, in qua duo fuisse reperiuntur: qui cum ipsorum *Proconsulum* mandatu aliquam administrationis partem susciperent, tum imprimis rationes pecuniae publicae conficerent, atque

atque in serarivm inferrent: de quo deinde *Legge Julia*) cautum fuit. Praeterea *Legatos* sibi adsciscere poterant, quibus in bello, aliisque rebus administrandis, vterentur,

*) Ab hoc tempore inualuit, vt duae prouinciae essent *consulares*, reliquae *praetoriae*.

o) *Cic. ad Diu. I, 7. pro Dom. t. 9.* aliisque in locis; imprimis in *or. de prouinc. conf.*

p) *Cic. ad Diu. III, 8.*

q) *Cic. ad Diu. I, 9. cf. Sigon. de A. I. P. III, 11.*

r) *Cic. ad Diu. III, 8. 10.*

s) *Cic. ad Diu. V, 20.*

§. XXXVIII.

Potestas autem magistratuum prouincialium, quamvis annua, nisi prorogaretur, summa tamen erat, ita, vt vniuersam urbanorum omnium magistratuum potestatem aequaret. Neque solum rem prouinciae publicam administrabant, sed etiam iurisdictionem, ac iudicia, in iis ciuitatibus praesertim, quae legibus suisque magistratibus non vterentur. Quapropter *conuentus* et *fora* agere, hiberno potissimum tempore, consueuerant*). Iurisdictionis autem exercendae causa, quemadmodum Praetores in vrbe, *Edicta***)) proposuerunt in prouinciis^{†)}. Non enim omnia iura, quibus prouinciales in omnibus causis iudicarentur, *Legge prouinciae* describi, definireque poterant. Sed de *Edictis prouincialibus* infra erit dicendi locus. Rem autem militarem in prouincia nemini attingere licebat, vt supra monuimus, sine *Legge Curiata*. Quibus *potestas* tantum civilis data erat, ii *in imperio* esse, quibus autem militatis, *cum imperio*^{u)} prouinciae praesse, dicebantur: quamquam interdum promiscue istae formulae vsurpantur ab auctoribus veteribus. Omnis denique, vt in vrbe, sic in prouinciis, reipublicae

administratio gratuita erat, sine salariis, nihilque a quoquam in prouincia exigere, aut accipere magistratibus, ne munera quidem, licebat; alias de *repetundis* accusari poterant: quamquam ultimis reipublicae temporibus prouinciae nimis exactioribus ac vexationibus magistratum impune fere exhaustae sunt: cum gratia atque potentia, et pecunia adeo, omnes leges atque omnia iudicia perfringere posset: id quod in causis reipublicae pessundatae iure meritoque numeratur^x).

*) De conuentibus iuridicis eleganter exposuit *Ios. Lud. Eyn. Püttmannus*, in *Miscellaneorum libro singulari*, (Lips. 1793. m. 8.) Cap. XXV., p. 233. seq.

**) Insignia de edictis prouincialibus loca sunt *Ciceronis Ep. ad Diu. III, 8.* et *ad Att. VI, 1.* ex quo posteriori potissimum loco clarissime elucet, multa in prouinciis ex edictis urbanis esse introducta, licet non statim, aut semper id factum esse videatur.

t) v. *Prolus. de Edicto perpetuo prouinciali*, [in *Opusc.* p. 168. seq.]

u) v. *Ernesti Clau. Cic. v. imperium.*

x) de prouinciarum ratione vid. *Sigonius de antiquo iure prouinciarum.*

§. XXXIX.

Atque haec, quae de prouinciarum ratione diximus, ad prouincias extra Italianas sitas pertinent. In Italia autem ipsa fere alia ratio obtinuit. Nam in ea erant *Municipia**), *Coloniae*, *Praefecturae*. Porro coloniae aliae erant *ciuium Romanorum*, aliae *Latinas*: aliud inde *Ius Ciuitatis*, aliud *ius Latii*, aliud denique *ius Italiae*^y). Et si uero uniuersa Italia fere sensim paullatimque ius ciuitatis impetrauerat, desideratum illud, et armis etiam acerrime petunt; tamen municipiorum et coloniarum differentia, ius item Latii, atque Italicum, remansit, atque etiam extra Italianam propagatum est^z)**). Ceterum et si in Italia quatuor

quatuor provinciae quaestoriae fuerunt, *Ostiensis*, seu aquaria^{a)}, *Calena*, *Umbria*, atque *Calabria*^{b)}: tamen Italia ipsa nunquam in provinciae formulam redacta fuit. Nam in istas quatuor provincias Quaestores quotannis mittebantur, tantum vectigalium ac reddituum publicorum curandorum causa.

*) de his cf. *Io. de Wasteau D. de iure et iurisdictione municipiorum*, L. B. 1727. 4. inf. *Oelrichii Thes. Diss. iurid. selectiss.* Vol. II. T. II. p. 235: *Hadr. Deodot. Steger ad legem municipalem Romanorum*, Lips. 1738. 4. et, qui de iure municipali generatim exposuit, *Petr. Poncetius in singulari Tractatu*, quo ea, quae ad ciues, municipales et incolas, muneraque et privilegia eorum, nec non, quae et ad ciuitates, et ad municipia spectant, fufius exponuntur, in *Supplem. Thes. Meerm.* p. 437. add. *Iul. Frid. Matblano Diss. de iure municipali Romanorum*, Erlang. 1801. 4. et *Friderici Roth de re municipali Romanorum, Libri duo*, Stuttgart. 1801. 8. In priori libello, quae ad historiam: in posteriori, quae ad ius ipsum pertinent, continentur. De magistratibus municipalibus autem nonnihil notauit *Ios. Lud. Ern. Püttmannus*, in *Diatrise de Epocha Ausoniana*, (Lips. 1776. 8.) p. 34.

**) Neque omnes tamen vnus municipii, aut coloniae, aut praefecturae ciues, ciuitatem Romanam adepti, in vna eademque tribu Romae suffragium ferebant. v. *Car. Sigonius de ant. iure Ital. III, 3.* et *Io. Marius Mallius Opinion. II, 3.* Alexandriae Statiellae 1598. 4. rec. in *Triga Opusculorum critic. varior.* Traj. ad Rhen. 1755. m. 8. p. 335. sqq.

9) v. *Christ. Gottlieb Schwarzii Specimen iurisprudentiae antiquariae de iure Italico* Altorf. 1720. 4. [recus. in *Eius exercit. acad. cura. Theoph. Christoph. Harles*, (Norimbergae 1783. m. 8.) p. 1. seq. add. *Bynkershoek Obs. V, 21.*]

2) de harum rerum differentia v. *Sigon. de iure antiqu. Italiae*, [II, 13.] *Sphanem. Orb. Rom.* [Exerc. II. Cap. 19. p. 329. sqq.] et ex hoc *Heineccii Ant. Iur. Append. Lib. I.* [add. *Paul. van der Heim D. ad l. 19. D. de Off. Praef. L. B. 1772. 4.*]

a) Cic. Vatin. c. 5. v. Lips. Ant. Lect. I, 12.

b) v. Rupert. ad Pompon. p. m. 223.

§. XL.

Postremum est, vt pauca quaedam de iure ciuium Romanorum attingamus. Id fuit vel publicum, vel priuatum. Publicum in militia, tribu, iure suffragiorum, honorum; priuatum autem in iure sacrorum, agnationis, gentilitatis, vsucapionis, nexus, mancipii, commerciorum, patria potestate atque connubio constitit*). Atque hoc postea sub Imperatoribus nomine *Iuris Quiritium*^{c)} appellatum esse mihi quidem cum plerisque doctis viris videtur. De quibus ipsis hoc loco disputare non est necesse. Id vnum monendum esse videtur, libertatem^{d)} ciuium Romanorum sensim paullatimque ita creuisse, vt maiestati similis, ac sanctissima esset; vt ciuis Romanus necti non posset propter legem *Papiriam Poeteliam*, solaque vox: *Ciuis Romanus sum*, tutissimum quasi praesidium praeberet aduersus magistratum verbera, atque supplicia: id, quod legibus *Porciis*, atque *Sempronis* constitutum est.

*) Sunt nimirum, qui putant, *ius ciuitatis* omnia iura, et publica, et priuata: *ius* vero *Quiritium* sola priuata comprehendisse. Horum in numero potissimum sunt: *Sigonius*, *Spanhemius*, *Christius*. Alii, vt *Conradi* ac *Gebauerus*, non diuersum fuisse contendunt a *Iure Quiritium* *ius ciuitatis*. Priori sententiae fauent varia *Plinii* iun. loca, v. c. *Epist. X, 4. 6. 22.* vbi petit a *Traiano Imp.* pro quibusdam *ius ciuitatis*, pro aliis *ius Quiritium*. At enim vero *Plinius* non ita distinguit, vt ex iis locis appareat, *ius Quiritium* ad iura tantum priuata; *ius ciuitatis* ad omnia pertinuisse.

c) Multa de *Iure Quiritium* disputata sunt a viris doctis. v. *Sigon. de Antiq. Iur. Ciu. I, 6. sqq.* *Spanh. Orb. Rom. Ex. II, 5.* *Christii Noët. Acad. II, 6.* *Vonckii Obs. [Misc. o. XXIV.]* et *Mylus* cum aliis, quos ipse laudavit in *Reizii Excurs. III. ad Theophil.* [p. 1090. seq.]

cf.

cf. Gebauer. *Excurs. II. ad Inst.* [p. 217. seq. *Franc. Car. Conradi de veris mancipi et nec mancipi rerum differentiis* lib. singul. (Helmst. 1739. 4.) p. 36. seq. et *Andr. Guil. Crameri, V. C. Pr. de iuris Quiritium et ciuitatis discrimine*, Kilov. 1803. 4.]

d) v. *Ernesti Clau. Cic. h. v.* [add. *Henr. Io. Arntzenii Diss. de colore comarum et de ciuitate rom. Apost. Pauli, Traj. ad Rh. 1725. 8.*]

§. XLI.

Atque ita quidem vniuerse de statu publico reipublicae Romanae satis dictum puto. Sed, quoniam tamen postremis temporibus, ciuilibus dissidiis atque bellis, vehementer vel concussus, vel immutatus est, ita quidem, vt fundamenta dominationi vnus iacta sit: id, quod factum est tum, cum Caesari Octauiano, nomine Principis, atque Augusti, summum imperium delatum est: non abs re esse duco, quo Augustea status publici ordinatio intelligi melius possit, de conversionibus rerum, antea exortis, pauca praemonere. Ac primum quidem statum reipublicae mirum in modum concusserant Gracchanae, Drusianaeque, atque Apuleiae seditiones, et bella ciuilia, Sullanum, Marianum, atque Cinnanum, ita, vt L. Cornelius Sulla, deuictis aduersariis, rogatione L. Valerii Flacci, interregis, *Dictator perpetuus*, contra leges, crearetur. Qui quamuis multas non inutiles Leges tulerit, quas maximam partem suis locis commemorauimus, aut postea commemoraturi sumus, Dictaturaque breui tempore post deposita, rempublicam legibus reddiderit: tamen crudeliter exertenda victoria, atque inuenta *Proscriptione*^e), sequentibus quasi signum ad audendum, atque euertendum statum reipublicae, sustulit. Eo enim exemplo, in tam perditis ciuium atque nobilium imprimis moribus, intellectum est, facile esse, per ambitionem atque potentiam rempublicam subiugare. Quod

Quod coeptum a C. Iulio Caesare, perfectum est a C. Caesare Octauiano, qui postea Augustus appellatus est.

*) v. Nic. KloECKOFII *Histor. Iur. Rom. de bonis damnatorum c. 4.* [Lugd. Bat. 1749. 2.]

§. XLII.

C. Julius Caesar, cum ab ineunte aetate dominationem in republica concupiuisset, ei rei subsidia comparauit, primum ambitione atque gratia populari, legibus in primo Consulatu latis, tum consociata cum Pompeio Crassoque, potentissimis tum viris, amicitia^f), qui *Triumuiratus* vulgo, etsi male, dicitur, cum Pompeio etiam adfinitate, et denique imperio, in Gallia prouincia, decennali, coaceruatisque ibi immensis diuitiis, et maximo exercitu adiuncto. Cum itaque, exacto decennio, finitoque in prouincia imperio, soluta interea Pompeii adfinitate, ruptaque amicitia, absens Consulatum petere institueret, qua de causa legibus solutus, ipso aduente Pompeio, ante fuerat, idque optimates, atque ipse Pompeius, potentiae Caesaris insensi, impedirent: egressus prouincia, traiecto Rubicone, Pompeio optimatibusque bellum intulit; Pompeium cum Senatu, Italia occupata, excedere coegit, ac deinde in Hispania, eius legatis exercituque victis, ipsum Pompeium in Thessalia in campis Pharsalicis fudit, et fugauit. Persecutus deinde belli ciuilibus reliquias, Pompeio in Aegypto, iussu Ptolemaei, interfecto, bello Alexandrino, Pontico, Africano, ac denique Hispaniensi, victor Romae triumphos magnificentissimos egit, Dictaturaque perpetua, ad exemplum Sullae, suscepta*), potestatem in republica summam vnus tenuit, ac praenomen *Imperatoris*, hac vi et potestate, vt imperium etiam in vrbe haberet, iusque imperatoris, ac vitae necisque potestatem,

tem, quod antea nunquam factum erat, cognomen *Patris Patriae*; *continuum Consulatam*, *Praefecturam morum*; *tribuniciam potestatem*⁵⁾ multosque et maiores humano fastigio honores, recepit. Dehinc ad ordinandum reipublicae statum conuersus est: de quo iam nunc est dicendum.

f) Conuenerat autem nihil fieri in republ. debere, quod displicuisset ulli e tribus. *Suet. Caes. c. 19.*

*) Neque tamen ipse se Dictatorem fecit Iulius Caesar, ut *Eutropius VI, 20.* memoriae prodidit: sed Senatus eum contra mores maiorum post reditum ex Hispania Dictatorem nominauit: quem quidem errorem *Eutropii* ex ipsius *Caesaris de bello civili commentariis l. III. c. 1.* confutatum inculenter exponit *Henr. Verhuyck praef. ad Eutropium p. 49. sq.* Vltis autem per undecim dies Dictatura, Consulem seipsum creauit Caesar, collegamque *Seruilium Italicum*. v. *Plutarch.*

g) *Dion. Cass. lib. XLII. p. 126. et 136. Suet. Caes. c. 76.* ibique *Ernesti.*

§. XLIII.

Primum *fastos*, licentia Pontificum turbatos*), correxit, ut annus cum curtu solis congrueret^{h)}: deinde Senatum suppleuit; patricos adlegit, lege *Cassia*ⁱ⁾; Praetorum, Aedilium, Quaestorum, minorum etiam magistratum, numerum ampliavit^{k)}. Nam *Praetores* quidem primo X, deinde XIV, denique XVI^{l)} creauit; *Aediles Cereales*, qui annonam curarent^{o)}, duos adiecit^{m)}; *Quaestores XL.* fecitⁿ⁾. Quorum quidem magistratum augendorum Caesari ratio fuit haec, quo pluribus bellorum ciuiliu fidei: que suae praemia tribuere, eosque magis sibi adiungere, atque deuincire posset. Comitibus cum populo partitus est ita, ut, exceptis consulatus petitoribus, ex omni numero candidatorum pro parte dimidia populus, quos uellet, crearet, pro parte altera, quos ipse commendasset. Iudices ad duas decurias redegit, Sena-

Senatorum, et Equitum: Proscriptorum liberos ad honores admisit^o). Ut exhaustae vrbi frequentia ciuium suppeteret, legibus prouidit^p), sumtus coërcuit, leges de iudiciis publicis tulit, poenasque facinororum auxit^q). Inde tot *Leges Iuliae*.

*) cf. Egregium, quod nuper prodiit, opus: *Henr. Sapplementi de vulgari aerae emendatione libri IV*, Rom. 1793. m. f.

h) *Suet. Caes. c. 40.* cf. *I. F. Gronou. Obs. II, 18.*

i) *Tac. A. XI, 25.*

k) *Suet. Caes. c. 41.*

l) *Dion. Cass. libr. XLII, XLIII. Lips. ad Tac. A. I, 14.*

***) Falluntur igitur, *Marcellus, Donatus, Alex. ab Alexandro gen. dier. II, 15. Rosinus Ant. Rom. VII, 1.* et, qui huius fidem sequitur, *Ian. Vinc. Grauina Orig. iur. ciu. I, 37. in Operibus a Gottfr. Mascouio editis p. 36.* qui fulti legis 2. §. 32. D. de O. I. praesidio sibi persuadent, Praetores Cereales etiam constitutos fuisse a Caesare et ob frumenti curam sic nuncupatos. Verba Pomponii ad solos Aediles spectant, vti docuit *Const. Landus Enarr. in Ottonis Thes. iur. T. III. p. 1456.* cf: *Eu. Otto in Praef. huius Tomi p. 56.* et *Bern. Henr. Reinold Var. cap. III. in Opusc. p. 68. seq.*

m) *L. 2. §. 32. D. de O. I.*

n) *Dion. Cass. Lib. XLIII.*

o) *Suet. Caes. c. 41.*

p) *Suet. Caes. c. 42.*

q) *Suet. Caes. l. c.*

§. XLIV.

Praeterea aliquando *Praefectos* pro Praetoribus constituit, qui res vrbanas administrarent; magistratus in plures annos ordinauit: praetoriis viris ornamenta consularia tribuit: ciuitate donatos et quosdam e semibarbaris Gallorum in senarum recepit: monetae, publicisque vectigalibus seruos peculiare praeposuit^r). Quibus rebus, praeter morem patrium factis, cum praesertim etiam dominatione abusus esset vltimo tempore, regiumque nomen adsumpturus crederetur; con-

spiratio

spiratio in eum a sexaginta amplius facta, principibus C. Cassio, Marcoque et Decio Brutis, maturius ad effectum perducta est¹⁾. Caesus est Idibus Martiis in curia Pompeia, a. V. DCCX.

1) Suet. Caes. c. 76.

2) Suet. Caes. c. 80.

§. XLV.

Eo extincto libertas restituta videbatur. Sed aliter euenit, tum propterea, quod respublica illis moribus libera esse non poterat²⁾, tum propter has causas. Nam M. Antonio, tum Consule, quem simul caedi oportuerat, haud sane prudenti consilio, infeliciter euentu, relicto³⁾, magnas dominationis primum reliquias, ac veluti fauillas, tectas illas quidem dissimulatione, sed deinde belli ciuilibis faces, postremo dominationis nouae flammam, habuerunt. Ad haec optimates, Cicerone auctore, nimium crediderunt C. Octauius, qui, quo sibi opes colligeret, consilia sua vultu ac simulatione tegens, optimatum partibus se adiunxerat: postea vero potentia, exercituque parato, eos reliquit. Erat autem C. Octauius Caesaris ex sorore nepos, testamenti tabulis ab eo heres scriptus, et in familiam adscitus: vnde C. Iulius Caesar Octauianus appellatur. Sed, quae secuta sint mortem Caesaris, breuiter attingenda sunt.

1) Itaque recte Seneca *de Benef. II, 20.* de M. Bruto dicit: *Mihi, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoica se gessisse: qui aut regis nomen extimuit, cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit, aut ibi sperauit libertatem futuram, ubi tam magnum praemium erat et imperandi, et seruiendi: aut existimauit, ciuitatem in priorem formam posse reuocari, amissis pristinis moribus.*

2) Cic. *ad Diu. X, 28. Phil. III, 10.*

§. XLVI.

§. XLVI.

Antonius primum, quasi libertatem firmaturus, etiam ipsam Caesaris dictaturam condemnauit, lege lata, ut, qui mentionem Dictatoris creandi fecisset, sacer esset^{x)}, factoque in Ciceronis sententiam SCto, quo ἀμνηστία sancita^{y)}, effecit, ut acta Caesaris confirmarentur salutis causa publicae^{z)}: aliisque multis rebus libertatis amorem prae se tulit. Sed repente, quasi aliquo Circaeo poculo hausto, penitus mutatus est. Nam cum populū laudatione Caesaris, multisque rebus, sibi conciliaffet, pecuniam, opes, amicos denique; nundinationibus, aut largitionibus, SCtorum, immunitatum, beneficiorumque, parallet: D. Bruto a Senatu decretam, prouinciam Galliam, potentiae augendae, aut firmandae opportunissimam, adimere, eumque Mutinae obsidere instituit. Qua obsidione ut Brutus eximeretur, bellum aduersus Antonium demandatum est Consulibus Hirrio et Pansa: cumque Octavius largitione veteranos Caesaris contraxisset, et hic una cum Consulibus aduersus Antonium proficisci, et exercitui pro Praetore praesse, iussus est^{a)}. In quo bello Antonius quidem fusus atque fugatus est; sed ambo Consules, Octauii potissimum, ut creditum est, fraude et insidiis, interierunt. Antonius se ad Lepidum cum exercitu in Gallia Transalpina haerentem contulit, ac tandem ab eo receptus est. Octavianus autem Caesar, solus trium exercituum potens, optimates deseruit, suspectos sibi dictitans: et cum Antonio Lepidoque societatem iniit^{b)}: Triumviratus constituendae reipublicae dicitur^{c)}: quo nomine dominationem totius reipublicae inuaserunt.

x) *Cic. Phil. II, 36.*z) *Cic. ad Att. XVI, 18.*b) *Suet. Aug. t. 27.*y) *Cic. Phil. I, 1 et 2.*a) *Suet. Aug. c. 10.**) *cf.*

*) cf. Io. Guil. Hoffmanni *Selecta capita ex historia triumviratus*, Francf. ad Viadr. 1733. 4. [et in *Dan. Fellenbergii iurispr. ant.* T. II. p. 271.]

§. XLVII.

Is Triumviratus initus est primum in quinquennium, a. d. V. Kal. Dec. anno V. DCCXI: deinde in alterum quinquennium. Primum autem omnium, cum Octavianus consulatum, collega Q. Pedio, inuasisset: ab Triumviris inimicorum facta est *Proscriptio*, foedior et crudelior Sullana^{c)}: proscriptusque immensus civium numerus periit: et de Caesaris interfecto-ribus, lege Pedia lata, quaesitum^{d)}. Inde Cassium, atque M. Brutum, bello persecuti Antonius atque Octavianus, Philippensi praelio^{e)} debellarunt. Deinde, Lepidus, exercitu exsutus, omni potentia a Caesare spoliatus est: solusque ipse cum Antonio totum terrarum orbem tenebat: Antonius quidem Orientem, ipse autem Italiam, atque reliquum Occidentem. Cum vero, etiam Pompeio Sexto devicto, nemo superesset, quem metuerent, ipsi, qui nunquam sincere concordessent, palam hostes facti sunt. Praelium Actiacum, quo victus Antonius cum Cleopatra^{f)}, Triumviratui finem, imperio Romano perpetuam servitutem attulit: Octavianus, adactis ad mortem Antonio, atque Cleopatra, Aegyptum occupavit, atque in formam provinciae redegit^{g)}: atque ita vnus rerum potius est a. V. DCCXXIV.

c) *Suet. Aug. c. 27.* -

d) *Dion. Lib. XLVI. p. 367. Vell. II, 69.*

e) *Suet. Aug. c. 13. Vell. II, 70.*

f) *Suet. Aug. c. 17.*

g) *Suet. Aug. c. 18.*

§. XLVIII.

Quo facto, omnia ei summa, maxima, tributa sunt, *Tribunicia potestas*, praenomen *Imperatoris* *), nomen *Principis*, *Proconsulatus* perpetuus, quibus nominibus summae potestatis vis significaretur **): aliaeque multa in eius honorem facta, institutaque sunt: de quibus omnibus diligentius dicemus libro tertio: ubi novam, quam descripsit, reipublicae formam exponemus. Anno autem urbis conditae DCCXXVII, in septimo suo consulatu, a Senatu nomen *Augusti* adeptus est: a quo demum tempore initium imperii Augusti ducendum videtur: quamvis, inter ipsos veteres, alii a primo eius Consulatu ^{h)}, alii a victoria Actiaca, atque a tribuniciae potestatis initiis, primordia eius imperii arcessant.

*) Titulus est, non praenomen.

***) v. *Christ. Gottlieb Schwarz de tribunitia potestate Augustorum Caesarumque*, Altorf. 1715. 4. [et in *Eius Dissertatt. select.* cura Theoph. Christoph. Harles, (Erlangae 1778. 4.) p. 103. sq.] *Idem de numeranda tribunitia potestate Augustorum Caesarumque Romanorum*, Altorf. 1721. 4. [et in *Diss. sel.* p. 143.]

h) *Tac. Ann. I, 9.* ubi v. *Lips.* cf. *Noris. ad Cenotaph. Pisan.* p. 244.

CAP. II.

DE

IVRISPRVDENTIA MEDIA

SECT. I.

De Legibus.

§. I.

Legibus XII. latis, quamvis iuris ciuilibus corpus perfectum, iusque aequatum esset omnibus: tamen maximae ac plurimae ei postea factae sunt accessiones*). Neque fere aliter euenire poterat. Temporibus enim ciuitatis, vel moribus, vel denique rebus ipsis, vel mutari ius ciuile vel augeri necesse est. Itaque cum publici status mutatio, subinde facta, disciplinae et morum inclinatio, diuitiarum, opumque immensa affluentia, ac denique ciuium Romanorum amplificatio, vel veteres leges inutiles reddidissent, vel nouas postularent, immensum aliarum super alias accretarum legum cumulum hac reipublicae aetate fieri debuisse, facile intelligitur. Vniuersi vero iuris Romani veluti gens, sensim paulatimque vehementer diffusa, in multas quasi familias abiit. In eius enim partibus numerantur *Leges*, *Senatus consulta*, *Magistratum edita*, siue *ius honorarium*, *Responsa Prudentum*, quibus proprie iuris ciuilibus nomen tribuitur, *Disputatio fori*, siue *res iudicatae*, ac *Mos denique maiorum*"). De singulis, propriis capitibus, differemus. Atque haec quidem sectio in Legibus enarrandis versabitur.

*) Cf. *Wernh. Theodor. Martini de iure ciuili romano ante Iustiniani tempora, vel sub regibus, vel magistratibus libera rep. vel Imp. condito, Viteb. 1674. 4. Io. Volckm. Bech-*

Bechmanni Disp. de inrisprudentiâ Ictorum Romanor. media, Jen. 1684. 4. Guil. Hieron. Brückner Pr. de tribus temporibus vouoDsolâ; roman. ciuil. ibid. 1714. 4. et Car. Gottl. Knorr. Obs. de iurispr. media in Objutt. ad Prooem. Institt. num. XI.

- a) v. *Cic. Top. c. 5.* [ad quem locum ante omnia conferendus est *Fabricius de Top. Cic.*]

§. II.

Leges autem hic dicimus, tam totius *populi*, quam *plebis*, *scitae*: vt superiore capite ostendimus. In quo quidem facile intelligitur, hic neque eas leges locum habituras, quae, tametsi latae^{b)}, tamen perlatae iussaeque non sunt: neque has, quae, non de vniuerso genere, sed de singulis hominibus, vel caussis, iussae^{c)}: in quibus magnos saepe errores doctorum hominum animaduertere licet^{*)}.

b) Exempla multa sunt in vno loco de iudiciariis legibus.

c) Exemplo sit *Manilia* de Pompeio imperatore belli Mithridatici constituendo; *Lex Gabinia* de imperio belli piratici; *Lex de Menandro* lata in *L. 5. §. 3. D. de captiu. et possim.*; *Lex de Hostilio Mancino* in *L. 17. D. de legationibus*; *Lex Pompeia de vi*; *Lex de Seruilio*, *Lit. XXX, 19.*

*) Quos enarrandarum legum hoc loco cancellos sibi circumdedit, eos ipse deinceps egressus est auctor. Sic, vt plura iam taceam, *lex Manilia* de suffragiorum confusione, cuius mentionem facit §. 79. non perlata fuit, quod dilerte ait *Ascon. in Cic. fr. pro Corn. I.* et *lex Pompeia de vi*, quam exempli causa in nota profert, prima fronte singularis fuisse non videtur. Inuat igitur ad rationem legum romanarum vniuersam intelligendam, quas a *Bachio* omittas, aliis etiam non obseruatas vidi, eas et publici et priuati iuris omnes addere, ac, suo quamque loco ita inserere, vt, pleniori licet indice contexto, breuitatis tamen studium nec negligatur, nec temporis ordo turbetur.

§. III.

§. III.

Sequemur autem in iis tradendis temporum ordinem: quo facilius ex temporum rei que publicae statu rationes causaeque latarum legum arcessi possint: quamquam tantum abest, ut reprehendere velimus eorum rationem, qui omnes leges, de eodem iuris capite cauentes, vno in loco deinceps exposuerunt^d), ut potius eam rationem vehementer commendemus.

d) P. Merula, Manutius, Ian. Vinc. Grauina, [Ant. Augustinus de Legibus et Sctis cum not. Fulv. Vrsini, (Romae 1583. 4.) inf. Graecii Thes. Ant. Rom. T. II.] aliique.

§. IV.

Anno Urbis CCCV, LEGES VALERIAE HORATIAE tres*), de plebiscitis, de prouocatione**), de tribunorum denique, aliorumque magistratum, sanctitate, a duobus Coss. L. Valerio, et M. Horatio; ac DVILLIA, de tribunis plebis ac prouocatione, a M. Duillio, tribuno plebis, latae sunt^c). Illarum prima, ut, quod tributim plebs iussisset, populum teneret: altera, [cum restituisset Legem Valeriam Horat. de prouocatione, a decemuiris sublatam, eamque munisset,] ne quis vllum magistratum sine prouocatione crearet; qui creasset, eum ius fasque esset occidi: neue ea caedes capitalis noxae haberetur: tertia denique sanxit, ut, qui tribunis plebis, aedilibus, iudicibus^c), decemuiris^c), nocuisset, eius caput Iovi sacrum esset^e), familia ad aedem Cereris, Liberi, Liberaeque, vennum iret. Duillia autem cautum fuit, qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine prouocatione creasset, tergo ac capite puniretur.

*) Occasio harum legum erant turbae ob abrogandum Decemviratum excitatae et facta inde populi secessio.

**) iam sub regibus prouocatio ciuibus concessa, Liu. I, 26. licet prouocatio, quam Horatio fororicidae indul-

indulserat Tullus Hostilius, singularibus nitatur rerum, a Liuiio expositarum, argumentis. Caeterum lex, qua Poplicola ius ad populum prouocandi primus constituit, saepius repetita fuit, semper tamen a gente Valeria, *Liuii*, III, 55. X, 9.

e) *Liuii*, III, 95. Quid iudices in hac lege sint, neque inter veteres Iuris interpretes, vti docet *Liuius* l. c. neque inter recentiores, conuenit. Fuerunt enim inter antiquos, qui interpretarentur Consules: *iudicem* enim consulem appellari. Quae interpretatio refellitur a Liuiio, quod his temporibus nondum Consulem *iudicem*, sed *Prætorum* appellari mos fuerit. *Perizonius* autem de *Prætorio Diss.* 1. §. 7. aediles plebis intelligi arbitratur: ipsique adeo Liuiio, etsi concedit, de consulibus legem capiendam non esse, quia de plebeiis magistratibus cauerit, per quos plebi sua libertas firmaretur, tamen erroris dicam foribit, quod negat, iis temporibus consulem iudicem appellari. Sed neque *Perizoniana* interpretatio placet *Dukero* et *Drakenborchio* ad *Liuii* l. c. Cum enim iam in lege dictum sit *aedilibus*, quorsum addere necesse foret *iudicibus*, si iidem iudices essent, qui aediles ***)? Equidem aliquando existimauit, nomine *iudicum* hac in lege adpellari eos, qui quaestionibus, vt tum mos fuit, a populo extra ordinem praesicerentur. Sed sunt etiam nonnulla, quae hanc sententiam premant.

***) Quid? si sub *iudicibus* intelligantur omnes magistratus ciuili iurisdictione tum gaudentes?

f) Qui hac lege dicantur *decemuiros*, non constat. Nam eos, qui *libris iudicandis* crearentur, intelligi non posse, arguitur inde, quod diu post creari demum coepti sunt ***). Nec magis *decemuiros legibus scribendis* interpretari licet, propterea quod his caueri ea lege non fit probabile, qui iam abire magistratu coacti essent, atque in iudicium paullo post vocati tradantur. *Liuii*, III, 56.

****) Mihi quidem videtur ea lex intelligenda esse de iniuriis a priuatis, non ab ipsis magistratibus, inferendis. Sic quoque de *Decemuiris legum scribendarum* potest accipi. Quamuis enim hi iam amoti essent: verendum tamen erat, ne rabie accensa plebs propria manu eos dilaceraret. Fit probabile, si connexio rerum a Liuiio commemoratarum attendatur.

g) Hac

g) Hac lege iuris interpretes veteres negarunt, quemquam *sacrosanctum* esse, sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, *sacrum sanciri*: itaque aedilem prehendi ducique a maioribus magistratibus: quod etsi non iure fiat, (noceri enim ei, cui hac lege non liceat) tamen argumentum esse, non haberi pro sacrosancto aedilem: tribunos vetere iureiurando plebis, cum primum eam potestatem creauit, sacrosanctos esse. v. *Liu. l. c.* Quam interpretum dissensionem ideo commemorari placuit, cum ut veterum ratio interpretandi, tum ut sacrosancti vis melius intelligeretur. Haud dubie autem nobiles ac patricii, hac lege etiam Consulibus ac Praetoribus cautum, eosque sacrosanctos fieri, existimarent, ut suos magistratus tribunis plebis aequarent: plebeii autem contra: quae est sententia *Schubarthi de fatis Iurisprud. II. §. 51. p. 261.*

§. V.

Anno CCCVI, TREBONIA Lex, a L. Trebonio, tribuno plebis, Lart. Herminio, T. Virginio Coelimoniano, Coss. lata, ut, qui plebem Romanam tribunos plebei rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebei faceret^{h)}: nec cooptari patricii in tribunorum collegium possent, quod tunc factum erat.

h) *Liu. III, 65.*

§. VI.

Anno CCCIX, M. Genucio, et C. Curtio, Coss. Lex CANULEIA, a C. Canuleio, tribuno plebis, de *connubio plebis* lata¹⁾, qua XII. Tabulis derogatum^{h)} est.

i) *Liu. IV, 1 — 6.*

k) Connubium in XII. a Decemuiris vetitum, discordiarum ferendarum causa, ex euentu magis, quam veritate, arguit *Dionys. Hal. X. fin.* cum, ab ultimis rei publicae temporibus id vetitum fuisse patribus cum plebeis, quemadmodum ingenuis cum libertinis, videatur admodum probabile.

§. VII.

Anno CCCXX, [M. Fabio Vibulano, M. Foslio Flaccinatore, et L. Sergio Fidenate, tribunis militum consulari potestate,] *LEX AEMILIA*, vt *Censura annua ac semestris esset*, ab Aemilio Mamerco, Dictatore, rogata¹⁾.

1) *Liu. IV, 24. [IX, 33. et 34.]*

§. VIII.

Anno CCCXXII, L. Pinario, L. Furio, Sp. Postumo Albo, tribunis militum consulari potestate, tollendae ambitionis causa a tribunis plebis*) lege cautum, *ne cui album in vestimentum addere, petitionis causa liceret*^{m)}.

*) Recte Baehius. Quod enim plerique legum romanarum enarratores statuunt, legem hanc latam esse ab ipsis tribunis militum consulari potestate, et *Pinariam* dicendam; id fallissimum est. Disertis verbis *Livius IV, 25.* scribit, a tribunis plebis eam latam esse: nomen vero non constat.

m) *Liu. IV, 25. v. Ritterus ad Heinecc. Hist. Jur. I, 103.*

§. IX.

Anno CCCXXIV; *LEX PAPIRIA IULIA*, a duobus Coss. L. Papirio Crasso, et L. Iulio, *de multarum, [et, vt quidam volunt, ouium bouumque,] aestimatione*, pergrata populo, lata estⁿ⁾.

n) *Liu. IV, 30.* Quid autem in ea lege cautum fuerit, non traditur. Forte *Lex Ateria Tarpeia* potissimum repetita. v. *Briffon. Sch. Antiquit. ex Jur. Civ. I, 3.*

§. X.

Anno CCCLXXXV, T. Quintio, Ser. Cornelio, Serv. Sulpicio, Sp. Seruilio, L. Papirio, L. Veturio, tribunis militum consulari potestate, *Leges SEXTIAE LICINIAE**) - vna *agraria, fontebus altera, feren-*
tibus

tibus duobus tribunis plebis, Sextio, Licinioque, sanctitae sunt^o): quarum illa cautum erat^p), *ne quis plus quingenta iugera agri possideret*^q): quae lex^{**}) fere sequentibus agrariis semper aliquo modo repetita fuit: altera, *ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id, quod superesset, triennio asquis portionibus persolueretur*^r).

^o) Has quidem antecedit LEX anno CCCLXXI, Ser. Cornelio Maluginensi, P. Valer. Potito, M. Furio Camillo, Ser. Sulpicio Rufo, C. Papirio Crasso, T. Quinctio Cincinnato, tribunis militum consulari potestate, perlatam, *ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret*, qua de cf. *Liuius VI, 20.* Anno CCCLXXXVI, a M. Furio Camillo, Dictatore, LEX FURIA de aedilibus lata est, *ut duo aediles ex patribus crearentur*, *Liuius VI, 42.*

^p) *Liuius VI, 39.*

^q) *Liuius VI, 35. Varro R. R. I, 3.*

^q) *Appian. Civ. I. p. 362.* scribit, capite huius legis numerum armentorum, et ingenuorum puberum, definitum fuisse, quem inter pastores habere, pecuariam facientibus liceret: cuius causa fuit haud dubie haec, quo exhaustae urbi bellis continuis, et crebris in colonias distributionibus, copia ingenuorum suppeteret. v. *Casaub. ad Suet. Caes. c. 42.* et *Ant. Augustin. de Legib. h. l.* Idem deinde Lege Iulia cautum tradit *Sueton. Caes. c. 42.* Ceterum C. Licinius Stolo decem millibus aeris sua lege damnatus est aliquot annis post. *Liuius VII, 16.*

^{**}) Nouem eius capita exhibet *Gus. Goefus in rei agrariae auctoribus*, (Amst. 1674. 4.) p. 348.

^r) Atque haec quidem, post XII. Tabularum ea de re caput, prima est Lex foenebris, quam in adsiduo foenebrum malo, aerisque alieni necessitate, plures aliae secutae sunt: de quibus locus insignis est apud *Tacit. Annal. VI, 16.* Quas tam multas de eadem re leges, quis credat, necessarias fuisse? Scilicet tenendum hoc est, fraudem foeneratorum multiplices vias inuenisse eludendarum legum: veluti, cum modus usurarum definitus esset lege, chirographis atque conuentionibus

maius foenus sibi pactos esse foeneratores: magistratus autem, qui maxime foeneratoribus fauerent, maluisse ex chirographis, quam ex legibus, ius dicere: tanquam debitores beneficio legis renunciaissent: alias fraudes ut taceam. Seriem legum foenebrium explicat *I. F. Gronou. de centesim. et unciis usur. p. m. 471. Schubart. de Fat. Iurispr. II. §. 81. [p. 387.]* sqq. *G. Noodt de Foen. et Usur. II, 4.*

§. XI.

Anno CCCLXXXVI, Lex SEXTIA LICINIA, de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis, ab iisdem tribunis perlata^{s)}).

s) *Liu. VI, [37. et] 42.*

§. XII.

Anno CCCLXXXVII, SEXTIA LICINIA, eorundem tribunorum plebis, de consule plebeio creando, iussa acceptaque, atque ita tandem finis certaminum istorum factus est^{t)}). Ad eundem annum^{*)} quoque a Pighio refertur Lex PLAETORIA^{u)} auctore M. Plaetorio, tribuno plebis, de Praetoribus, ut Praetor urbanus duos lictores apud se haberet, atque supremum ad solis occasum ius inter ciues diceret^{**)}).

t) *Liu. VI. fn.*

*) Incertum, quo tempore lex Plaetoria lata sit. Mihi quidem annus iste non videtur probabilis, quia legem antecedere oportuit ipsa Praetura, quam hoc decimum anno scimus fuisse institutam.

u) *Varro LL. p. 44. Censorin. de die nat. c. 24. v. Idem fruga Var. c. 8.*

***) Anno CCCXCI, Lex GENVCIA AEMILIA de clauo pangendo Cn. Genucio et L. Aemilio Coss. sancita est, ut, qui praetor maximus sit, h. e. Consul, Idibus Septembribus clauum pangat, de qua leg. *Liu. VII, 3.* Legis ipsius quidem ibi non fit mentio. Videtur potius huius argumenti lex antiquissima (*Lex vetusta est prisca litteris verbisque scripta, ait Liuius*) statim post reges electos lata esse, Horatio Pulullo Consule,

Consule, qui, auctore eodem *Liui* II, 8. templum Iouis Capitolini dedicauit. hoc innuit locus *Liuianus* VII, 3. *M. Horatius Consul ex lege templum Iouis optimi maximi dedicauit anno post reges exatos: sed hunc locum dubio procul corruptum non sine ingenit laude Strothius V. C. sic emendauit: M. Horatius Consul ex lege primum fixit clauum, is, qui templum Iouis O. M. dedicauit.*

§. XIII.

Anno CCCXCVI, Lex POETELIA, a C. Poetelio, tribuno plebis, Coss. C. Fabio, et C. Plautio, lata est, de ambitu, quam primam fuisse dicit *Liuius* *).

x) *Liui. VII, 15.* Legis sententiam non satis clare exprimit, *eaque rogatione*, inquit, *nouorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, compressam credebant.*

§. XIV.

Anno CCCXCVII, Lex DVILLIA MAENIA, de *unciario foenore* *), C. Martio et Cn. Manlio Coss. sancita est: rogantibus M. Duillio et L. Maenio, tribunis plebis^y): item Lex MANLIA de *vicefima eorum, qui manumitterentur* *); a Consule, nouo exemplo, in castris rogata, vt inopi aerario vectigal adderetur*). Ceterum tribuni plebis magis lege, quam exemplo, moti, [praeter consuetudinem,] *ne quis postea p. pulum seuocaret*, capite sanxerunt.

*) Quid sit foenus unciarium, explicat *Io. Frid. Gronou. de Pec. Vet.* (Lugd. Bat. 1691. 4.) III, 13. Praeterea, hoc spectant *Io. Frid. Gronou. de centesimis usuris et foenore unciario*, Lugd. Bat. 1661. 8. *Cl. Salmastus de usuris* L. B. 1638. 8. *de modo usurarum*, ibid. 1639. 8. *de foenore trapezítico* ib. 1640. 8. *Mart. Schoockius de usuris Rom. s. foenore unciario*, Amst. 1661. 8. et *Gerh. Noodt de foenore et usuris libri III. in Opp.* (L. B. 1724. f.) Tom. I. p. 173. sqq.

y) Idem

- y) Idem Lege XII. cautum, nunc repetitum et sanctius iustum: quare hanc legem *Tacit. A. VI, 16.* omittit.
- z) De hac lege v. omnino *P. Burmann. de Vectigal. Pop. Rom. c. X.*
- a) *Auro solvenda: vnde aurum vicefimarium. Lia. XXVII, 10.* pendenda ab ipsis manumissis, *Arrian. Diss. Epictet. III, 26.* in manumissione iusta: quamquam et ipsi manumissores aliquid dedisse videntur. *Fest. voc. manumitti.*

§. XV.

Anno CCCCII, P. Valerius Poplicola, et Martius Rutilus II. Coss. foenebrem rem aggressi, aeris alieni solutionem in publicam curam vertere, creatis *Quinquiviris Mensariis*, qui rem summa aequitate, vel ex aenario solvendo, vel aestimatione, administrarunt^{b)}. Ad eundem annum refertur Lex OVINIA^{c)} tribunicia, vt *Censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatum legerent^{d)}.*

b) *Liu. VII, 21.*

c) *Fest. voc. Praeteriti Senatores: v. Pigh. Annal. a. 402. p. 292. Tom. I.*

d) v. *Drakenborch ad Liu. XXXIX, 42.*

§. XVI.

Anno CCCCVII, T. Manlio Torquato, et C. Plautio Coss. Lex incerti auctoris lata est: qua *semanciarium tantum ex vnciario foenus factum, et in pensiones aequas triennii, ita vt quarta praesens esset, solutio aeris alieni dispensata est^{e)}.*

e) *Liu. VII, 27.*

§. XVII.

Anno CCCCXII, C. Martio Rutilo IV. et Q. Servilio Ahala III. Coss. Lex MILITARIS SACRATA^{f)} lata est, *ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur: additumque lege, ne quis, vbi tribu-*

tribunus militum fuisset, ordinum ductor esset^b). Eodem anno *) Lex GENVCIA, a L. Genucio, tribuno plebis, rogata est, ne foenerare liceret^h): item aliis plebiscitis cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet; neu duos magistratus vno anno gereret; utique liceret Consules ambo plebeios creari^l).

f) *Sacrata* dicitur, quod, qui contra fecisset, caput sacra- tur, cuius generis apud alias etiam gentes leges milita- res sacratas fuisse, docet *Perizon, Animaduers, Hist. c. X. p. 418. cf. Ernesti Clau. Cic. Sacratae.*

g) *Liu. VII, 41.*

*) Narrat quidem *Liuius l. c.* se apud quosdam inuenisse, quod tria haec plebiscita hoc anno facta sint, sed ad- modum dubitanter de ea re loquitur.

h) *Liu. VII, 42. Foenerare* semper significat, pecuniam sub foenore locare: id enim est discrimen *foenoris*, ac *mutui*, v. *Noordt de Foenore et Vsur. I, 3. Tacit. A. VI, 16.* sententiam huius legis exprimit his verbis: *Postremo vetita versura. Versura* autem nihil aliud est nisi foenus. v. *Salmas. de M. V. c. VII. et I. F. Gronou. de Centes. Vsur. p. m. 535. Ex Caton. R. R. in it. viri docti non absurde putant, hac lege poenam quadrupli in foeneratores sanctam. v. A. Augustin. h. l. Huc adde locum Appian. Civil. lib. I, qui ad hanc legem respicere videtur: νόμου τινός παλαιῦ, μὴ δα- νείζειν ἐπὶ τόκοις, ἢ ζημίαν τὸν ἔτιω δανείσαντα προσόφλειν. ἔθους δὲ χρόνου τοὺς τόκους βεβαίω- ντος, οἱ μὲν κατὰ τὸ ἔθος ἦσαν, οἱ δὲ οἶον ἐκ πο- λέμων τε καὶ στάσεων ἀνεβάλλοντο τὰς ἀποδόσεις. εἰσι δ' οἱ καὶ ζημίαν τοὺς δανείσαντας ἐπέσειν ἤπει- λεν. h. e. veteri lege quadam vetante *versuram*, aut, qui foenerarent, multam debentibus. Cum itaque longa con- suetudo *usuras confirmasset*, hi quidem *usuras ex moribus exigebant: debitores vero, bella ac seditiones proximas cau- sati, solutionem differebant: erant vero etiam, qui mina- rentur, se multam populo a foeneratoribus ex lege petitu- ros esse. Quem locum egregium propterea adscripsi, vt intelligeretur, etfi consuetudine non seruariantur leges, tamen non fuisse abolitas dicendas. Poenae quadrupli foene-**

foeneratoribus impositae meminit etiam *Ascon.* in *Diuis. in Caecil.* c. 7. qui conuicti quadrupli condemnari soleant, ut aleas aut pecuniae sub grauioribus usuris foeneratae, quam pro consuetudine. E quibus colligas, quadrupli hanc poenam forte lege *Genucia* statutam etiam postea fuisse retentam, cum usuras capere rursus inualuisset. Nam tametsi haec lex de foenore videtur postrema fuisse, *Tac. l. c.* tamen non seruata, sed variis artibus elusa: uti intelligitur ex *Appiano l. c.* ut deinde necesse esset, fraudes quoque illas nouis legibus excludere.

i) *Liu. VII, 42.*

§. XVIII.

Anno CCCCXV, Tib. Aemilio Mamercino et Q. Publilio Philone Coss. tres leges PUBLILIAE, aduersae nobilitati, a Q. Publilio Philone, dictatore, latae sunt, vna, ut plebiscita omnes Quirites tenerent: altera, ut legum, quae comitiis centuriatis ferrentur: ante initum suffragium patres auctores fierent: tertia, ut alter utique ex plebe Censor crearetur^k *).

k) *Liu. VIII, 12. Io. F. Gronou. Obseru. I, 25.*

*) Anno CCCCXXII, Cornelio Coss. Aruina et Cn. Domitio Caluino Coss. Lex PAPIRIA, a L. Papirio Praetore, de ciuitate Acerranis sine suffragio data, *Liu. VIII, 17.* et anno insequente, Lex LICINIA CASSIA, a duobus Consulibus P. Licinio Crasso et C. Callio Longino, lata est, ne tribuni militum eo anno suffragiis crearentur, sed consulum praetorumque in iis faciendis iudicium arbitriumque esset, *Liu. XLII, 31.*

§. XIX.

Anno CCCCXXVIII, Lex POETELIA PAPIRIA, a duobus Consulibus C. Poetelio et L. Papirio, lata, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poenam lueret, in compedibus aut in ueruo teneretur: pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset^l). Ita nexi soluti: cautumque in posterum, ne

necte-

neferentur^m). Legis huius causa, vnius foenerationis crudelitas^{*}).

1) *Liu. VIII, 28. Suidas voc. Γάιος.* Hac lege XII. tabulis derogatum, quibus *Señio* debitoris, nexusque corporum sanctus erat. In lege autem XII. *Señionem* non esse discissionem corporum, membratim factam, vi et antiqui crediderunt, et hodie adhuc a non paucis creditur, cum *Bynkershoek. Obs. I, 1.* tam imprimis *Io. Taylor in Comment. ad Legem Decemviralem* [de inope debitorum, in partis dissecando, Cantabrig. 1742. 4. inf. *Dan. Fellenberg. iurisprud. ant.* (Bernae 1760. 4.) *Tom. I, p. 565.*] abunde ostendunt: etsi uterque *Señionem* diuersa ratione interpretantur.

m) *Liu. l. c.* ex quo manifestum est, nexum corporum iure amplius fieri non potuisse. Nam si factum est interdum, vt neferentur debitores, inde id iure fieri potuisse, non est consequens. Neque negamus, creditoribus se nexos et postea dedisse inopes debitores, et forte etiam ius ex conuentionibus eiusmodi dictum fuisse a Praetoribus, et magistratibus, morem potius, quam legem, obseruantibus. Quod autem apud *Varr. LL. VI. p. 58. ed. D. Gothofredi*, dicitur, *id C. Popillio rogante Sulla dictatore sublatum, ne fieret; et omnes, qui bonam copiam eiurarent, ne essent nexi dissoluti*: in eo pro *C. Popillio* haud dubie legendum *C. Poetelio*; verba autem *Sulla dictatore* videntur aliunde irrepsisse. Nisi quis malit hunc locum referre ad eam legem, de qua est apud *Fest. vocabul. vnciarum Lex.* De hac lege est *Io. Wendelini Neuhaus. Diss. doctissima ad Legem Petilliam*, [Lips. 1739. 4. add. *Hern. Cannegieteri Diss. de Señione debitoris*, quae extat in *Eius Dissert. L. B. 1744. 4. et de Raad Diss. de statu, condit. et iuribus debitorum obaerat. ap. Rom. in Oelrichs Thes. nouo diss. Belgic. Vol. III. Tom. I.*]

*) Anno CCCXLIII, C. Iunio Bubulco Bruto et Q. Aemilio Barbula Coss. Lex DECIA. a M. Decio, tribuno plebis, de duumviris naualibus, classis ornandas causa, creandis iussa est, *Liu. IX, 30. Ant. Augustin. de Leg.*

§. XX.

Ad annum CCCCXLIII, refertur Lex ATILIAⁿ⁾, de dandis a Praetore Urbano, cum maiore parte tribunorum plebis, tutoribus in urbe^{o)}. Sed auctor et aetas incerta. Hoc constat, eam esse anno DLXVI. antiquiorem^{p)}.

n) De scriptura nominis huius Legis, vid. *Eu. Otto* in *Praef. T. IV. Thes.* [et *Io. Theoph. Seegeri* histor. iur. rom. lib. reip. de tutelis et curationibus, Lips. 1760. 4.]

o) *pr. I. de Atilian. tut.* [et *Vlpianus Frag. XI, 18.* ibique *Schulding. iurispr. antei. p. 600.*]

p) *Liu. XXXIX, 9.*

§. XXI.

Anno CCCCL, P. Sulpicio et P. Sempronio Coss. lex lata est^{q)}, ne quis templum aramue iniussu senatus, aut tribunorum plebei partis maioris dedicaret^{r)}.

q) *Liu. IX, [46.]*

r) Eaque videtur ipsa illa *Papiria* apud *Cic. dom. c. 50.* quam ille veterem tribuniciam vocat: quamvis dissentiat *Balduinus, Iurisprud. Mucian. p. 88.* [edit. *Gundling.*]

§. XXII.

Anno CCCCLIV, M. Valerio Coruo V. et Q. Appuleio Pansa Coss. Lex OGVLNIA a duobus fratribus Ogulniis, tribunis plebis, promulgata, de augendo Pontificum et Augurum numero, communicandisque cum plebeis sacerdotiis^{s)}: item Lex VALEKIA, a Consule, de prouocatione, diligentius sancita: qua vetitum, eum, qui prouocasset, virgis caedi, securius necari: si quis aduersus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum, adiecit^{*)}. Id, qui pudor humanum erat, ait *Liuius*, visum vinculum satis validum legis: nunc vix serio ita minetur quisquam^{**)}.

s) *Liu. X, 6.*

*) *Lex*

*) Lex imperfecta: nam lege Porcia demum anno DLVII, grauis poena irrogata iis, qui ciuem caederent virgis, aut necarent securi.

f) *Liv. X, 9.* tertio ea tunc, post reges expulsos, lata est, semper a familia eadem: causam, facpius renovandae, haud aliam fuisse, putat Linius, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, potuerint.

**) Anno CCCCLV, M. Pulvio Paetino et T. Manlio Torquato Coss. Lex CVRIA, a Manio Curio Dentato, tribuno pl. lata est, de auctoritate patrum in comitiis, quibus plebeius magistratus creabatur, *Aurel. Viã. 33. Cic. de clar. or. 14.*

§. XXIII.

Anno CCCCLXV, HORTENSIA Lege, de plebiscitis, a Q. Hortensio Dictatore, Leges Valeria, ac Publilia, diligentius sancitae*). Ad eundem annum et auctorem refertur etiam altera HORTENSIA, de mundinis x): ut etiam mundinae fastae essent *).

*) *Gell. Noã. Att. XV, 27. L. 2. §. 8. D. de Or. Jur. §. 4. Inst. de I. N. G. et C. [v. Io. Ludolf Quentin de lege Hortensia, 1754. 4.]*

x) *Macrob. Saturn. I, 20.*

*) Ratio fuit, ut rustici, qui mundinandi causa in urbem veniebant, lites componerent. Videtur tamen ea lex magis referenda esse ad annum DCLXXXIV, si in consilium vocas *Iac. van Vaassen ad Fastos Roman. p. 326. sqq.*

§. XXIV.

Anno CCCCLXVII, Lege MAENIA y), de comitiis, a C. Maenio, tribuno plebis, repetita ac renovata est Lex Publilia: de qua supra §. XVIII.

y) *Cic. Brut. c. 14. v. J. F. Gronou. Obs. I, 25. Pighius et Cic. loco facit Legem Curiam, Maenia priorem: male, ut cuique locum inspicienti patet.*

§. XXV.

Anno CCCCLXXXIX, Coss. Q. Fabio III, et Q. Mamilio Vitulo, Lex TITIA *) auctore C. Titio tribuno

K

buno

buno, lata, de *quaestorum numero duplicando, et quaestoriis prouinciis sortiendis*: item MARTIA, de *censura bis non petenda*, a C. Martio, Censorinoⁿ) rogata, designantur a viris doctis.

z) Cic. *Muren.* c. 8. ad q. l. v. *Græcu.*

a) *Plutarch. Coriolan. Valer. Maxim. IV, 1.*

§. XXVI.

Ad annum CCCCXC. et M. Laetorium Plancianum, tribunum plebis, auctorem, etsi non satis certo, refertur Lex LAETORIA^{*)}, de *circumscriptionibus adolescentum*^{b)}: quae rei priuatae iudicium fecit publicum^{c)}: minorennitatis annos definiuit^{d)}; *quinavicennaria*^{e)} inde dicta: adolescentes instipulari^{f)} vetuit; deceptos dolo malo in integrum restitui iussit^{g)}: adolescentibusque, non omnibus, sed lasciuis ac demeritis tantum, curatores dari^{h)}.

*) cf. *Guil. de Hertoghe Disp. Tribonianus circa legem Laetoriam non errans*, Ien. 1720. et in *Opusc. iurid. ex recens. Io. Wunderlich*, (Hamb. 1768. 8.) p. 1. sqq. *Gerh. van Wieringhen Disp. de fatis et origine curae minorum*, Ultraï. 1735. 4. *Io. Hieron. Hetzer Diss. inaug. ad Legem Laetoriam*, Lips. 1749. 4. inf. *Dan. Fellenbergii iurispr. ant. T. II. p. 591.* *Io. Theoph. Segeri Breuis curarum historia*, Lips. 1763. 4. *Christ. Henr. Breuning Disp. de lege Laetoria*, Lips. 1767. 4. *Iul. Frid. Hoepfneri Progr. de lege Laetoria et cura minorum*, Giesl. 1778. 4. et *Car. Heae Vindiciae et Obseruatt. iuris* (Rom. 1782. 8.) *Vol. I. c. 5. et 6.* qui quidem vna cum aliis constituti minorennitatis termini rationem medicam profert, dum ante annum XXV. comitiales morbi sanari nequeant; sed potius ab antiqua illa Ictorum Romanorum doctrina, qua longissimum vitae humanae tempus centum annis finiuerunt, repetenda videtur, v. *L. 76. D. de iudiciis, L. 56. D. de usufr. Plin. H. N. VII, 48. Seneca de breuit. vitae c. 3.* Extat quoque de lege Laetoria disputatio in *Alex. Symm. Mazochii Comment. in Tabl. Heracl.* inserta nouiss. edit. *Oper. Cic. Neap. Lib. III. de Offic. c. 15.* qui contendit, legem scribendam esse Plactoriam.

b) Cic.

- b) Cic. off. III, 15.
 c) Cic. N. D. III, 30.
 d) L. 2. C. Th. de donation. cf. Cuiac. Obs. XIX, 33.
 e) Plaut. Pseud. I, 3, 69.
 f) Plaut. Rud. V, 3, 24. Suet. Lib. IV. Rhetor. ap. Priscian. et inter fragment. Suet.

** Aliud caput huius legis negavit creditoribus actionem aduersus adolefcentes, quibus pecuniam crediderant. Plaut. Pseudol. I, 3, 69. Ceterum per se patet, hanc legem Laetoriam non esse confundendam cum alia quadam lege Laetoria, cuius fit mentio apud Liu. II, 56. et Dion. Halic. l. IX. p. 602. sq. lata anno CCLXXXIII, Appio Claudio Sabino Regillensi, T. Quintio Barbato Coss. a Volerone Publilio, vnde Bachius l. I. cap. 2. §. 3. not. g. eam cum Pighio Publilianam vocauit, et C. Laetorio, Tribb. pl. de Tribunis atque Aedilibus plebis, tributis, non curiatis comitiis triandis, utque, quicquid Tribunus plebem rogaret, iisdem scisceretur comitiis.

- g) Capitol. M. Anton. c. 10. quem Heineccius Hist. Iur. I, 99. interpretatur perperam. v. Ernesti Clau. Cic. h. l. et Ritter. ad Heinecc. l. c.

§. XXVII.

Ad annum DIV, Lex PAPIA de *Virginibus Vestalibus*^{b)} e populo legendis, sortitoque capiendis, refertur a Pighio. Quod etsi auctoritate testimoniorum non stabilitur, tamen id certum est, antiquam eam legem, et a Papiam Poppaea¹⁾ diuersam, esse^{h)}.

h) Gill. N. A. I, 12. legitur etiam Papillia in Bussidiano ib. in not. p. 76.

i) Merula de legibus Rom. p. 275. et Isc. Gothofr. ad Leg. Pap. Popp. c. 3. existimant, Papiam Poppaeae caput fuisse.

k) v. Heinecc. Comment. ad Leg. Pap. I, 1.

§. XXVIII.

Anno DXX, Lex AEBVTIA²⁾, cuius vnus fundus est Gellius¹⁾, adscribitur: de qua tantum non omnia incerta et obscura sunt, ita, vt non solum au-

ctor tempusque, et sententia eius, sed ne titulus quidem, constet^m). Eam XII. tabulis, certis quibusdam in capitibus, derogasse, et de centumviris aliquid constituisse, hoc vnum non improbabile^{oo}).

*) leg. *P. Manut. de Legg. cap. XVI. et Abr. Wieling de furto per lanc. et lic. conc. cap. VI.* Hos Duumviros excepit *Io. Nic. Funccius Pr. de lege Aebutia, legum XII. tabulis non derogante.* (Rintel. 1744. 4.) inf. *Eius Dissertt. iunctim editis* (Lengou. 1746. 8.) num. 83. p. 504. sqq. et *Siccamae libro de iudicio centumvirali* ab *Ill. Zepernjckio edito,* (Hal. 1776. 8.) p. 198. sqq. qui tamen a Funccio passim dissentit. Nec neglexisse iurabit, quae de hac lege *ὡς ἐν παρῳδῳ* protulit *Car. Louardus de vera origine querelae inoff. testam.* (Dresd. 1762. 8.) cap. XIV. p. 76. vbi solum Centumvirale iudicium lege ista constitutum esse contendit. Nouissime peculiarem commentarium, concinnauit *Buchaldus, Ictus Paris. (Dis. sur la loi Aebutia de Legibus par Bouchaud)* qui reperitur in *Comment. Acad. Inscriptt. T. XL. p. 75. sqq.*

l) *N. A. XVI, 10.* Nam monumentum illud Actorum, quod in *Zasii Catalogo Legum* exhibet *Charondas,* haud dubie supposititium est.

m) Varie inscribitur a viris doctis vel *de legibus,* vel *de Centumviris,* vel *de actionibus centumviralium causarum.* Sunt, qui, hanc legem de solis vocabulis antiquis quibusdam cauisse, existunt: v. c. *Otto in Praef. T. III. Thesaur. Iur. p. 24.* quod non fit probabile. *Siccamae de Iudic. Centumuir. I, 8.* ea lege Centumviros constitutos, putat. Quod sane, si tempus legis Aebutiae esset id, quod ei assignatur, prope a vero abesset, propterea, quod circa idem tempus Centumviri creati sunt. [vid. *Abr. Wielingium de furto per lanc. et lic. conc. cap. VI.*]

***) Anno DXXII, Aemilio Lepido et Poplicio Malleolo Coss. Lex FLAMINIA agraria lata est a C. Flaminio, tribuno pl. *de agro Piceno, unde Senones Galli fuerant expulsi, militibus diuidendo, Polyb. II, 21. v. Ant. Augustin. de Legibus et Sct. h: l. et Manut. de Legg. c. XIII.*

§. XXIX.

Anno DXXVI, SCATINIAⁿ⁾, de nefanda Venere^{o)}, imputatur a viris doctis; quod aequum ac incertum ac dubium est^{p)}. Poenam porro decem millium stupratori hac lege impositam, statuunt ex Quinctiliani loco^{q)}: quod ipsum non est extra controuersiam, cum exempla apud Valerium Maximum^{r)}, et Suidam^{s)}, et locus Auctoris ad Herennium^{t)}, doceant, poenam mortis stupratori irrogatam fuisse.

n) Ita enim scribendum, non Scantinia. v. Jo. Frid. Christii [*Historia Legis Scantinae, antiquorum codicum testimoniis emendandis, illustrandis passim distincta, (Hal. 1727. 4.) inf. Oelrichs Append. noui thes. Diss. iurid. selectiss. p. 27. et Supplem. Thes. Iur. Ciu. et Can. Meermann, p. 637. sqq.*] cf. Jo. Guil. Hoffmann. *Comm. ad Leg. Iul. de adulter. I, 20. Pigh. ad a. 526. p. 116. T. II. [Herm. Noordkerk de matrimoniis ob crimen Sodomiae iure soluendis, Amst. 1733. 8.]* Eam nomen accepisse ab impuro homine quodam, Scantinio, criminis istius condemnato, (v. Val. Max. VI, 1.) existimat Hotomann. *de Legib. Noodt. Comm. ad Dig. p. 337. alique*)*: quod non est credibile. Auctorem Aricinum fuisse, tradit Cic. *Phil. III, 6.*

*) adde Iani Parrhasii librum *de rebus per epistolam quaesitis*, (Paris. 1567. 8.) p. 39. sqq. Ceterum hac lege in iudicium vocatus est Ap. Claudius Pulcher, Censor.

o) Cic. *Phil. III, 6. ad Diu. VIII, 12. et 14. cf. Grauin. Or. Iur. Ciu. p. 432. ed. Mascouii.*

p) Pighius refert ad a. 601. propterea, quod Cic. *Phil. III, 6.* eam post Voconiam ponit, [eamque latam putat a quodam M. Scatinio, trib. pl. sed nihil probauit.]

q) Quinctil. *Inst. Or. IV, 2. n. 68. VII, 4.*

r) Val. Maxim. VI, 1.

s) Suid. v. Γάϊδος λαινώριος. t) Auz. *ad Herenn. IV, 8.*

§. XXX.

Anno DXXIX, Lex FVPIA, de senatu habendo^{u)}, refertur, a Pighio: sed nullo argumento.

u) Cic. *ad Diu. I, 4. ad Q. frat. II, 13.*

§. XXXI.

Anno DXXXIV, M. Aemilio Lepido II, et Valerio Laeuino, Coss. [suffectis] Lex METELLA^{x)}, de fullonibus^{y)}, sancita est: quam C. Flautinus et L. Aemilius, Censores, dedere ad populum ferendam, ut auctor Plinius est.

x) Ita apud Plinium H. N. XXXV, 17. constanter scribitur. Neque vero causae quidquam est, quare cum Pighio ad a. 533. T. II. p. 137. Schubart. de Fat. Iurispr. II. §. 79. p. 379. aliisque, Metiliani reponamus. Nam illa ratio, quod leges a gentilitiis nominibus appellentur, adeoque Caecilia, non Metella, dicenda foret haec Lex, nihili est. Sunt exempla legum, a cognominibus auctorum nominatarum: Lex Glaucia apud Afton. Verr. I, 9. Coelia, Cic. ad Attic. IV, 16. In Metella eo minus res dubitationis habet, quod et feminae, quae alias nomine gentilitio proprie appellantur, Metellae dicuntur.

y) De poliendarum scilicet vestium ratione, ne quid superflui sumtus in ea re fieret. Adeo, inquit Plinius, maioribus omnia curae fuere. Est itaque sumptuosa lex.

§. XXXII.

Anno DXXXVI, P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo, Coss. Lex CLAUDIA^{z)}, a Q. Claudio, tribuno plebis, aduersus senatum lata est, ne quis senator, quiue senatoris pater fuisset, maritimam nauem, quas plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum, ad fructus ex agris uectandos; quaestus omnis Patribus indecorus visus. Idem Lege Iulia repetundarum repetitum postea^{a) *}).

z) Liu. XXI, 63. ad q. l. v. Duker. Eam legem haud dubie intelligit Cic. Verr. V, 18. [Ceterum lectu digna sunt, quae ad legem hanc illustrandam scripsit Ias. Gothofredius ad leg. 28. Cod. Theod. de nauicul. c. obs. Io. Dan. Ritteri, Tom. V. p. 92.]

a) L.

- a) L. 3. D. de excusation. et vacat. munerum.
 *) Anno DXXXVII, Cn. Seruilio Gemino, C. Flaminio Nepote Coss. Lex METILIA de magistris equitum et dilatoris iure aequando a M. Metilio, tribuno plebis, ut est apud Liu. XXII, 25. et anno insequente, C. Terentio Varrone, L. Aemilio Paulo Coss. Lex MINVCIA de triumuiris mensariis creandis, a Minucio, trib. pl. lata est, ob argenti penuriam, Liu. XXIII, 21.

§. XXXIII.

Anno DXXXIX, Q. Fabio II. et T. Sempronio, Coss. [suffectis] Lex OPPIA, de cultu mulierum^{b)}, a C. Oppio tribuno plebis, rogata est, abrogata XX. annis post, [a M. Fundano et L. Valerio, trib. plebis,] multum dissuadente Catone*).

- b) Liu. XXXIV, 1. Tacit. A. III, 33. Memoranda est Io. Guil. Hoffmanni Disj. ad Legem Oppiam, de matronarum cultu, Francof. ad Viadr. 1736. [inf. Dan. Fellenbergii iurispr. ant. T. I. p. 303. seq. Couf. Abr. Wielingium Led. Iur. ciu. Lib. II. c. 26.]

- *) Anno DXLIV, Claudio Marcello, Valerio Laeuino Coss. Lex ATILIA de populis dedititiis, a L. Atilio, tribuno pl. rogata est, Liu. XXVI, 33. et Anno DXLVI, M. Claudio Marcello, T. Quinctio Crispino Coss. Lex LICINIA de ludis Apollinaribus, ut in perpetuum in statum diem vouerentur, a P. Licinio Varo, praetore urbano, lata, Liu. XXVII, 23. Praefaminis loco de hac lege commentati sumus in Libr. sing. de legibus Romanorum theatralibus, cap. I.

§. XXXIV.

Anno DL, M. Cornelio [Cethego] P. Sempronio Tuditano, Coss. Lex CINCIA, de donis ac muneribus^{c)}, a Plauto^{d)} muneralis dicta, opposita patronorum avaritiae, donandique facilitati, a M. Cincio Alimento, tribuno plebis, lata est. Cautum ea fuit, ne quis, ob causam orandam, donum minusue caperet: ne quis ultra certam summam donaret*): ut in dona-

tionibus mancipatio traditio interueniret^o). Ceterum imperfecta fuit^o).

c) *Liu. XXXIV, 4. Tacit. Annal. XI, 5. Cic. Orat. II, 71. ad Attic. I, 20. Caton. mai. c. 4.*

d) *Fest. voc. muneralis.*

*) hoc caput haud dubie spurium est, v. de *Retes de Donation. P. IV. c. 19. §. 3. sq. in Meerm. Thes. T. VI. p. 644. sq. et ipse Meermannus in Animaduersionibus ad titulos Vlpiani ibid. T. VII. p. 742. sq.* Quae enim longe post Cincium Alimentum de profusis largitionibus scripsit *Cic. de Offic. II, 15*: ex iis satis elucet, nondum extitisse sua aetate legem, quae donationibus certum modum praescriberet. Omni igitur auctoritate destitutus hoc legis Cinciae caput secundum efformauit Brummerus.

e) Commendandus omnino *Frid. Brummeri Commentarius ad Legem Cinciam*, [*Lulet. Paris. 1668. 4. et in Opusc. Lips. 1712. 8. p. 1. sq.*] cf. *Schulling. Jurispr. Anteiust. p. 561. seqq.*

f) *Vlpian. Fr. I, 2.*

**) Anno DLIV, a Sulpicio Galba et Aurelio Cotta Coss. Lex SVPICIA de bello Macedonico, *Liu. XXXI, 6.* et anno DLVII, Cornelio Cethego, Minucio Rufo Coss. a C. Acilio, tribuno plebis, Lex ACILIA de coloniis deducendis, lata, *Liu. XXXIII, 29.*

§. XXXV.

Anno DLVII, Cn. Cornelio Cethego, Q. Minucio Rufo, Coss. C. Atinio tribuno plebis auctori, ATINIA Lex, de *rebus furto surreptis non usu capiendis*^b), assignatur. Cuius legitima verba fuerunt: *quod surreptum erit; eius aeterna auctoritas esto*^b). Legi XII. tabularum subrogauit in eo, quod exceptionem addidit^o), si res furto surrepta ad priorem dominum reuera fuerit^o). Eidem anno tribuenda videretur Lex PORCIA^o), de *prouocatione*^h), vt auctor eius sit P. Porcius Laeca, tribunus plebis. Potior enim esse debet auctoritas denarii argentei, in quo figura cuius

cius Romani prouocantis, cum verbo **PROVOC.** in vna parte, in altera autem **P. LAECA** inscriptus, conspicitur¹⁾, potior, inquam, quam cetera argumenta, quibus haec Lex M. Porcio Catoni, quasi auctori, adrogatur. At Festus tradit ille quidem^{m)}, Catonem pro scapulis ciuium dixisse, sed inde nihil aliud est consequens, quam hoc summum, eum Legem hanc suasisse. Ea Lex sola *pro tergo ciuium lata* Livio videtur, quod graui poena, si quis verberasset necassetue ciuem Romanum prouocantem, sanxitⁿ⁾. Ceterum lege Porcia reis exilium permissum fuisse, ex Sallustio^{o)} colligunt^{p)}, non absurde^{**)}.

g) Cic. Verr. I, 42. §. 2. Inst. de usucap.

h) Gellius N. A. XVII, 7. vbi memoratur disputatio veterum Ictorum, vtrum haec lex in praeteritum, an in futurum lata fuerit: de qua quaestione vid. Menard, ad Cic. l. c. Balduin. Iurispr. Muciana p. 281.

*) atqui haec exceptio in verbis legitimis non inuenitur.

i) §. 8. Inst. de Usucap. v. Balduin. Comm. ad leges XII. Tab. c. 26. p. m. 103. seqq. Ceterum scripsit Hadrian. Puluaeus de Lege Atinia, in T. IV. Thesauri Ottoniani [p. 317. sq.] Ios. Fernandez de Retex Select. Succif. ad Leges, Edicta, Principumque Constitutiones, ex quibus prohibita usucapio est: cui accedit ad Leges Atiniam, Plautiam, Iuliamque de Vi et Repetundarum Academica scriata selectio, Salmant. 1663. 4. quod opusculum rarissimum in Meermann, Thes. T. VI. [p. 461. sq. inlatum.] cf. Maiansii Disputat. Iur. LXVI.

**) v. Scip. Gentilis de lege Porcia in Eius Iure publico populi rom. (Altorf. 1662. 8.) Frcs. Car. Conradi Diff. M. Horatius ad populum prouocans in nummo gentis Porciae in Parergis (Holmf. 1740. 8.) Lib. I. num. 3. p. 57. sq.

k) Liv. X, 9.

l) v. A. Augustin. de Legibus et Sct. h. l. Pighius ad a. 556. [Annal. T. II. p. 215.]

m) Festus, [v. Pro scapulis, h. c. pro iniuria verberum.]

- n) cf. Cic. Rabir. c. 4. Verrin. V, 63. Plinio autem H. N. VII, 43. dicitur lex Porcia de iure virgarum.
- o) Sallust. B. Catil. c. 51. Tunc lex Porcia aliaque leges paratae sunt, quibus legibus exilium damnatis permisum est.
- p) Nicol. Antonius de Exilio, I, 7. in T. III. Thesaur. Meermann. p. 22. [add. Io. Christ. Guil. de Steck, Obsequiati. subseciu. Spec. (Hal. 1779. 8.) cap. XXI. p. 92. sq.].
- ***) Anno DLVIII, L. Furio Purpureone, M. Claudio Marcello Coss. Lex MANLIA de creandis Triumviris Epulonibus, a P. Manlio, tribuno plebis, rogata est, Liu. XXXIII, 42. Cic. de Orat. III, 19. Pighius ad ann. 557. Annal. T. II. p. 216.

§. XXXVI.

Anno DLXI, L. Cornelio Merula, Q. Minucio Thermo, Coss. SEMPRONIA Lex, de rebus creditis, a M. Sempronio tribuno plebis, ex auctoritate patrum lata est^{q)} scitumque, ut cum sociis ac nomine Latino pecuniae creditas ius idem, quod cum ciuibus Romanis, esset. Etenim, ut scribit Liuius, ciuitas foenore laborabat: et cum multis foenebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, ut in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent: ita libero foenore obruebant debitores^{*)},

q) Liu. XXXV, 7.

- *) Circa idem tempus lex quaedam PAPIRIA de assibus, qua asses semunciales factas esse scribit Plinius H. N. XXXIII, 3. et de qua vid. Ant. Augustinus de Leg. h. l. lata est: anno DLXVI. autem, Valerio Messala, Liuio Salinatore Coss. Lex VALERIA de Formianis suffragii iure donandis, a C. Valerio Tappo, tribuno pl. Liu. XXXVIII, 36. Pigh. Annal. T. II. p. 295. et anno sequente, M. Aemilio Lepido, C. Flaminio Nepote Coss. Lex PETILLIA de peculatu a duobus Q. Petilliis, tribunis plebis, Liu. XXXVIII, 54. Pighius Annal. T. II. p. 299.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Anno DLXXIII, Lex CORNELIA BAEBIA a [P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo, Coss.] de ambitu^{r)} rogata est. Eidem anno Lex ORCHIA, sumtuaria, a C. Orchio, tribuno plebis, lata, qua numerus conuiuarum finitus^{u)}, subscribenda est^{v)}. Causa fuit, luxuria ab exercitu Asiatico paullo ante in urbem inuecta^{u)}. Iisdem consulibus Lex AQUILIA, plebiscitum, de damno iniuria dato, adsignatur a Pighio: haud scio an nullis rationibus idoneis. Eam Cicero^{x)} appellat de iustitia^{*)}. Omnibus superioribus legibus de damno iniuria dato derogauit^{y)}. Tria ad minimum capita habuit: sed, altero quid cautum fuerit, multis licet in eius argumento eruendo virorum doctorum^{z)} consuetis disputationibus, hodie non constat. Cetera omnia perulgata sunt^{a)}.

r) Liu. XL, 19. Argumentum ipsius Legis non est liquidum. Nam fragmentum orationis Catonianae apud Nonium [cap. VII. §. 19.] vnde Sigonius sententiam colligere voluit, ad aliam legem Baebiam pertinet, de qua Liu. XL, 44: vti intelligitur e Festo, voc. rogat.

s) Macrob. Saturn. II, 13. Fest. voc. obsonitauere. vid. Schubart. de fat. Iurisprud. Rom. II, §. 76. p. 365. sq. Frid. Platneri Exercitatio II. de Legibus sumtuariis Romanorum, [Lips. 1752. 4. et Georg. Casp. Kirchneri Persuasoria legum sumtuar. Vit. 1694. 4. de gente Orchia ne dubitatio sit, v. Fabrett. inser. p. 636. n. 305. et Hagenbuch. Epist. Epigr. 132.]

t) Nam Macrob. l. c. dicit, eam latam esse tertio anno post Catonis Censuram: haec autem incidit in annum 570. Liu. XXXIX, 41.

u) Liu. XXXIX, 6. Flor. III, 12. Augustin. de ciuitat. Dei II, 21. III, 21.

x) Cicero Brut. c. 34. extr. ex eaue dicit multam esse petitam ab L. Sabellico: quod scilicet ex ea lis inficiando crescebat in duplum.

*) Haec

*) Haec verba nihil aliud volunt, quam *ex iusto*. Saepe enim *de pro* ex adhibetur, et Ictis ita loqui solemne est, vt docet *Heineccius ad Briffonium de Verb. Sign.* Ceterum ex hoc loco apparet, hanc legem Ciceronis tempore iam extitisse.

1) *L. 1. D. ad L. Aquil.*

2) *Claud. Chiflet. de secundo legis Aquiliae capite, T. V. Thef. Iur. Otton. [p. 873.] Cuiac. Parat. D. et C. h. t. Bynkershoek. Obseru. I, 13. [add. Herm. Cannegieter Obs. IV, 9. p. 403. Sed Cuiacii, Chifletii, Freheri, Iac. Constantinaei, et Bynkershoekii de secundo capite legis Aquiliae opiniones excussit Eu, Otto de tutela viarum Part. III. cap. 5. p. 485. sq.]*

a) Hanc legem interpretati sunt iustis disputationibus *Fr. Balduinus*, [in *Heineccii iurispr. rom. att. T. I. p. 239. et Hal. c. praef. Gundlingii 1730. 8.*] *Io. Suarez de Mendoza*, cuius commentarius extat in *Meermann. Thesaur. Iur. T. II. p. 11* ac denique *Ger. Noodtius* [in *Opp. (L. B. 1724. f.) T. I. p. 137. add. Io. Henr. Myllii Diss. postuma de tribus legis Aquiliae capitibus in Reizii Excurs. ad Theoph. p. 1181. sq. et Petr. Georg. de Biffignandi Disp. inaug. ad legem Iulianam de adulteriis et legem Aquilianam de coercendis Medicorum erroribus, Mantuae 1789. 8.*]

§. XXXVIII.

Anno DLXXIV, A. Postumio Albino, C. Calpurnio Pisone, Coss. *Lex annalis* *), *VILLIA*, ab L. Villio, tribuno plebis, rogata est: quot annos nati quemque Magistratum peterent caperentque^{b)}: inde cognomen familiae inditum, vt *Annales* appellarentur.

*) v. *Aug. Frid. Schott Diss. de lege Villia annali magistratum rom. Lips. 1765. 4. et in Opusc. (ibid. 1770. 8.) p. 1. sq.*

b) *Liu. XL, 44. primam fuisse dicit, quod ex ipso Liuig resellitur XXV, 11. Itaque id ita capiendum, vt prima fuerit, quae id diligentius sanxerit. v. Drackenborch. ad h. l. [qui omnium opiniones super hac re collegit,] et Duker ad Liu. XXV, 11. cf. de legibus annalibus Dodwell. Praelection. Cambd. XII.*

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Anno DLXXVII, C. Claudio Pulchro, Ti. Sempronio Graccho, Coss. **CLAUDIA** Lex, de sociis, a consule rogata est: *qui socii ac nominis Latini, ipsi maioresne eorum, M. Claudio, T. Quintio Censoribus, postque ea, apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque ciuitatem ante Cal. Nouembres redirent*^{c)}. Causa erat, quod, sociis nominis Latini plerisque Romam migrantibus, deserta oppida, deserti agri erant^{d)}*)).

c) Liu. *XXI*, 9.

d) Liu. *XXI*, 8. ad. q. l. v. Duker.

*) Anno DLXXXII. Popilio Laenate, Aelio Ligure Coss. Lex **MARCIA** de Statiellis, *Liguriae populis, assignatur, lata a Marciis, tribunis plebis, de qua v. Liu. XLII, 21. et Pighius Annal. T. II. p. 364.*

§. XL.

Anno DLXXXV, Q. Marcio Philippo II. et Cn. Servilio Caepione, Coss. **VOCONIA** Lex, *testamentaria, lata est a Q. Voconio Saxa, tribuno plebis, quae sanxit in posterum, qui post A. Postumium, Q. Fulvium, censors, census esset, ne heredem virginem, neu mulierem faceret*^{e)}: *neu mulieri ultra centum millia HS. legaret*^{f)}: *neu, qui census esset, plus cuiquam legaret, quam ad heredem heredesue perueniret*^{g)}. In qua lege Voconius vocabulum *census* non pro eo, qui maximum censum haberet, qui *classicus* dicitur, ut Asconius^{h)}, et cum eo recentiores plerique interpretantur, sed pro ciue Romano, posuit: quod nemo, nisi qui ciuis esset, dedicare bona sua in censum poterat. Sed in eo vocabulo calumniabantur, qui heredem suam filiam aliamue feminam scribere vellent. Nam cum census non seuerè amplius perageretur, multique ciues essent incensi, hi, qui bona sua ad mulierem transferri vellent, non censebantur, adeoque

adeoque Lege Voconia se non tenēri credebant. In quo quidem plerumque tuebatur eos iurisdicōio Praetorisⁱ⁾. Alii fideicommittendo legi fraudem faciebant^{k)}.

- e) *Cic. Verr. I, 42.* f) *Dio Cass. Lib. LVI, 10.*
 g) *Cic. Verr. I, 43. pr. Inst. de Leg. Falcidia.* hoc caput in vniuersum licentiae legandi oppositum erat.
 h) *Ascon. in Cic. l. c. v. I. F. Gronou. de Pecun. Vet. III, 15. p. 243.*
 i) *Cic. Verr. l. c.*
 k) *Cic. Fin. II, 17.* De lege Voconia scripsit *Fr. Balduinus* in *Comm. de Legibus*, [Basil, 1559. 8. et in *Heineccii iurispr. rom. att. T. I. p. 177.*] sed optime *Iac. Perizon.* [*de lege Voconia, feminarumque apud Veteres hereditatibus*, Diss. VII. cum praef. Heineccii, (Lugd. Bat. 1740. 8.) II. p. 114. sq. add. *Pagan. Gaudentii de Lege, quae foeminas a successione repellit*, Exercitatio, adiecta Eius libro *de Iustiniani seculi moribus nonnullis*, Florent. 1638. 4. et in *Meermannii Thes. T. III. p. 679.* in quem librum *Nic. Heresholmius* Diatriben scripsit, *Hafn.* 1633. 12. *Alex. Politus a S. Sigismundo de patr. in testam. cond. pot. lib. III. c. 6. sq. in Meerm. Thes. T. I. p. 267. f.*] *Abr. Wieling. Lex. Iur. Ciu. II, 19 — 27.* [*Eiusd. Comm. de legis Voconiae auctore, aetate et argumentis, s. l. 1729. 4. Wolr. Burchardi Flores sparsi ad legis Furiae de testam. et legis Voconiae historiam*, Herborn. 1768. 4. et nuperrime *Matth. Ant. Buchaldus (Bouchaud) Recherches hist. et critiques sur la loi Voconia in Comm. ad legg. XII. Tabb. Edit. nouiss. Par. 1803. 4. Tom. I. p. 526 — 581.*]

§. XLI.

Anno DLXXXIX, Cass. T. Manlio Torquato, Cn. Octauiο, lex MAMILIA*), ferente C. Mamilio Limetano, tribuno plebis, de *regundis finibus agrorum*, rogata putatur. Cautum de quinque pedum spatio in finibus relinquendo^{l)}, de arbitro finium regundorum^{m)}, aliisqueⁿ⁾. Ceterum sunt, qui eam quinque nominibus appellatam fuisse *Mamiliam Rosci-*

Rosciam Peducaeam Allienam Fabiam^{o)}, contra omnem antiquitatis rationem, statuant^{**)}.

^{*)} cf. *Car. Saxe ad Legem Mamiliam finium regundorum*, Trai. ad Rhen. 1779. recus. cura *Chr. Gottl. Richteri*, Lipsi. 1782. 4. qui *cap. II.* fultus auctoritate numi, ab *Hub. Golzio in Fastis Magistratum et Triumphorum Rom. Tab. 97.* propositi, non *C. Mamilium*, trib. pl. hoc anno, sed *C. Mamilium Turrinum*, consulem a. V. 514. legis *Mamiliae de finibus* rogatorem fuisse, contendit.

^{l)} *Flacc. Sic. de cond. agror.* p. 8. *Aggen. Urb.* p. 53. ed. *Goef.*

^{m)} *Cic. Leg. I,* 21.

ⁿ⁾ *Fragmenta collegit Goef. Auctor. Rei Agrar.* p. 339. sqq. v. et not. eius p. 182. 191.

^{o)} *Ant. Augustin. de Leg.* h. l. aliique. Sed v. *Hoffman. Hist. Iur. Ind. Leg.* h. l.

^{**)} vid. *Car. Guil. Mülleri Diss. inaug. de termino moto*, Lipsi. 1753. 4. Si, quod res est, ponas, legis terminalis capita, a singulis auctoribus constituta fuisse: evanescit omnis difficultas.

§. XLII.

Anno DXCIII, M. Valerio Messala, C. Fannio Strabone, Coss. FANNIA Lex^{*)} sumtuaria, a Consule rogata est: quae et sumtibus coenarum, in singulis diebus, modum posuit, et ciborum genera definiuit^{l)}.

^{*)} *Conf. Macrob. Saturn. II,* 12. vbi occurrit fraginentum orationis, qua C. Titius legem Fanniam suavit, et *Frid. Platneri Exercit. II. de legibus sumtuariis*, Lipsi. 1752. 4.

^{l)} *Macrob. l. c. II,* 13. *Plin. H. N. X,* 50. *Gell. N. A. II,* 24. *Athenaeus Δειπνοσοφ. VI. extr. v. Casaub. Animadu. p. 295.* et *Schubart. de fatis Iurispr. II.* [§. 78. p. 375.]

§. XLIII.

Anno DXCV, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coss. Lex incerta, de ambitu, lata est^{q)}.

^{q)} *Epiton.*

- q) *Epitom. Liu. XLVII. Heineccius, Corneliam Fulviam vocat: male: nec auctor, nec sententia certa est. Pighius conicit, ea lege crimen ambitus capitale esse coepisse: sine auctore.*

§. XLIV.

Anno DXCVIII, L. Cornelio Lentulo Lupo, C. Marcio Figulo II. Coss. AELIA Lex, de comitiis, lata putatur. Cautum fuit ea, *ut, quoties comitia essent, de coelo servare liceret; ut obnunciare liceret, obnunciationique cederetur; ut denique intercedere magistratus pares et tribuni possent*¹⁾. Eidem anno attribuitur FVFLIA, ipsa quoque ad coercendas seditiofas legumlationes comparata: cuius ideo saepe a Cicerone mentio fit. Tulit Fufius, *ne omnibus diebus fastis legem ferre liceret*²⁾ *).

1) *Cic. pro Sext. c. 15. de prou. cons. c. 19. aliisque locis plurimis. v. de hac lege omnino Ernesti Clau. Cicer.*

2) *Cic. de prou. cons. c. 19. pro Sextio c. 15. v. Ernesti Clau. Cic.*

*) Anno DCII, Lex SCRIBONIA de Lusitanis in libertatem restituendis tribuenda videtur, lata a L. Scribonio, tribuno plebis, de qua *Liu. Epit. XLIX. Cic. in Brut. c. 23. et Ant. Augustin. de Legibus et Sctis h. l.*

§. XLV.

Anno DCV, L. Marcio Censorino, Manio Manilio Coss. Lex CALPURNIA, *repetundarum*, a L. Pisone, tribuno plebis, rogata est, propter rapacitatem magistratum provincialium¹⁾. Prima fuit de hoc genere, nulla alia cum fuisset: eaque prima quaestio perpetua constituta²⁾. Cautum ea, *ut, si quis provincialis magistratus in provincia pecuniam contra leges cepisset, ab eo iudicio repeti posset. Vnde Cicero eam legem socialem vocat*³⁾.

1) *Cic. Verr. IV, 25.*

2) *Cic. Brut. c. 27. Off. II, 21.*

3) *Cic.*

*) *Cic. Ferr. II, 6.* Promulgata insuper, anno DCIX, a C. Licinio Crasso, tribuno plebis, Lex LICINIA, Q. Fabio Aemiliano, L. Hostilio Mancino Coss. *de sacerdotum electione*, cuius meminit *Cic. de Amic. c. 25.* sed non perlata.

§. XLVI.

Anno DCXI, Ap. Claudio Pulchro, Q. Caecilio Metello Macedonico, Coss. Lex DIDIA, *sumtuaria*, lata est, qua vniversa Italia lege Fannia teneri iussa, et conuiuiae etiam poënis legis subiecti*) sunt.

x) *Macrob. Sat. III, 17.*

§. XLVII.

Anno DCXIV, C. Laelio Sapiente, Q. Seruilio Caepione, Coss. ponitur Lex MEMMIAY), quae nomina eorum, qui reipublicae causa abessent, recipi inter reos vetabat.

y) *Val. Max. III, 7.* ea quoque apud *Cic. Vatin. c. 14. extr. et Suet. Caes. c. 23.* intelligenda est: de argumento ipso v. *Herald. rer. iud. I, 10.* Ceterum hanc Memmiam legem cum Remmia, de calumniatoribus, quam ipsam Memmiam quoque, ex corruptis libris, scribunt, eandem putat *Pigh. ad a. 613.*

§. XLVIII.

Anno DCXV, Cn. Calpurnio Pisone, M. Popilio Laenate, Coss. Lex GABINIA, *tabellaria*, ut in magistratibus creandis ciues non voce, sed tabellis, suffragium darent, a Q. Gabinio, sordido et ignoto homine, lata est²⁾.

z) *Cic. Leg. III, 16. Lael. c. 12.*

§. XLIX.

Anno DCXVII, M. Aemilio Lepido Porcina, C. Hostilio Mancino, Coss. Lex CASSIA, *tabellaria*, a L. Cassio Longino, tribuno plebis, rogata, ut
L tabel-

*tabellae etiam in iudiciis populi, h. e. publicis, quae per selectos iudices agerentur, praeter quam in iudicio perduellionis *) adhiberentur**).*

a) Cic. Leg. III, 16. Sext. c. 48. [cum not. Afcon. Paediani.] cf. Ernesti Clau. Cic. in Ind. Leg. v. Tabellarius.

*) Anno DCXVIII, P. Furio Philone, S. Atilio Serrano Coss. Lex PVRIA ATILIA de C. Marcino lata, vt Numantinis ob foedus cum ipsis sine auctoritate senatus factum dederetur, Cic. de Off. III, 30.

§. L.

Anno DCXXIII, P. Licinio Crasso Muctano, L. Valerio Flacco, Coss. Lex PAPIRIA, tabellaria*), C. Carbone, tribuno plebis ferente, sancita, vt in legibus sciscendis, et antiquandis, populus tabella vteretur^{b)}. Eodem anno PINARIAM, annalem^{c)}, Ruscae, tribuni plebis, rogatam, statuit Pighius. Cuius legis sententia ignoratur.

*) De legibus tabellariis in vniuersum conf. Io. Lud. Conradi Diss. Omne tulit punctum Horatii poetae, simul omne genus legis apud Romanos tabellariae explic. in Eius Opusc. e iure ciuili (Brem. 1777. 8.) Vol. I. p. 187 — 220. vbi multo correctius et emendatius, quam antea, legitur.

b) Cic. l. c.

c) Cic. Or. II, 65.

§. LI.

Anno DCXXIV, C. Claudio Pulchro, M. Perperna, Coss. Lex ATINIA, ferente C. Atinio, tribuno, facta putatur, qua cautum, vt tribuni plebis Senatores essent, iusque sententiae dicendae haberent^{d)} *).

d) Gellius N. A. XIV, 7. et 8. v. A. Augustin. de Leg. h. l. et Arnold. Var. Coni. I, 21. p. 151.

*) Eodem anno Lex Papiria de tribunis pl. rescindenda a C. Papirio Carbone, tribuno plebis, iussa, sed non accepta fuit, v. Liu. Epit. LIX. et Cic. de Amic. c. 25.

§. LII.

§. LII.

Anno DCXXVIII, M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste, Coss. haud temere adsignatur Lex IVNIA de peregrinis, M. Iunii Penni, tribuni plebis^e), qua peregrinos vrbe prohibuit^f), dissuadente Legem C. Graccho^g), quaestore, cuius de ciuitate sociis danda consiliis opposita erat^h). Ceterum videtur ex hac lege sociis licuisse, ciues suos repetere^h)**).

e) Cic. Brut. c. 28. vid. Nordkerk. Disquisit. de Lege Petron. c. I. p. 6. Pighius Ann. T. III. p. 37.

f) Cic. off. III, 11.

g) Festus voc. Respublicas.

*) quod tamen iustis de causis negat Nordkerk. l. c. p. 7.

h) vid. Nordkerk. l. c. p. 17. sqq.

**) Anno DCXXIX, Lex FVLVIA de ciuitate Italica danda a Fulvio Flacco Cos. Plautii Hypsaei collega, rogata est: aduersante tamen senatu, non perlata: Appian. Bell. ciu. I. p. 371. Val. Max. IX, 5, 1. cf. Sigon. de ant. iur. Ital. III, 1. Eodem fere tempore lata videtur Lex SAUPEIA, cuius solus fundus est Gellius N. A. XI, 10. de Cappadocia, a Nicomede et Mithridate, regis occisi heredibus restituenda. Suspectum enim nomen legis Aufeiae, vti Gellius scripsit. Neque ad stipulari possum Pighio, qui in Annalibus ad annum DCXXX. C. Sempronio Graccho tribuno plebis, collegam ponit Aufeium, cum huius gentis nec vola nec vestigium adsit. Eo celebrior in Cicerone et lapidibus antiquis gens Saufeia, cf. Panciroli. Var. Lect. II, 43. Sc. Gentilis Orig. ad Pand. in Ottonis Thes. T. IV. p. 1389. Bynkersh. Obf. VIII, 2.

§. LIII.

Anno DCXXXI, Coss. Q. Caecilio Metello, T. Quintio Flaminio, Leges SEMPRONIAE C. Gracchi tribuni plebis, tamquam faces in rempublicam coniectae, quibus aerarium exhauriebatur, ac Senatus potestas frangebatur, sunt haec: Agraria, qua Sempronia, fratris Tiberii, tum non perlata, reno-

vata est, cautumque, *ut ne quis agri plus quam quingenta iugera possideret*¹⁾: quod *Licina Lege* cautum fuerat, sed neglectum iam diu: *utque tres viri crearentur, qui agros dividerent, a locupletibus praeter hunc modum possessor*^{k)}: *Viaria*, *ut viae per Italiam munirentur, utique per aeduaros limites populo, sicuti per viam publicam, iter esset*^{l)}: *Fruentaria*, qua sancitum, *ut inopi plebi singuli modii a Senatu venderentur trientibus cum semisse, idque frumentum ex aerario emeretur*^{m)}: abrogata per *Ostiviam Legem* paullo post: *Militaris sacra*, qua constitutum, *ut ne quis minor XVII. annis ad militiam cogeretur*ⁿ⁾, *utique praeter stipendium militibus vestes quoque gratuito ex aerario darentur*^{o)}: *de libertate civium Romanorum*, qua sancitum est, *ne de capite civis iniussu populi Romani iudicaretur, quod si factum esset, populi esset animadversio*^{p)}: *de confusis centuriarum suffragiis*, qua latum, *ut ex confusis quinque classibus sorte centuriae vocarentur*^{q)}: cui similis postea *Lex Manilia* fuit^{r)}.

i) *Vell. II, 6. Appian. Ciu. II, 1. p. 604. ed. Toll.*

k) *Fragmenta legis sunt ap. Goef. Script. Agrar. p. 349.*

l) *Vell. II, 6. Plutarch. Gracch. p. 837. Appian. B. C. I, p. 362. cf. Conradi Parerg. III, 3. p. 380. sqq.*

m) *Cic. Sext. c. 48. Off. II, 21. Tusc. III, 20. Brut. c. 62. v. Ernesti Clau. Cic. in Frumentariis, et Lips. Elect. 1, 8. de frumentationibus. [add. Vinc. Contareni de frumentaria Rom. largitione liber, Velsk, 1669, 12. Diederick Schaghen Diss. de re frumentaria, Trai. ad Rh. 1709, 4. et in Oelrichs Thes. Diss. iurid. Vol. II. T. III. p. 133. sqq. Io. Melch. Gottl. Besecke Comm. de frumentar. largit. et legibus frumentar. Mitau, 1775. 8.]*

n) *Plutarch. Gracch. p. 837. v. Stewech. ad Veget. I, 4. Non quali fieri milites ante hanc aetatem non poterint, quod adfirmat A. Augustin. ad Modestin. p. m. 342. sed ut non cogerentur.*

o) *Plut. l. c.*

p) *Cic.*

- p) *Cic. pro Rabir. c. 4. Verr. V, 63. Cat. I, 11. IV, 5.*
 q) *A. de rep. ordinanda orat. II. qui adiungitur Sallustio.*
 r) de q. v. *Ernesti Clau. Cic. h. l. et Add. et voc. Confusio.*

§. LIV.

Anno sequente, Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Fannio Strabone, Coss. quod Gracchus Legibus superioribus excitauerat incendium, nouis Legibus alere, ac magis inflammare instituit. Tulit enim Legem iudiciariam*), qua iudicia a Senatu ad Equites transtulit²⁾: de prouinciis ordinandis, qua cautum est, ut prouinciae ante Comitia futuris magistratibus a Senatu decernerentur, eique decreto intercedi non posset³⁾: de falso iudicio, ne quis iudicio circumueneretur⁴⁾: cui successit Cornelia. Cum vero Legem de ciuitate sociorum lafam non pertulisset, atque eius rei causa tribunatum tertium peteret per vim, occisus est⁵⁾.

*) De hac lege, quae bicipitem, ut ait *Florus III, 17.* ex vna fecit ciuitatem, singularis extat libellus, gallice conscriptus: *Dissertation sur la loi Semproniana par Gauthier de Sibert, in Commentt. Acad. Inscriptt. T. XXXVII. p. 293. sq.* vbi non solum occasio et rationes huius legis proferuntur, sed etiam mala, quae in romanam rempublicam inde profecta sunt, bene expenduntur.

2) *Appian. B. Ciuil. l. p. 618. v. Pigh. ad a. 631. conf. nos supra Lib. II. c. 1. §. 41.*

3) *Cic. Dom. c. 9. Balb. c. 27. ad Diu. I, 7. Verr. III, 6. v. Pigh. ad a. 631.*

4) *Cic. pro Cluent. c. 55: et 56.*

5) Interemto eo, bona publicata, et Liciniae Gracchi [uxori] dos adempta, *Plutarch. Gracch. p. 836.* quamvis, P. Mucium Ictum censuisse, eam praestari oportere, cum res dotales in ea seditione, qua Gracchus occisus, periissent, propterea quod Gracchi culpa seditio facta esset, tradat *Iauolenus in L. 66. D. solut. matr. de qua quaestione vid. Fr. Balduinus in Iuris-*

prud. Mucian. p. m. 38. sqq. [add. Corn. van Bynkershoek Obs. Iur. Rom. III, 22.]

§. LV.

Eodem anno, LIVIAE Leges, populares admodum, auctoritate Senatus, vt Gracchi gratia frangeretur, a M. Livio Druso, tribuno plebis, latae sunt: *ne quem ex sociis Latini nominis in exercitu virgis caedere liceret; vt duodecim coloniae deducerentur, inque singulas terna ciuium Romanorum millia: vt vectigal agris, Lege Sempronia diuisis, diuidendisue, impostum, plebi remitteretur^{y)}: vt decemviri agris diuidendis crearentur^{z)}*. Quibus Legibus plebi maximum Gracchanarum rogationum fastidium factum est^{a)} *).

y) *Plutarch. l. c. p. 838.*

z) *P. Manutius de Legibus c. 13. ex tabula antiqua.*

a) *Cic. Brut. c. 28.*

*) Anno DCXXXIII, Lex OCTAVIA *frumentaria* lata est a M. Octauio tribuno plebis, qua legem Semproniam C. Gracchi abrogauit, et quam impense laudat *Cic. de Offic. II, 21. et Brut. c. 62.*

§. LVI.

Anno DCXXXV, L. Caecilio Metello, L. Aurelio Cotta, Coss. MARIA Lex, de *ambitu*, a C. Mario, tribuno plebis, rogata est, vt *pontes angustiores fierent^{b)}*, quo libertas suffragii ferendi augetur, ambitusque coërceretur.

b) *Cic. Leg. III, 17. Plutarch. in Mar. p. 407.*

§. LVII.

Anno DCXXXIX, M. Aemilius Scaurus, Consul, collega M. Caecilio Metello, Legem AEMILIAM, *cibariam^{c)}*, tulit: non confundendam cum alia *Aemilia Lepidi^{d)}*, qui error est plerorumque^{e)}. Hac autem

tem Lege non sumtus coenarum, sed ciborum genus ac modus praefinitus est^f).

e) *Plin. H. N. VIII, 57.*

d) De qua est ap. *Macrob. Saturn. II, 13.* [*Aelian. Var. Hist. III, 34.*]

e) A quo sibi etiam *Heineccius Hist. Jur. I, 86.* non cauit.

f) *Gell. N. A. II, 24. Plin. H. N. l. c. A. de viris illustr. 676.*

§. LVIII.

In annum DCXL, M' Acilio Balbo, C. Porcio Catone, Coss. confertur a Pighio Lex illa AVFIDIA, de *feris Africanis*, a Cn. Aufidio, tribuno plebis, rogata, qua *SCtum vetus*, ne liceret Africanas in Italiam aduehere, abrogavit, permisitque, Circensium gratia, importare^g).

g) *Plin. H. N. VIII, 7.*

§. LIX.

Anno DCXLI, C. Caecilio Metello Caprario, Cn. Papirio Carbone, Coss. Lex PEDUCAEA, de *incestu*, a Sex. Peducaeo, tribuno plebis, lata est^h) *).

h) *Cic. N. D. III, 30.* Non confundenda cum alia Peducaei rogatione, ut, quoniam Metellus Pont. M. male iudicasset de virginibus Vestae, extra ordinem iudex Cassius constitueretur; de qua *Ascon. Paed. in Cic. Milon. c. 12.* quam confundit *Pighius Ann. ad a. 640.* et *Boherius ad Cic. l. c. v. Ernesti Clau. Cic. Ind. Leg. h. L.*

*) Anno DCXLV, a Q. Caecilio Metello Numidico, M. Junio Silano Coss. Lex IVNIA de *legibus militaribus abrogandis*, quibus militiae stipendia minuebantur, rogata, ut auctor est *Ascon. in Cic. pro Corn. p. 131.* edit. *Amst. 1644. 12. v. Ant. Augustin. de Legibus et SCI. h. L.*

§. LX.

Anno DCXLVII, Coss. M. Aemilio Scauro II. et C. Mario, Lex COELIA, tabellaria, a C. Coelio, tribu-

tribuno plebis, lata est, vt *tabellae quoque in iudicio perduellionis adhiberentur*¹⁾. Iisdem Coss. Lex THORIANA, agraria, a Sp. Thorio, tribuno, promulgata. Eius duo insignia fragmenta hodie adhuc extant²⁾. Sed ne sic quidem satis est manifesta sententia; sunt enim illa fragmenta admodum mutila. Cicero vero atque Appianus³⁾ sibi repugnant. Nam Cicero quidem tradit, *agrum publicum vectigali esse leuatum ea lege*; Appianus autem, constitutum esse, vt, qui agrum publicum possiderent, eum retinerent, sed vectigal ei imponeretur, atque ea pecunia populo divideretur. Ceterum de pascuis etiam aliquid in ea Legge cautum fuisse, intelligitur e Cicero⁴⁾.

1) Cic. Leg. III, 16.

2) Sigon. de A. I. I. II, 2. ex museo P. Bembi et ap. A. Augustin. de Legibus.

3) Cic. Brut. c. 36. Appian. B. Ciu. Lib. I. p. 623.

4) Cic. Or. II, 70.

§. LXI.

Anno DCXLVIII, Q. Seruilius Caepio, Consul, collega C. Atilio Serrano, Legem SERVILIAM, *iudiciariam*, tulit, vt iudicia Senatui et Equitibus essent communiaⁿ⁾: sed valde dubium, vtrum perlata. Circa hoc fere tempus latam esse Legem ACILIAM, de *repetundis*, a M' Acilio Glabrione, tribuno plebis, probabile est^{o)}: qua cautum fuit, vt *liceret reum, semel causa dicta, condemnare, aut absolueri, nisi ampliarent iudices*^{p)}.

n) Cic. Brut. c. 43. 86. cf. Ernesti Clau. Cic. h. L.

o) Ernesti Clau. Cic. h. L.

p) Cic. Verr. I, 9, [17.]

§. LXII.

Anno DCL, C. Mario II. C. Flauio Fimbria, Coss. Lex DOMITIA, de *Sacerdotiis*, Cn. Domitio Ahen-

Ahenobarbo, tribuno plebis, ferente, iussa, cautumque, ut sacerdotes comitiis populi crearentur^{q)}.

q) Cic. ad Brut. ep. 5. Agrar. II, 7. [Cornel. II. in fragm. Velleius II, 12. Sueton. Ner. c. 2.] v. Guther. de Iure Pontif. 1, 9. Ernesti Clau. Cic. h. L.

§. LXIII.

Anno DCLII, Coss. C. Mario IV, L. Luclatio Catulo, LVTATIA Lex a Consule lata, de vi, qua sancitum, ut etiam festis diebus, ludisque, de vi quaeri posset^{r)}: propterea, quod tum in ipsa vrbe arma ciuilia versabantur: item Leges APVLEIAE, a L. Apuleio Saturnino, seditioso tribuno plebis, rogatae: prima est^{s)} de maiestate^{t)}, lata propterea, quod, cum Cimbris, Q. Catuli exercitum adgressis, equites, relictis praesidiis, Romam fugissent, imminuta populi Romani Maiestas videbatur^{u)}. Sunt tamen, qui, hanc Legem non ad hunc Apuleium referri posse, credant^{v)}. Mihi vero dubium non est, esse eiusdem Saturnini Legem. Neque argumenta, quae contra adferuntur, satis idonea sunt. Deinde tulit de auro Tolosano^{w)}, aliasque Leges, Sempronii similes: quas quo firmiter sanciret, addidit, ut, qui tribuno legem roganti obstitisset, maiestatis reus esset; utque, si plebs eam sciuisset, Senatus in verba iuraret^{y)}: qui iusiurandum recusasset, Senatu moueretur, mulctamque quadringenta et octoginta HS. penderet^{z)}. Qua Lege in exilium eiectus est Metellus. Sed is furor in caput eius vertit.

r) Cic. Coel. c. 1. et 29. Ernesti Clau. Cic. h. L.

s) cf. Henr. Christ. Conr. Grünebusch V. C. Prol. de origine perduellionis atque maiestatis apud priores Romanos, et de eo, quod inter utrumque iam liberae reipubl. tempore fuit, discrimine, Cellae 1802. 4.

t) Cic. Or. II, 25. 49.

u) v. Pigh. ad h. a.

L 5

n) Ar-

- u) Argumento *Cic. Leg. II, 6. et A. ad Herenn. I, 12. Hoffmann. Hist. Iur. R. Ind. Leg. p. 96. T. I.*
- x) *Cic. N. D. III, 30.*
- y) *Flor. III, 16.*
- z) *Appian. B. Ciu. I.*

§. LXIV.

Anno DCLIV, Coss. C. Mario VI, L. Valerio Flacco, Leges SERVILIAE, C. Seruili Glaucae, praetoris, attribuendae sunt^{a)}. Primum *iudiciaria*, qua Equestri ordini iudicia reddidit: quae tamen, dubium est, vtrum perlata sit: deinde *repetundarum*^{b)}, acerbior superioribus, qua cautum, vt *post primam actionem reus comperendinaretur*, cum antea ex Lege Acilia liceret semel dicta causa pronunciare, nisi ampliarent iudices^{c)}. Asconius eam Legem *Glaucaem* vocat^{d)}. Eidem Legi attribuo, quod legimus apud Ciceronem^{e)}, *Lege Seruilia* cautum fuisse, vt, *si quis e sociis Latini nominis Senatorem reum fecisset, isque condemnatus esset, ei aditus in ciuitatem, locusque in ciuitate pateret is, quem condemnatus tenuisset. Aliud eius caput vetuit eum, qui in magistratu aut imperio esset, reum facere*^{f)}.

- a) *Pighius* cum aliis refert ad a. XLVIII. quod probari non potest: quia non eo anno, sed Mario et Flacco Coss. Glauca praetor fuit. *Cic. Rabir. perd. c. 7. v. Ernesti Clau. Cic. h. L.*
- b) *Cic. Rabir. perd. c. 1. 4.*
- c) *Cic. Verr. I, 9.*
- d) *ad Cic. Verr. I, 9.*
- e) *Cic. Balb. c. 24.* Eius generis capita etiam in aliis legibus fuerunt. v. *Cuiac. Obs. VII, 28.*
- f) v. fragmentum Legis ap. *Sigon. l. c. cf. Gothofred. ad L. 6. C. Th. ad Iul. repetund.* Cetera fragmenta, ex auctoribus collecta, cum fragmento ex vetere tabula P. Bembi exhibet *Sigon. de Iud. II, 27. et Hoffmann. Hist. Iur. Ind. Leg. h. L.*

§. LXV.

§. LXV.

Anno DCLVI, a Coss. Q. Caecilio Metello, et Tullio Didio rogata Lex CAECILIA DIDIA est*), utilissima reipublicae^{g)}: cuius duo capita reperiuntur, vnum de modo Legum promulgandarum per trinundinum^{h)}, alterum de duabus rebus una lege non coniungendisⁱ⁾, quod per saturam ferre dicitur.

*) cf. *Christ. Gottl. Einert*, V. III. *Diss. de lege Caecilia Didia*, Lips. 1769. 4.

g) *Cic. ad Att.* II, 9.

h) *Cic. Phil.* V, 3. i) *Cic. pro Dom. c.* 20.

§. LXVI.

Anno DCLVII, Cn. Cornelio Lentulo, et P. Licinio Crasso Coss. Lex LICINIA, *sumtuaria*, ab ipso Consule Licinio Crasso lata videtur^{k)}. In plebisque cum Lege Fannia congruit. In ea enim ferenda, quaesita est Legis novae auctoritas, exolescente meta Legis prioris^{l)}. Ceterum Macrobius refert, in ea ferenda probandaque tantum studium optimatum extitisse, ut consulto Senatus, promulgata tantum, priusquam trinundino confirmaretur, ita ab omnibus iuberetur observari, quasi iam populi sententia comprobata.

k) *Pigh. Annal.* ad a. 647. refert, facitque P. Licinium Crassum tribunum plebis. Cum vero id sine ullo argumento posuerit, malui alios sequi, qui hoc anno ponunt. Nescio tamen, qua auctoritate haec *Lex Cornelia Licinia* ab aliis, nominatim *Heineccio H. I.* 100. dicatur, cum apud veteres constanter *Licina* solum nominetur. *Macrobius* quidem discrete auctorem P. Licinium Crassum *Diuitem* nominat.

l) *Macrobius Sat.* III, 17. Eius capita prodiderunt memoriae *Macrobius l. c. Gell. N. A.* II, 24. in quibus tamen non nihil est dissensionis. Ceterum huius Legis monumentum in numo gentis *Licinae* inuenisse sibi visus est *Conradi Parerg.* III, 1.

§. LXVII.

§. LXVII.

Anno DCLIX, Lex LICINIA MUCIA de ciuitate, siue de ciuibus regundis^{m)}, a Coss. L. Licinio Crasso Oratore, et Q. Mucio Scaeuola, rogata est, *ne quis sit pro ciue, qui non sit ciuis*ⁿ⁾. Ex qua lege ciuitatibus licebat eum repetere, qui pro ciue Romano se gereret^{o)}. Causa praecipua belli Italici^{p)}, ac propterea ciuitati perniciosa, extitit^{q)}*). Eidem anno, Consulique Crasso auctori, *atribuenda est Lex LICINIA, qua cautum est, ne ei, qui de aliqua potestate et curatione ferret legem, cognatis, affinibus, collegis, potestatem eam curationemue mandare liceret*^{r)}. Similis Aebutiae.

m) *Cic. pro Corn. maiest. res.*

n) *Cic. Off. III, 11. Balb. c. 21, 24.*

o) *Cic. Brut. c. 16.*

p) *Cic. Off. III, 11.*

q) *Cic. Fragm. Corn. I. Ceterum de hac, et ceteris Legibus, quae sunt de ciuitate, vid. Fr. Balduin. Iurisprud. Muc. p. 100.*

*) Omisit Bachius Legem PAPIAM de sociis et nomine Latino, qua cautum, vt ne socii et nominis Latini iura ciuium romanorum furtim vsurparent, et vt viribus in Latio ius esset, ciues, qui Romam commigrantes in censum irrepserant, tamquam fugitiuos et patriae desertores publico iudicio repetere *Cic. pr. Corn. Balb. 23. Val. Max. III, 4, 5.* Annus, obfuscativis veterum annalium monumentis, ignoratur: certum tamen, eam lege Claudia posteriorem, et lege Licinia Mucia anteriorem esse, cf. *Sigon. de ant. iur. Ital. III, 1. de iure rom. ciu. I, 18.* et *Heinecc. Comm. ad Leg. Pap. Popp. I, 1, 2.*

r) *Cic. Agr. II, 8. Dom. c. 20.*

§. LXVIII.

Anno DCLXIV, L. Iulio Caesare, P. Rutilio Lupo, Coss. VARIA Lex de maiestate, aduersus eos, quorum opera consilioque socii contra populum Romanum

Romanum arma summissent, a Q. Vario Hybrida, tribuno plebis, sancita est¹⁾. Varius ipse sua Lege damnatus postea²⁾. Eidem anno IULIA Lex, de ciuitate cum sociis et Latinis communicanda, Consulibus L. Iulii Caesaris, debetur³⁾: in qua Lege hoc caput fuit, ut ad eos tantum beneficium Legis pertineret, qui fundi (sc. ei Legi) facti essent⁴⁾, h. e. eo beneficio uti voluissent, adeoque liberum esset, uti mallent, an repudiare.

1) Cic. Mil. c. 36. Brut. c. 56. 89. Tusc. II, 24. [Val. Max. V, 2.]

2) Val. Max. VIII, 6, extr.

3) Cic. Balb. c. 8.

4) Quod male explicatur ab Heineccio Hist. Iur. I, 79. not. aliisque, v. Graeu. ad Cic. l. c. Ernesti Clau. Cic. h. l. Itaque disputationes Nic. Rigaltii, Ism. Bullialdi, et Henr. Valesii [Observationes] de populis fundis [in Graecii Thes. Ant. Rom. Tom. II. p. 1925 — 1950.] valde inanes sunt, [qui omnes perperam exponunt de prouinciis *αὐτονομία* gaudentibus, sed sua sponte ius romanum recipientibus.]

§. LXIX.

Anno DCLXV, Strabone et Catone Coss. PLOTIAE Leges tres, vna iudiciaria, altera de vi armatis hominibus, tertia de ciuitate¹⁾, rogatae sunt a M. Plautio Siluano, tribuno: quarum illa iudicia cum Equitibus et Senatu communicabat²⁾: haec autem sanciebat, ut de eius capite quaereretur, qui vim fecisset³⁾, rerumque vi possellarum vsucapionem iniebat⁴⁾. Tertia autem cavebat, ut, qui foederatis ciuitatibus adscripti essent, et, cum haec Lex ferretur, in Italia domicilium haberent, et sexaginta diebus apud Praetorem profiterentur, ii Ciues Romani optimo iure essent⁵⁾. Dicitur etiam Lex Carbonis et Siluani⁶⁾.

1) v. Adv. Dinick Comm. ad Fragm. Leg. Plautiae Papiariae, Lugd. Bat. 1775. 4.

2) Cic.

y) *Cic. Fr. Corn. I.* ibique *Ascon.* cf. *Krebsii Diss. de iudicum Romanorum decuriis*, [(Lips. 1744. 4.) et in *Opusc. n. III. p. 61. sq.*] Quamquam dubitari potest, an perlata fuerit.

z) *Cic. Mil. c. 13. ad Diu. VIII, 8. Sigon. de Iud. II, 33. Erastii Clau. Cic. h. l. Errant*, qui eam auctoritate Catuli latam dicant; veluti *Sigon. l. c. Heinecc. H. I. I, 96.*

a) §. 2. *Inst. de Usucap.*

b) *Cic. Arch. c. 4.*

***) Eodem anno, iisdem Consulibus, Lex POMPEIA, de ciuitate cum Italis et Gallis Cispadanis communicandā, lata est, cuius vestigia sunt in *Plin. H. N. III, 20.* cf. *P. Manutius de Legg. c. 11.* Sed Anno DCLXVI, Coss. L. Cornelio Sulla, Q. Pompeio Rufo, Leges SVLPITIAE latae sunt, a Seruio Sulpitio, tribuno plebis: de aere alieno, ne quis senator supra duo millia drachmarum aeris alieni contraheret, *Plutarch. in Sulla*, p. 456: Lex de libertinorum suffragiis, vt in omnibus tribubus libertini suffragium ferre possent, cum in quatuor tantum vrbanis antea ferre consueuissent, *Ascon. Paed. in Cic. p. 128. ed. Amst.* et *P. Manut. de Leg. c. 9: Lex de bello Mithridatico*, vt Sullae imperium abrogaretur, et Mario mandaretur, *Vellei. Pat. II, 18: Lex de ciuibus nouis*, qua ciues ex octo nouis tribubus, in quas adscripti erant, in omnes triginta quinque distribuit, ad aucupandam Italicorum gratiam, *Liu. Epit. LXXVII.* Sed omnes has leges Sulla eodem anno abrogauit. cf. *Sigon. de ant. iur. Ital. III, 1.*

§. LXX.

Anno DCLXVIII, Coss. L. Corn. Cinna II, C. Mario VII, Lex VALERIA, labefactata fide, propter magnitudinem aeris alieni, de aere alieno, rogata est, a L. Valerio Flacco Cos. Mario suffecto, quem propterea turpissimae Legis auctorem vocat Velleius^d). Iussit autem ea Lege creditoribus quadrantem solui^d), h. e. quartam fortis partem tantum: quod male interpretantur viri docti de vsuris trientibus: (4 pro centenis)

tenis)^e). Idque Sallustius^f) ita exprimit, vt, *argentum aere solutum*, dicat^g).

c) *Vell.* II, 23.

d) *Vell.* I, c.

e) *Aldus Manut.* ad *Vell.* I, c. vnde sine dubio hausit Auct. libri Francici de *indole legum* (L'Esprit des Loix) *Lib. XXII. cap. 22.* qui eodem modo explicat, varietate rationes colligendo, super ea Lege disputat. v. nostras *Animaduersiones* super eo libro, in *Ephemeridibus iuridicis*, vernacula lingua scriptis, quibus nomen *Criticae*, T. III. Vol. V. p. 433. quas francice conuersas dedit *Formeius* in suis *Ephemeridibus rei litterariae* in Germania.

f) *Sallust. B. Cat. c. 33. v. I. F. Gronou. de Pecun. Vet.* IV, 5. et de *Centes. Usur.* p. 412.

g) Eidem anno Lex *PETREIA* de *seditiosis militibus decimandis* assignatur a *Pighio Ann.* T. III. p. 243. sed ex sola coniectura. Lata fuit a M. Petreio, tribuno plebis, et memoria eius conseruata ab *Appiano Bell. Civ.* II. p. 299.

§. LXXI.

Anno DCLXXII, C. Mario, et Cn. Carbone III, *Coss. occisis*, creatus Interrex L. Valerius Flaccus, ex voluntate Sullae, Legem *VALERIAM* tulit, qua L. Cornelium Sullam Dictatorem creauit constituitque, vt *omnia, quae iste fecisset, rata essent*, ytique, quemcumque vellet, indicta causa, impune posset occidere^h).

g) *Cic. Agr.* III, 2. *Rosc. Am. c. 43. de Leg.* I, 5.

§. LXXII.

Igitur Anno DCLXXIII, Sulla, Dictator creatus, rempublicam constituere Legibus *CORNELIIS* coepit: quas nunc enarrabimus. Prima lata est Lex *CORNELIA*^h), de *proscriptis*, qua cautum, vt, *quos ipse proscripisset, hostes populi Romani essent, et impune occidi possent: vt eorum, qui proscripti essent, quique in aduersariorum praesidiis occisi essent*ⁱ),
bona

*bona venirent, pecuniaque ista in aerarium redigere-
tur^{b)}: ne quis proscriptum iuuaret^{c)}: ne proscripto-
rum liberi ad honores magistratusue peruenirent^{m)}.*
Deinde plures aliae tam publici, quam priuati iuris
secutae sunt.

h) quamquam Cicero *Rosc. Am. c. 43.* dubitare videtur,
Cornelia, an *Valeria* sit dicenda, de proscriptione:
cf. *Nic. Anton. de Exil. II, 21,* in *Meermann, Thes.*
T. III. [p. 104. sq.]

i) *Cic. Rosc. Am. c. 43. 44.*

k) *Cic. Agr. III, 3.*

l) *Cic. Verr. I, 47.* cui capiti fraus fiebat per *fidicom-
missa.*

m) *Vell. II, 28.* quod cum abrogari tentaretur, Cicero
habuit orationem de *proscriptorum liberis*, *Quintil.
Inst. Or. XI, 1, 85. Plin. H. N. VII, 30. Cic. Att. II, 1.*
Plutarch. Cic. effecitque, vt ea Lex salua maneret,
propterea quod respublica ita Legibus Sullanis niteretur,
vt, his solutis, stare ipsa non posset. Iulius Caesar
Dictator tandem proscriptorum liberos ad honores
admisit. *Suet. Caes. c. 41.*

§. LXXIII.

In iis Leges CORNELIAE in priuatis memora-
biles sunt hae^{a)}: de *sacerdotiis* primum, qua Lex
Domitia abrogata estⁿ⁾: Lex de *iudiciis*, qua iu-
dicia publica Senatoribus reddidit, sanxitque, vt
tantum trium iudicum reuicendorum potestas esset^{o)}:
vt, *antequam iretur in consilium, Quaestor inter-
rogaret reum, palam, an per tabulas sententiam
ferri vellet^{p)}*: Lex de *ficariis^{q)}*, qua cautum^{r)}
de *caede, veneficiis, parricidiis, coitionibus, cor-
ruptis iudiciis, [de incendio dolofo,]* et vt quaestiones
haberentur capitales; poenaeque his criminibus con-
stitutae aquae et ignis interdictione^{s)}: cui deinde
accessit Lege *Iulia [de vi]* bonorum ademptio^{t)}: Lex
maiestatis^{u)}, aduersus eos, qui maiestatem populi
Romani minuissent, veluti, eduxissent e prouinciis
exer-

exercitum, bellumque sua sponte gessissent, in regnum iniussu populi et Senatus accessissent¹⁾, legiones sollicitassent, hostes populi Romani, accepta pecunia, viuos dimississent²⁾: cuius caput hoc etiam fuit, *ne in quemuis impune declamare liceret³⁾*: Lex de falso⁴⁾, testamentaria⁵⁾, numaria, contra subiectores testamentorum, eosque, qui numos adulterinos facerent⁶⁾: quibus generibus falsi alia sensim paulatimque genera addita sunt Legibus, Sctis, Constitutionibus principum, interpretatione denique, de quibus in ipsa Lege nihil cautum fuit, nomen Legis Corneliae autem nihilominus vsurpatur. Ceterum ex eadem Lege *fictionem* Legis Corneliae esse putant viri docti: quod mihi quidem non videtur. Similitudo enim huic fictioni cum argumento Legis de falso, mea quidem sententia, nulla intercedit. Ego CORNELIAM Legem, cuius de *testamentis captiuorum* caput fuit, antiquiorem puto Sullanis temporibus⁷⁾ ^{*****}).

*) Plerumque non distinxerunt veteres scriptores peculiaris legum Corneliarum nomina: vnde nostrates in assignandis cuilibet legi capitibus saepius vacillant.

n) *Acon. Paed.* in *Cic. Diuin. Caecil. c. 3. Dio Cass. lib. XXXVII.*

o) *Cic. Verr. II, 31.*

p) *Cic. Cluent. s. 20.*

***) cf. *Io. Franc. Ramos Tribonianus, siue, Erroris Triboniani de poena parricidii*, (Lugd. Bat. 1728. 4.) *Lib. IV. p. 107. sq. Bern. Henr. Reinold Exerc. de confusione legis Corneliae de Sicariis cum Aquilia in Opusc. a Io. Frid. Juglero edit.* (L. B. 1755. 8.) p. 654. sq. Caeterum vniuersa *ficariorum* appellatio complexitur quoque *parricidas*: de vtroque enim eadem lex egit, diuersis licet capitibus: sed a potiori facta legis descriptio. Vnde recte contendunt, legis Corneliae de sicariis caput de parricidiis fuisse, *Ant. Matthaeus Comm. de criminibus p. 581. et Herm. Cannegieter Obs. Iur. III, 13.*

M

q) Cic.

- q) *Cic. Cluent. c. 56. L. 1. pr. §. 1. D. ad L. Corn. de Sicar. Sigon. de Iudic. II, 31.* Estque haud dubie eadem, quae *Cornelia de parricidiis* dicitur *L. 1. pr. D. ad L. Pomp. de parricid.* aliisque locis. cf. *Schulting. Iurisprud. Anteiust. p. 513. Suet. Caes. c. 42.*
- ***) Hoc quidem in parricidiis statuit *Io. Wybo* in *Triboniano cap. VII. §. 12*; sed ea fuit poena sicariorum. Cullei poenam, quam post reges eiectos consuetudine seruata et a Decemuiris in parricidas sancitam retinuit *Cornelius Sulla*, memorat *Cic. Ep. ad Quint. frat. I, 2*; quae epistola quinquennio ante legem Pompeiam de parricidiis scripta fuit, h. e. cum lex *Cornelia* vsu adhuc obtineret.
- r) *Suet. Caes. c. 42.* Ceterum hac Lege Quaestio Perpetua de sicariis etc. constituta est. *Collat. Leg. Mos. et Rom. I, 3. ibique Intt. L. 2. §. 32. D. de Or. Iur.*
- s) Sunt, qui dubitent, an haec Sullam auctorem habeat. Mihi non dubium est, propter locum *Cic. ad Diu. III, 11.*
- t) *Cic. Pison. c. 21. Cluent. c. 21. Ascon. arg. pro Corn. mai. rec.*
- u) *Cic. Verr. I, 5. Ascon. ad h. l.*
- x) *Cic. ad Diu. III, 11. Quid sit minuere maiestatem P. R. docet A. ad Herenn. II, 12.*
- ****) v. *Balth. Branchu Comm. ad Leg. Cornel. de falso, Lugd. Bat. 1721. 4. et Guil. Arn. van Beveren Disp. ad legem Cornel. de falsis, Trai. ad Rh. 1768. 4.*
- ****) De hac lege sigillatim exposuit *Petr. Butoux, Lugd. Bat. 1780. 4.*
- y) *Cic. Verr. I, 42. Paull. Rec. Sent. V, 20, 1. ibique Intt. tit. Dig. ad Leg. Corn. de fals. conf. Suet. Aug. c. 33. ibique Casaub.*
- z) Nam diu iam ante Sullam summa fuit causa, quare Lege constitueretur; vt eorum testamenta, qui apud hostes mortui essent, ante facta, perinde valerent, atque si in ciuitate mortui essent; propterea quod in tam atrocibus atque diuturnis bellis, inprimis Punicis, immensa saepe multitudo captiuorum Romanorum erat. Itaque verisimile est, inprimis istis bellis prementibus, eiusmodi Legem latam fuisse: ne eorum, qui apud hostes mortui essent, testamenta, gestaque, irrita essent: e quibus multum oriri incommodi

modi posset: cum praesertim saepe captiuos non redimerent, ut in bellis Punicis. Simile quid forte in Lege ea cautum fuit, de qua est ap. *Liu.* XXVII, 21. XXX, 19. ubi vid. *Duker.* [Eandem sententiam ante Bachium fouit *Viglius Zuichemus ad §. ult. Inst. quibus non est permitt. fac. testam.* Cf. *Ios. Fern. de Retes Opusc. cap. XIV. in Meermannii Thes. Iur. Tom. VI. p. 302. sqq.*]

*****) Nouum huic sententiae argumentum accedit ex *Pauli sentent. rec.* III, 4. A, 8. qui beneficio legis *Corneliae*, h. e. antiquioris illius, scribit legitimas etiam tutelas hereditatesque firmari.

§. LXXIV.

Porro hae CORNELIAE, eiusdem Sullae, sunt Leges. *Lex repetundarum* *), quae fere *Seruiliam* repetiit, in quibus et eius hoc caput, ut, si ex bonis condemnati non tantum redigeretur, quanti ei lis aestimata esset, persequi liceret ab iis, ad quos ea pecunia peruenisset^a): *comperendinatum* quoque restituit: ceterum autem grauiores poenas constituit^b): CORNELIA de *iniuriis*, in eos, qui quem verberassent, aut pulsassent, doinumque alterius vi introissent^c): CORNELIA de *provinciis ordinandis* ^d), in qua tum *Sempronia* repetita, tum etiam alia capita noua fuerunt: CORNELIA *tribunicia*, qua potestatem tribunorum vehementer imminuit, legum ferendarum ius ademit, eos ab aditu ad maiores honores exclusit; intercedendi potestatem reliquit, exceptis quibusdam causis^e): de *ciuitate* ^f), qua quibusdam ciuitatibus ius ciuitatis Romanae, excepto iure nexi, ac testamentorum, eripuit: *Agraria* siue de *limitibus*, in qua et hoc caput fuit, ut per *actuarios limites populo, sicut per viam publicam, iter facere ius esset* ^g): *Sumtuaria* denique, qua non solum sumtibus coenarum, gulaeque modum fecit ^h), constituendo, ut Kalendis, Nonis, Idibus, aliisque quibusdam solennibus, festisque

diebus, tricenos festertios, ceteris ternos, infumere liceret, sed etiam minora edulibus pretia imposuit^{b)}: sumtibusque funerum denique finem aliquem statuit^{*)} ***).

*) De legibus repetundarum in vniuersum egit *M. Ant. Ferratius* in *Epist.* (Venet. 1738. 4.) *Lib. I. Ep. 10.* p. 40. et de ipso iudicio repetundarum, *Ep. VIII.* p. 30.

a) *Cic. pro Rabir. Post. c. 4.*

b) v. *P. Manut. de Leg. Rom.*

c) §. 8. *I. de iniur.* Ceterum de his omnibus criminibus, de quibus *Legē* sanxit, quaestiones perpetuae constituit *Sulla. L. 2. §. 32. D. de O. I.*

d) [*Cic. ad Diu. I, 9. III, 6. et 10.*] v. *Sigon. de Ant. Jur. Prou. III, 11.* et *Ernesti Clau. Cic. h. L.*

e) *Cic. Verr. I, 60, de Leg. III, 9. Caesar. B. C. I, 5.* v. omnino *Ernesti Clau. Cic. in Add. h. v. et Pigh. Ann. ad a. 672.*

f) *Cic. pro Caecin. c. 33. sq.*

g) *Hygin. de limit. p. 152. ed. Goef.*

**) Non adducitur *Legis Fanniae Caput*, quod in omnibus sumtuariis fuit, de gallina non alatili.

h) Atque ita conuenit *Macrobio Saturn.* [II, 13.] cum *Gell. N. A. II, 24.* quod negabat *Pigh. ad a. 672.* et *A. August. de Leg. Rom. h. l.* Nam apud *Macrob. l. c.* verbis: *qua non conuiuiorum magnificentia prohibita est, nec gulae modus factus, verum minora pretia rebus imposta, intelligendum est solum, vel tantum, atque etiam; frequenti apud veteres auctores ellipsi.*

i) *Plutarch. Sulla.* Ceterum conferendus de hac lege *Schubarth de fat. Iurispr. II. §. 78.* [p. 376.]

**) His legibus *CORNELIIS* addantur adhuc, quas anno *DCLXXIV* tulit *Sulla* Dictator et Consul cum *Q. Caecilio Metello.* *Lex de magistratibus*, ne quis praeturam ante quaesturam, neque consulatum ante praeturam, neque eundem magistratum, nisi interiecto decennio, iterum gereret, *Appian. Bell. ciu. l. I. p. 412. cf. Fres. Robertellus de Magistratibus in Gaudent. Roberti Miscellan. Ital. eruditae, (Parmae, 1690. 4.) Vol. I. p. 628: Lex alia, ut magistratui, postquam successor missus esset, triginta tantum dies ad decedendum concederentur.*

ventur, Cic. ad Div. I, 9. III, 6: Lex de Quaestoribus, ut viginti quaestores supplendo senatui, qui iudicia haberent, crearentur, Tacit. Ann. XI, 22.

§. LXXV.

Anno DCLXXVI, Consul M. Aemilius Lepidus, Q. Lutatio Catulo collega, Legem AEMILIAM, cibariam, similem superiori Aemiliae Scauri, tulit^{*)}. Paucis annis interiectis Lex ANTIA, auctore Antio Restione, promulgata est, *sumtuaria*; quam legem, quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuriae, et vitiorum firma concordia, nullo abrogante, irritam fecit^{†)}.

*) *Macrob. Sat. [III, 17.]*

†) *Macrob. Sat. l. c. Ceterum de gente Antia v. Drakenborch. ad Liu. IV, 17.*

§. LXXVI.

Anno DCLXXIX, Consul C. [Aurelius]^{*)} Cotta Leges AVRELIAS tulit: in quibus haec, ut, tribuni plebis qui fuissent, alios quoque magistratus capere possent^{m)}: ceteras autem in rebus parvis fuisse dicit Asconius.

*) In praenomine huius Consulis, quod fuit Aurelius, latet ratio nominis.

m) *Ascon. in Cic. Fr. Cornel. I.*

§. LXXVII.

Anno DCLXXXI, a Coss. C. Cassio, et M. Terentio rogata Lex CASSIA TERENTIA, *frumentaria*; qua *quini modii singulis in singulos menses constituti sunt*^{n) *)}.

n) *Sallust. Hist. fr. p. 974. ed. Cort. Civ. Ferr. III, 70. [V, 21.] v. omnino Ernesti-Clau. Cic. h. L.*

*) Anno DCLXXXII, Lex GELLIA CORNELIA de civibus a L. Gellio Poplicola, Cn. Cornelio Lentulo, Coss. lata est, ut civis romani essent, quos Cn. Pompeius

peius de consilii sententia singulatim ciuitate donauisset, v. *Cic. pro Balbo* c. 8. et 14.

§. LXXVIII.

Anno DCLXXXIV, Pompeio et Crasso Coss. L. Aurelius Cotta Praetor Legem AVRELIAM, iudiciariam, tulit, ut iudicia, Senatoribus, Equitibus, ac tribunis aerariis communia essent^o). *Cottia* dicitur^p) etiam. Ipse quoque Pompeius hoc anno Legem tribuniciam^q) tulit, ut tribunicia potestas restitueretur^r).

v) *Cic. Phil. I. 8. Agr. I. 2. ad Att. I. 16.* [*Ascon. ad Orat. Cic. pro C. Corneliq.*] *Plutarch. Pomp.* p. 630. v. *Ernesti Clau. Cic. et Krebsii Dissert. de decuriis iudicium.* p. 21. [in *Opusc. n. III.*]

p) *Cic. ad Att. IV, 16.*

q) *Tribunicia Lex* dicitur etiam, quae de potestate tribunicia agit. v. *Ernesti h. L.*

r) *Cic. Ad. I. Verr. c. 15.*

§. LXXIX.

Anno DCLXXXVII, a Coss. M' Acilio Glabrione, et Q. Calpurnio Pisone Lex ACILIA CALPURNIA¹) lata est de ambitu, cautumque, ut id crimen et multa coerceretur, et damnati nullum amplius magistratum capere, nec Senatui interesse possent, et accusatoribus certa praemia constituerentur¹). Hoc anno lata quoque est ROSCIA, theatralis²), a L. Roscio Othone tribuno plebis, qua sancitum; ut nemini, nisi eques, et equestri censu esset, in quatuordecim gradibus [*orchestras*] sedere liceret²). Itaque deoctoribus non licebat²). Ceterum cum ea Lex, plebi ignominias esse visa, in Consulatu Ciceronis magnas turbas concitasset, Cicero orationem pro Lege Roscia habuit³). Eiusdem anni est Lex MANILIA, de confusione suffragiorum, siue de libertinorum suffragiis, à C. Manilio, tribuno plebis, rogata, ut libertinis in omni-

bus

bus tribubus suffragium esset^{a)} **). Eodem anno extiterunt Leges CORNELIAE, C. Cornelii, tribuni plebis, quibus multum turbarum exortum est^{a)}. In quibus primum haec fuit, ne quis in Senatu solueretur Legibus, nisi CC. Senatores adessent^{b)}: deinde celeberrima ista Lex CORNELIA, quae de edictis perpetuis vulgo inscribitur^{c)}; quae sanxit, ut Praetores ab initio magistratus, quibus iuribus usuri essent, edicerent^{d)}, et ex suis edictis perpetuo ius dicerent^{e)}. Eiusdem anni sunt GABINIAE^{***)}, A. Gabinii, tribuni plebis: una, de foenore, ne provincialibus Romae liceret versuram facere^{****)}: quod si quis pecuniam provinciali [legato] dedisset, ne ex syngrapha eius rei facta ius redderetur^{f)}: altera, ut mense toto Februario Senatus legationibus daretur^{g)}.

a) Occasionem v. ap. Cic. pro C. Cornelio Fr. [ibique Ascon] et Dion. Cass. Lib. XXXVI, 21.

b) Dion. Cass. XXXVI, 22. Cic. Muren. c. 23. et 32.

c) De hac lege cf. Petr. Faber Semestr. II, 6. Masson. vit. Horat. p. 112 — 119. et Commentatio nostra de Legibus Romanorum theatralibus, quae ipso hoc anno curis secundis prodiit, cap. II.

d) Cic. Muren. c. 19.

e) Cic. Phil. II, 18.

f) Cic. Att. II, 1. Plin. H. N. VII, 30. Plut. in vit. Cic.

g) Cic. Muren. c. 23. Fr. Corn. I. Ascon. in Milon. c. VIII. Dion. Cass. Lib. XXXVI, 25. v. Ernesti Clau. Cic. h. l. et in Add.

***) Haec lex non inuauit. Scribit enim Ascon. in Or. Cic. pro C. Cornelio p. m. 129. legem de libertinorum suffragiis Scto damnatam et ab ipso Manilio abiectam esse.

a) Ascon. Argum. Or. pro C. Cornel. mai. rco. Cic. Fragm. Or. Corn.

b) Dio Cass. Lib. XXXVI. p. 19. cf. A. Augustin. de Legibus h. l. et Ascon. l. c. p. 121. sq.

c) quod quam falsum sit, infra demonstrabimus, cum de Edictis agemus. Nulla enim Edicta perpetua libera

republica fuerunt. Sed debetur illa inscriptio, ac forma Edictorum perpetuorum, corrupto *Asconii Papiiani* loco et suppoliticiis fragmentis *Adorum V. R. diurnorum*.

d) *Dio Cass. Lib. XXXVI. p. 19.*

e) *Ascon. Paed. arg. Or. Cic. Corn.* Sic enim ibi legendum est.

***) *Leges Gabiniae an hoc anno latae sint, non satis constat, cf. Iac. Cuiac. ad African. Traß. IV. in L. 17. ad SC. Vellei. Io. Schilter Exerc. ad π. XXXV. §. 2. Gerh. Noodt de foenore et usuris II, 4. et Io. Fr. Gronou. Antexeg. II. de centesim. et unc. usur. §. 36.*

****) *Lege Gabinia cautum, ne ad soluendas usuras pecunia mutuo daretur sub usuris, quae versura appellatur.*

f) *Cic. Att. V, 21. VI, 2.*

g) *Cic. ad Q. Fr. II, 12.*

§. LXXX.

Anno DCLXXXIX, L. Cotta, et Torquato Coss. **LEX PAPIA**, de peregrinis, a C. Papio tribuno plebis promulgata^{h)}: cuius haec vis fuit, *ut peregrini vrbe pellerentur, et socii Latini nominis in suas quisque ciuitates redigerentur*ⁱ⁾, *exceptis iis, qui Italiam incolerent, et Glaucippo quodam*^{k)}.

h) *Dion. Cass. Lib. XXXVII. p. 37.*

i) *Cic. Arch. c. 5. Balb. c. 23. ad Att. IV, 16. Off. III, 11. Val. Max. III, 4. 5.*

k) *Cic. Agrar. I, 4. Ceterum de hac Lege vid. Heinec. Comm. ad Leg. Pap. Popp. I, 1, 3. Noordkerk. Disquis. de Leg. Petron. c. 1, Ernesti Claus. Cic. [et Manut. ad Cic. pro Archia, c. 5.]*

§. LXXXI.

Anno DCXCI, M. Tullius Cicero, Consul, **Legem, Calpurnia acerbiorem, TVLLIAM**, de ambitu, auctoritate Senatus, rogavit^{l)}, qua excusationi morbi poena, condemnatisque exilium irrogatum est: Eiusdem anni est **ATIA**, de sacerdotiis, a T. Labieno, tribuno

tribuno plebis rogata, qua Lex *Cornelia* abrogata, *Domitia* restituta est^{m)} *).

l) *Cic. Muren. c. 23. 32. [Sextio c. 64. in Vatini. c. 15.]*

m) *Dio Cass. Lib. XXXVII, 37. [Cic. Phil. II, 2.]*

*) Eisdem anno tribuitur etiam Lex *SERVILIA* agraria, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. lata a P. Servilio Rullo, tribuno plebis, quam dissuasit Cicero Consul in Oratt. contra Rullum, et cuius fragmenta collegit *Guil. Goefus in Script. Agrar. p. 354. De lege ipsa bene disseruit M. Ant. Ferratius Epist. (Venet. 1738. 4.) Lib. V. Ep. 4. p. 316.*

§. LXXXII.

Anno DCXCII, a Coss. L. Licinio Murena, et D. Iunio Silano, Lex *LICINIA IVNIA* lata, qua Lex *Caecilia Didia*, de *trinundino*, seuerioribus poenis sancita estⁿ⁾ *).

n) *Cic. Phil. V, 3. Sext. c. 64. ad Att. IV, 16. II, 9. [Or. pro domo sua, c. 20. ad quem locum conf. Ferratii Epist. L. V. Ep. 10. p. 352. sq.]*

*) Eiusdem anni est Lex *MARIA PORCIA* de triumphis, a L. Mario et M. Porcio Catone, tribunis plebis lata, qua poena statuta est in Imperatores, falsa ad Senatum referentes, *Val. Max. II, 8, 1. Anno DCXCIII, Lex AVFIDIA* de ambitu, Pupio Pisone et Valerio Messala Coss. ab Aufidio Lurcone lata, non perlata, *7. Cic. ad Att. I, 16. et 18. Anno sequente, L. Afranio, Q. Metello Coss. Legem CAECILIAM* de abolendis Italiae vestigalibus tulit Q. Caecilius Metellus, praetor, quam omnibus pergratam dicit *Dio Cass. Lib. XXXVII. p. 53. Eodem anno extiterunt Lex FLAVIA*, L. Flauii, trib. pl. agraria, de qua *Cic. ad Att. I, 19. legendus est, et Lex AMPYA LABIENA* T. Ampii, T. Labieni, tribb. pl. de *Cn. Pompeio*, vt is ludis Circensibus corona laurea et omni cultu triumphantium vteretur, scenicis autem praetexta, coronaque laurea, *Vell. Paterc. II, 40, 4. Bis laurea* scribendum esse, ex *Dione Cass. XXXVII. p. 126. satis demonstrauit Dau. Ruhnen in nouissima Velleii editione, (L. B. 1779. m. 8.) T. I. p. 211.*

§. LXXXIIL

Iam ad Leges IULIAS peruenimus, quam anno DGXCV, C. Iulius Caesar, in primo Consulatu, cum M. Bibulo tulit^{a)}. Prima est Lex IULIA, *agraria, de agro Campano, atque Stellata, XX. millibus ciuium, quibus terni pluresue liberi essent, diuidendo*^{o)}: quae ut sanctior esset, hoc ei adiectum erat caput, ut candidati se ipsi iureiurando execrarent, si, impetrato magistratu, mentionem facerent, de agro Campano aliter possidendo, atque ex hac Lege^{p)}. Eius etiam fuisse videtur id caput, quod est apud Callistratum^{q)}. Tulit et Legem, de *prouinciis ordinandis, et de repetundis* aliam. Illa repetita et aucta est *Cornelia*. Iubebat duas rationes apud duas Ciuitates in prouincia deponere, easdemque totidem verbis ad aerarium deferre^{r)}: vetabat praetorias [prouincias] diutius, quam annum, consulares, quam biennium, obtineri^{s)}. Lex autem *repetundarum* fere omnium superiorum de eodem genere Legum sanctiones, et capita, complexa est, multaque addidit, ita ut ultra centum capita comprehenderet^{t)}: ceterum omnibus superioribus Legibus acrior et seuerior, in poenis constituendis^{u)}, fuit^{v)}. Vetabat magistratibus prouincialibus, iisque, qui munus publicum exercerent, officii munerisue sui exercendi causa, quidquam capere^{x)}: constituebatque, quid, et a quo, in prouincia accipere liceret^{y)} ***).

*) Eiusdem anni est Lex FVRIA Q. Fufii Caleni, praetoris, *de comitiis*, ut in tributis comitiis singula genera suffragium seorsim ferrent, quo sententiae possent internosci, de qua est apud *Dion. Cass. XXXVIII.* p. 63.

o) *Suet. Caes. c. 20. Cic. Att. II, 16. 18.* [cf. inprimis *Dion. Cass. Lib. XXXVIII, et Plutarch. in vita Caes.*]

p) *Cic. Planc. c. 5, ibique Manut. et Ernesti Clau. Cic. h. L.*

q) *L.*

g) *L. ult. D. de term. mpt. Ant. Augustin, de Leg. h. l.*
Ceterum fragmenta huius Legis extant apud *Goef. Script. Rei Agr.* p. 350. vbi tamen primum capit absurdum ita exprimitur: *Ager, qui publicus est populi Romani, excepto Campano, ciuibus diuiditor: cum de Campano atque Stellate diuidendo vel maxime haec Lex egerit.*

r) *Cic. ad Diu. V, 20. II, 17. Att. VI, 7.*

s) *Cic. Phil. I, 8. v. Ernesti Clau. Cic. h. L.*

r) *Cic. ad Diu. VIII, 7.*

***) Disputant de poenis; nam in *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. repetund.* dicitur damnatus prohiberi a testimonio et iudicando: Cicero autem *Or. pro Rabirio* c. 14. legem hanc ait antiquioribus seueriorem esse: et in *l. 7. §. 3. D. eod. tit.* poena fuisse traditur vel exilii, vel, si ob hominem occidendum pecunia accepta fuerit, mors naturalis aut deportatio. v. *Liphus ad Tac. Ann. XIV, 28.* et *Schulting. iurisprud. anticiust.* p. 525.

u) *Cic. Vatin. c. 12. Rabir. c. 4.*

x) v. *tit. Dig. ad L. Iul. repetund.*

y) *Cic. ad Att. V, 10. et 16.* Ceterum Cicero *pro Rabir.* ostendit, eam Legem ad Equites nihil pertinuisse. Capita huius Legis collegit *Sigon. de Iudic. II, 27.* cf. *Ernesti Clau. Cic. h. l.*

****) Tulit et Legem de publicanis tertia parte pecuniae debitaee releuandis, v. *Suet. Caes. c. 20. Cic. pro Planc. c. 14. Dio Cass. XXXVIII, 7. Appian. Bell. ciu. II, 435.*

§. LXXXIV.

Eiusdem anni est Lex V A T I N I A *), de *repetundis*, P. Vatinii tribuni plebis, vt *repetundarum iudicio liceret alterna consilia reiicere* **): vnde et ipsa Lex de alternis consiliis reiiciendis nominatur ***).

*) v. *M. Ant. Ferratii Epistol. L. I. Ep. 1. p. 2, sq.*

z) *Cic. Vatin. c. 11.*

**) Eiusdem Vatinii Leges feruntur de *provinciis*, vt Caesar *provincias sibi decretas per quinquennium obtineret*, *Suet. in vita Caesaris c. 22. Cic. in Vatin. c. 15. et Appian. Bell. ciu. II. p. 435.* Altera de *coloniis*, vt Caesar *coloniam Nouocomum deduceret*, v. *Suet. ibid. c. 28. et Ant. Augustin, de Leg. et Scit. h. L.*

§. LXXXV.

§. LXXXV.

Anno sequente, Pisone et Gabinio Coss. CLODIAE Leges, P. Clodii tribuni plebis, admodum perniciosae extiterunt: primum *frumentaria*, ut gratis daretur plebi frumentum^{a)}: de auspiciis^{b)}, ut quis eo die servaret de coelo, quo cum populo agi posset^{b)}: denique de censura, ne Censores in Senatu legendo praeterirent, nisi qui apud eos accusatus, et utriusque Censoris sententia condemnatus esset^{c)} (**).

a) *Ascon. in Pis. c. 4.*

b) Causa fuit, ut in accusando Cicerone et exilio ipsi irrogando Clodius eo facilius procedere posset, omnibus obstaculis remotis.

b) *Cic. Pison. c. 4. ibique Ascon.*

c) l. c.

***) Quam maxime notandae leges Clodiae, a Bachio laudatae: sed sunt adhuc plures: *Lex de scribis*, cuius meminit *Suet. Dom. c. 9.* *Lex de victorialis*, *Plinius H. N. XXXIII, 3.* *Lex de iniuriis publicis*, *Cic. pro Domo c. 30.* *Lex de collegiis*, ut conuentus artificum, magna ex parte legibus et SCtis sublatis, restituerentur, *Cic. in Pison. c. 4.* *Lex de vi*, ut quaestio haberetur de iis, qui, sine iudicio populi, indictaque causa, civem romanum necassent, *Velleius Patere. II, 45, 1.* cf. *St. Gentilis de lege Clodia de vi in Eius Iure Publ. populi rom.* Altorf. 1662. 8. p. 27. sqq. Tulit et legem aliam, ut quaestor cum iure praetorio, adiecto etiam quaestore, mitteretur in insulam Cyprum, ad spoliandum regno Ptolemaeum, omnibus morum vitiis eam contumeliam meritum. *Vellei. Patere. II, 45, 4.* et *Cic. pro dom. 8.*

§. LXXXVI.

Anno DCXCIX^{a)}, Pompeius Magnus II. cum Crasso, Consul, Legem POMPERIAM, *iudiciariam*, ac de *parricidiis*^{d)} tulit. *Iudiciaria* quidem subrogatur *Aureliae* hoc, ut ex *amplissima censu*, e *centuriis*, h. e. decuriis, *aliter*, quam ante, *iudicis* *legerentur*

tar^e): Lex de parricidiis autem⁷⁾, repetiit illa quidem maxime superiores ea de re Leges, moremque, sed videtur tamen parricidii crimen ad alia genera caedis, in propinquis factae, transtulisse⁸⁾: ita tamen, ut non nisi confessis poena parricidii^{**)} irrogaretur^{h)} ~~et~~).

^{a)} Ita Pighius. Sed Ramosius legem de parricidiis ad tertium Pompeii consulatum refert. Videtur quidem vix alicuius momenti esse; sed fauent tamen huic sententiae plura, quae ad coniecturam suam stabiliendam recensuit Ramos in *Triboniano* p. 150. sq.

^{d)} Quamquam id certo dici non potest, in quo Pompeii Magni consulatu haec Lex lata fuerit.

^{e)} *Afcon. in Pison. c. 39. v. Krebsii Diss. de Decuriis Iudicum* p. 26. sqq. [et in *Opusc. n. III.*]

^{f)} v. L. 1. D. ad L. Pompei. de parricid.

^{g)} v. Io. Franc. Ramos Tribonianus, siue *Errores Triboniani de poena parricidii*, [Mediolani, 1659. 4.] recus. Lugd. Bat. 1728. 4. [ad quem librum cf. *Herm. Causagister Obs. Iur. Rom. Lib. III. cap. 11 — 17. p. 293 — 325.* Sed praeter illum de ista lege multi multa dixerunt, e quibus memorandi: Io. Solorzanus *Perrira Disp. de parricidii crimine*, in *Ottonis Thes. T. V. p. 981.* *Adr. van Beaumont Disp. ad Leg. Pomp. de parricid. L. B. 1696. 4.* *Iac. Gothofredi ad Legend. vn. C. Th. de parric. Nic. de Meester de lege Pomp. de parric. Trai. ad Rh. 1722. 4.* *Henr. Vocestärdt de lege Pomp. de parr. Lugd. Bat. 1710. 4.* *Ant. Schaaff ad leg. Pomp. de parric. crimine eiusque poena*, Gifae Hassor. 1714. 4. *Th. Wagner de supplicio parricidarum*, Lipsi. 1735. 4. *Io. Weiler Disp. de parricidio*, Arg. 1783. 4.]

^{**)} Contendunt plerumque, culleo hanc legem addidisse animalia, quibuscum parricidas scimus esse infutos: sed quae ex Legibus XII Tab. irrogata, moribus servata, et lege Cornelia repetita obtinuit poena cullei; ea sub Imperatoribus demum, forte ob facinoris frequentiam, exasperata fuit, additis animalibus. Pompeio quidem hoc tribuit Iustinianus §. 6. *Inst. de publ. iud.* sed eo more, quo legi priori adscribatur, quae sunt

sunt posteriori demum constituta, cf. *Henr. Io. Arnulzæ. Obs. Syll. in A&S. Societatis Trai. cap. I. Vol. I. p. 114. sq.*

h) v. *Sueton. Aug. c. 33. ibique Casaub.*

***) Eidem anno tribuunt Legem LICINIAM de sodalitiis et de ambitu, cuius ex *Cic. Or. pro Plancio cap. 15 — 17. vnicum caput, vt accusatori liceret edere reo iudices (edititios), quos vellet, et, ne quis coiret magistratus adipiscendi gratia, protulit P. Manutius de Leg. c. 30. Huic iungimus Legem TREBONIAM C. Trebonii, tribuni pl. de prorogandis prouinciis, vt Consulibus in quinquennium, Pompeio Hispania, Crasso Syria et Parthicum bellum, Caesari Gallia et Germania darentur, Liu. Epit. 105. Dio Cass. XXXIX, c. 33. Plutarch. in vit. Cat. p. 779.*

§. LXXXVII.

Anno DCCII, Pompeii, in tertio Consulatu¹⁾, quem sine collega gessit, Leges POMPEIAE, plures sunt^{*)}). Hic tantum enarrabimus eam, quae est de ambitu^{**)}, qua acerbior poena, et breuior forma iudicii, constituta^{†)} est. Nam binae accusatori, reo ternae tantum ad dicendum horae datae sunt¹⁾): numerus Patronorum definitus, laudatores vetiti: testibus interrogandis triduum, antequam causa ageretur, praestitutum: ceterum praemia, accusatoribus proposita sunt^{m)}). Pompeius, maxima parte anni consulatu a se vno gesto, propter inuidiam potentiae sibi in reliquam partem creauit collegam [Caecilium] Metellum Scipionem: qui Lege CAECILIA, *Clodia*, de *cenfura*, abrogauitⁿ⁾).

i) Id factum, propter intestinas turbas atque factiones, inter Consulatus candidatos, aliaque mala: vt Pompeius solus sua auctoritate omnibus facilius mederetur.

*) Spectant omnes fere ad statum publicum, eiusque causas speciales, quales sunt de comitiis, de tribunis plebis, de magistratibus Bithyniae, de repetundis. Memoranda tamen Lex de vi, quam tulit, cum, occiso per Milonem in via Appia Clodio, solus inter has turbas electus esset Consul. v. *Afcov. Pedian. in Milon. p. m. 187.*

***) Fue-

- 68) Fuerunt duae leges de ambitu latae: Consulatu secundo vna, altera tertio, de quibus leg. *Dio Cass. XXXIX, 37. XL, 52. et Ascon. in Milon. p. 186.*
- k) *Cic. ad Att. X, 4. Dion. Cass. XL. p. 145. Caes. B. C. III, 1.*
- l) *Cic. Brut. c. 95. A. de caus. corrupt. eloq. c. 38.*
- m) *Dion. l. c. Ascon. Milon. Arg. Cic. Att. XIII, 49.*
- n) *Dion. Cass. Lib. XL, 57. vbi et ceteras Pompeii Leges enarrat.*

§. LXXXVIII.

Anno DCGIV, Coss. Paullo et Marcello, lata est SCRIBONIA, Viaria, a C. Curione, tribuno, qui, aere alieno oppressus, maxima pecunia Caesari tributum suum addixerat, et aliqua saltem ratione Pompeianis aduersari ^o) volebat. Haec Lex erat de viis muniendis, non dissimilis in hoc Agrariae Rulli ^p). Ut autem pecunia certa esset, vnde viae muniarentur, ea Lege vectigal constitutum fuisse videtur, seratio solvendum, in vehicula, effeda, rhedas, lecticas, ceteris quibus in itineribus vterentur ^q). Fortasse et alia capita habuit, quae ad vias tam publicas, quam priuatas, et iter, spectarent ^r). Ceterum idem etiam tulit Alimentariam Legem ^s), quae iussit Aediles metiri.

o) *Appian. B. Ciu. Lib. II. p. 732. ed. Toll.*

p) *Cic. ad Div. VIII, 6. y. omnino Ernesti Clau. Cic. Viaria.*

q) *Cic. ad Att. VI, 1. Alias in tutelam viarum per tempora a possessoribus certa summa exigebatur. Sicul. Flaccus de condit. agror. p. 9. ed. Goef.*

r) Parum abest, quin coniecturam hanc probem, si quis velit dicere, Scriboniam, quae vsucapionem seruitutum vetaret, fuisse eandem. Nam argumentum simile est.

s) *Cic. ad Div. VIII, 6. [cf. Lips. El. I, 8. et Contaren. de frumentar. Rom. largit. c. 9.]*

§. LXXXIX.

§. LXXXIX.

Anno sequente C. Iulius Caesar, Roma occupata, Dictator creatus est: quo nomine, etiam victo Pompeio, quoad vixit, dominatum exercuit*). In ea Dictatura plurimas Leges tulit, quae IULIAE ab eo dicuntur: quarumque vis per Ius civile late patet. Ac primum commemoranda est ea, quae e belli civilis feminibus maxime exorta est. Cum enim plurimi bellum civile secuti essent, spe novarum tabularum, essetque magna copia aeris alieni: idque frequenter a Caesare postularetur: omnem istam expectationem Caesar disiecit, Lege de *acre alieno* promulgata, *vt debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum, quanti quasque ante bellum civile comparassent, deducto summae aeris alieni, si quid usuras nomine numeratum perscriptum fuisset*¹⁾: qua ratione quarta fere crediti pars deperibat. Porro alia Lege cauit, *ne quis LX. HS. amplius domi suae in auro argenteo retineret*²⁾, propterea, quod multi pecuniam clam habere dicebantur: quae quidem Lex non est confundenda³⁾ cum Lege *Iulia*, eiusdem Caesaris, *de modo credendi possidendique intra Italiam*⁴⁾**). Hac enim iussit, partem certam pecuniae in agris praediisque Italicis collocare, certamque tantum partem in foenore ponere permisit; quo pretia possessionum, bellis civilibus, vt fieri solet temporibus calamitosi, nimium imminuta, crescerent⁵⁾. Illa autem aeris alieni solutionem faciliorem efficere voluit, iniquitatemque eorum reprimere, qui aestimatione satisfacerent, cum in numis haberent.

*) Huic anno Lex HIRTIA, *de Pompeianis ad dignitates non admittendis*, vt recitavit Cic. *Phil. XIII, 16*, adsignavit Pighius *Ann. III, p. 437*. cf. *Ant. Augustin. de Legg. et Sct. h. L.*

†) *Suet. Caes. c. 42. Caes. B. C. III, 1*. unde, quoniam hac ratione, per *aestimationem*, iacturam faciunt creditores,

tores, aestimatio, pro iactura, ap. *Cic. Diu. IX, 16.* et aestimationes pro praediis aestimatis pecuniaeque vicem acceptis ad *Diu. IX, 18. Att. XIII, 25.* v. *Ernesti Clav. Cic. h. v.*

u) *Dion. Cass. XLI, p. 171.*

x) vt facit *Lips. ad Tac. A. VI, 16.* quo spectat *Suet. Tib. c. 49.*

y) *Tac. A. VI, 16.* ad quem v. *Ernesti, et Dio Cass. LVIII, p. 634.*

*) Ex hac lege videtur ducenda esse doctrina de cessione bonorum, quamvis *Bachius Lib. III, cap. I. Sect. II. §. XV.* existimet, Augustum singularem ea de re legem condidisse, quod nullo modo potest probari. cf. *Io. Wendelini Neuhaus Diss. ad Legem Petilliam, Lips. 1739. 4. p. 40. sqq.*

z) Cuius generis etiam Traianus Legem sanxit: de qua nos in *Traiano p. 5. sqq.* et *Burm. ad Suet. Aug. c. 41.*

§. XC.

Iam ad Leges IULIAS, iudiciarias, ac de criminibus peruenimus. Iudiciariis derogatum *Aurelias* est, sublatis tribunis aeriis: cautumque de iudicibus legendis, censuque eorum atque aetate^{a)}). De criminibus autem, fere retulisse *Cornelias* videtur Caesar, vt tamen poenas exasperaret, sanciens publicationem bonorum dimidiae partis, in reliquis; in parricidiis vero omnium^{b)}): in quibus *Lex Iulia de vi et maiestate*, qua cautum fuit, vt *de vi et maiestate damnatis aqua et igni interdiceretur*^{c)}), memoranda est, ne cum Legibus *Iulias de vi et maiestate*, quarum in *Pandecte* mentio est, quaeque sunt Augusti, confundatur, exemplo *Heineccii*^{d)}), referentis ad Dictatoris Legem *Iulias* Augusti caput, *de usucapione rerum vi possessarum.*

a) *Cic. Phil. I, 8. Suet. Caes. 41.* Non confundenda est *Lex Iulia iudicidrum*, de qua est in *Pandecte*, multis locis. cf. *Bynkersh. Obs. VI, 17.*

b) *Suet. Caes. c. 41.*

c) *Cic. Phil. I, 6.*

d) *Heinecc. Hist. Iur. I, 96.*

N

§. XCI.

§. XCI.

Memorandæ etiam sunt hæc eius Leges: *IVLIA*, de *sacerdotiis*, qua repetiit *Domitiam*, et noua quaedam capita addidit, veluti, vt liceret etiam absentis rationem habere^{e)}: *CASSIA*, de *patriciis*, qua Senatum patricosque suppluit^{f)}: *IVLIA*, *theatralis*^{g)} *), qua renouata *Roscia: Suntuaria*^{h)}, qua suntuarias superiores seuerius ac diligentius sanxit: *IVLIA*, de *legationibus liberis*ⁱ⁾, qua cautum, vt eae in *quinquennium tantum durarent* **): quamquam ea non tam peculiaris Lex fuisse videtur, quam potius caput eius Legis, qua sanxit, *ne quis ciuis maior annis viginti, minorus quadraginta, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo, Italia abesset: neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes magistratus, peregre proficisceretur: neu hi, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent* ^{k)}): quae Lex eo pertinebat; vt exhaustæ vrbi frequentia ciuium suppeteret. Ceterum omnes medicinam Romæ professos, et liberalium artium doctores, quo libentius et ipsi Romam incolerent, et ceteri adpeterent, ciuitate donauit^{l)}. Plura instituere ei animus fuit, veluti, ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immensa, diffusaque Legum copia, optima quæque et necessaria in paucissimos conferre libros^{m)}. Sed plurima talia conantem, coniuratorum manus sustulit^{ooo)}.

e) *Cic. ad Brut. ep. 5.*f) *Tac. A. XI, 25.*g) *Plin. H. N. XXXIII, 2. v. A. Augustin. de Leg. h. l.* Magis tamen ad Augustum referendam hanc Legem esse statuit *Hoffmann Ind. Leg. h. v.* sed non est necesse.*) v. *Libellus noster de legibus Romanorum theatralibus*, (*Lipf. 1805. 8.*) cap. III.h) *Cic.*

h) *Cic. ad Att. XIII, 1. ad Diu. IX, 15. v. Ernesti Clau. Cic. h. L.*

i) *Cic. Att. XV, 11. v. Ernesti Clau. Cic. h. v.*

***) Talem legem voluerat iam Cicero, vti ipse de *Leg. III, 8. et Ep. ad Att. XV, 11. scribit: sed non potuit sanciri, tribuno plebis renuente.*

k) *Suet. Caes. c. 42.*

l) *Suet. l. c.*

m) *Suet. Caes. c. 44.*

***) Anno DCCIX. assignantur *leges Antoniae: iudiciaria, Cic. Phil. I, 8. et V, 5: de prouocatione, Cic. Phil. I, 9: de didatura Cic. Phil. II, 36: de actis Caesaris, Cic. Phil. II, 35. et Ep. ad Att. XVI, 18: de suffragiis, Cic. Phil. VII, 6: de prouinciis administrandis, et aliae, quas singulari commentario illustrauit Matth. Ant. Buchaldus (Eclaircissement et Coniectures sur quelques loix romaines par Bouchaud, Article I,) in Comment. Acad. Inscriptt. Tom. XL. p. 69. sqq. Anno DCCX, autem Lex PEDIA de vi lata est a Q. Pedio Consule et Caesaris Octauiani collega, vt omnibus, qui Caesarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdiceretur, *Vellei. Paterc. II, 69, 5. Suet. Ner. c. 3. Galb. c. 3. Appian. Bell. ciu. III, p. 586. cf. Ant. Augustin. de Legg. et Sct. h. L.**

§. XCII.

Restat, vt de Legibus iis exponatur, quae in Triumviratu Antonii, Lepidi, atque Octauiani fuerunt rogatae. Iam primum Anno DCCXIV, Cn. Domitio Caluino, et C. Asinio Pollione Coss. Lex FALCIDIA, *testamentaria* *), de *legatis*, a C. Falcidio, tribuno plebis ^a), lata est: vt ne liceret ultra *quadrantem hereditatem legatis exhaurire, et si plus legatum esset, quartam partem heres detrahere, vel retinere possit.* Quae Lex in toto iure ciuili, in paucis, celeberrima est ^o). Atque ea Lege demum modus testatorum licentiae, in legando, positus est, effectumque, ne voluntates vltimae destituerentur, metu exhaustae hereditatis.

- *) Ad historiam huius legis praecipue commendanda sunt, quae enarrauit *Io. Guil. Hoffmann* in *historia Triumviratus* §. 15. et ulterius confirmauit in *Meltemat. acad. ad Pand. Lib. XXXIV, §. 8.* vbi eam, quamuis vtilissimam ad testamenta conseruanda, tamen, si omnia recte perpendantur, callidum Triumvirorum, quorum sub dominatu ferebatur, inuentum fuisse statuit.
- n) *Dion. Cass. Lib. XLVIII. p. 377. v. tit. D. ad Leg. Falcid.* Verba legitima extant in *L. 1. pr. D. h. t.*
- o) Hanc legem exposuere [ex veteribus Ictis: *Rutilius Maximus libro singulari*; ex recentioribus:] *Fr. Balduinus, in Comm. de Legibus, [Bas. 1559. 8. et in Heineccii iurispr. rom. et att. T. I. p. 183. Franc. Hufmann. Paradox. ad legem Falcidiam, Parid. 1584. 4. et in Ottonis thes. iur. rom. T. IV. p. 1665. Ant. Geveanus Comm. ad leg. Falc. in Opp. Roterod. 1766. f. p. 223.] Iac. Voorda singulari commentario [ad leg. Falcid. Harling. 1730. 8. Chr. Maur. Schwöpe hist. legis Falcidiae, Lips. 1763. 4.] Conferri etiam meretur *Wieling. Leß. Iur. Ciu. II, 29—31.**

§. XCIII.

Anno DCCXX, Lex SCRIBONIA, de vsucapione seruitutum p), a L. Scribonio Libone, Consule, cum M. Antonio II, lata nobis, cum plurimis viris doctis q) videtur *); si non est ea ipsa Curionis *Viaria*, de qua supra diximus. Vetuit, seruitutes praediorum vsucapere r).

p) *L. 4. §. 29. D. de V. et Vj.*

q) *Galuan. de Vjsufr. XII, 4. van de Water Obs. II, 18. Ev. Otto Diss. de vsucap. Seruitut. II, 4. Noordkerk. Disqu. de Lege Petr. p. 90.*

*) Sunt tamen plures, qui post *Iac. Ræuardum* hanc legem L. Scribonio Liboni, Consuli sub Tiberio suffecto, a. DCCIX. tribuendam existimant, nouissime *Io. Luchtman Comm. ad leg. Scribon. Lugd. Bat. 1786. 4.*

r) Explicauit eam *Euerh. Otto, Dissert. de vsucap. seruitut. Ian. a Costa Praelect. in tit. de seruitut. in T. I. Thesaur. Meermann, p. 707. sqq. et Io. d' Avezan. de seruitut.*

servitut. in T. IV. eiusdem *Theauri*, p. 323. [add. *Ios. Fernandez de Retes ad Leges et Edicta*, *ibid.* T. VI. p. 461. sqq. *Iac. Ræuardi Comm. ad leg. Scriboniam de servitutibus*, Antvp. 1561. 8. Reperitur etiam in *Ei. Opp. Frcf.* 1601. 8. T. I. et in *Triga libellorum*, quibus iura vfucapionum illustrantur, a *Franc. Car. Conradi* edit. Lips. 1728. 4. *Greg. Maiansii Disp. ad Leg. Scrib. in Ei. Disp. iuris*, L. B. 1752. 4. T. II.]

§. XCIV.

Anno DCCXXIII, a M. Titio, cum C. Iulio Caesare Octauiano III, Consule, lata putatur *) *Lex IULIA et TITIA*, de *dandis tutoribus*, qua *Lex Atilia* ad prouincias traducta est, vt in prouinciis a *præsidibus tutores darentur pupillis* †). Sunt tamen viri docti, qui non vnam Legem, sed duas esse, propter auctoritatem *Theophili* ‡), et coniunctionem et inter duo nomina interpositam, statuunt §). Sed facile est contra dicere.

*) *H. Vales. ad Excerpt. Pciresc.* p. 61. *Villiam Titiam* vocat *Pigh.* ad a. 526.

†) *pr. Inst. de Attil. tut.*

‡) *Theoph. pr. Inst. de Attil. tutor.* memorat β. νόμος Ἰούλιον καὶ Τίτιανόν.

§) Eam sententiam primum proposuit *Aug. Christ. Marchius* *Diss. de tutoribus ex Lege Iulia et Titia*, Lips. 1736. Repetit deinde *Guil. Otto Reizius* in *Excurs. XII. ad Theoph.* [p. 1197. et *Fellenberg in iurisprud. ant.* T. II. p. 541.] Qui quamuis argumentis consentiant fere, in annis, et auctoribus adsignandis dissentiunt. Nam *Marchius* quidem existimat, *Titiam* antiquiorem esse, latam a. 438. vel a. 526. a C. vel Q. Titio tribunis plebis: *Iuliam* autem, a Caesare Augusto, an. 726. Sed *Reizius* statuit, Titium auctoritate Caesaris Legem antiquiorem *Iuliam* a. 723. retulisse.

§. XCV.

Iam restant eae Leges, quibus nec certus, nec probabilis, annus adsignari potuit: quas quidem hic,

seruato litterarum ordine, persequemur. AEBVTIA, ab Aebutio, tribuno plebis, lata, *ne quis sibi aut col- legis, [cognatis, vel affinibus,] potestatem aut curatio- nem fertot*^{y)}: CLAVDIA, quae vetabat, *ne scribas negotiarentur*^{z)}, FABIA^{*)}, de *plagiariis*^{*)}: FA- BIA, item ALLIENA, et PEDVCAEA, et RO- SCIA, *agrariae*, de finibus agrorum, quae a viris doctis, cum MAMILIA, pro vna habentur, ita, vt vna Lex quinque nomina habuerit^{b)}: quod con- cedi non potest,

y) *Cic. Agr. II, 8,*

z) *Suet. Domit. c. 9.* Nihil alibi de hac Lege. Sunt in- ter viros eruditos, qui eam ad *Claudiam*, de nauibus Senatorum, referant, v. *Torrent. ad Suet. l. c.*

*) Sunt, qui latam putant anno DLXXI. a Q. Fabio La- beone et M. Claudio Conf. sed sine argumentis idoneis.

q) *Cic. Rabir. 3. Paull. Sent. V, 30, [13. Id. V, 6. 14.] tit. D. ad L. Fab. [vid. Nicol. Kraeyvanger Disp. ad leg. Fabiam de plagiariis, Lugd. Bat. 1744. 4.] et Christ. Erdm. Deylingii Diss. de lege Fabia, [Lips. 1745. 4.]*

b) Fragmenta passim earum Legum in *Scriptoribus rei agrariae* occurrunt, quae collegit *Goefus* p. 339. seqq. ita tamen, vt, cum alijs viris eruditis, vnus Legis omnia fuisse statuatur. Sed in eum errorem viri docti lapsi sunt, non intellectis siglis K. L. III. K. L. IV. etc. quae saepenumero in *Scriptoribus istis* reperiuntur. v. *Hofmann. Hist. Iur. Ind. Leg. h. L.*

§. XCVI.

FVRIA^{*)}, *testamentaria*, tribuni plebis, C. Fu- rii^{c)}, vt *non liceret plus, quam mille asses, legati nomine capere, praeter exceptas personas, et, qui plus cepisset, quadruplum solueret*^{d)}. *Minus quam perfecta* fuit^{e)}. Videtur ante Legem *Voconianam* lata esse, etsi incertum, quo anno. GLICIA^{f)}, *testa- mentaria*, vt videtur: quamquam haud dubie falsum id est, quod viri docti nonnulli putant, querelam in- officiosi testamenti ea introductam esse^{*)}. HOSTI-

LIA***), de *furtis* ⁶⁾), cuius nuspian nisi in vnis Institutionibus mentio fit.

¹⁾ cf. *Wolr. Burchardi Disp. exhibens flores sparsos ad legis Furiae de testamentis itemque legis Voconiae historiam*, Herborn. 1768. 4. adde *Iac. Voordam ad Leg. Falc. cap. I. §. 4. 6. et Abr. Wieling. Comm. de lege Furia testam. l. 1. 1729. 4.*

²⁾ *Cir. Balb. c. 8. Verr. I, 42.*

³⁾ *pr. Inst. de Leg. Falcid. ibique Theophil.*

⁴⁾ *Vlpian. fr. I, 1. Ceterum de huius Legis argumento v. Wieling. Lest. Iur. Civ. II, 18. [add. Schulting. ad Vlpian. XXVIII, 7. Cuiac. Obs. XIX, 31.]*

⁵⁾ In sola inscriptione *L. 4. D. de inoff. testam.* memoratur: vnde *Cuiac. Obs. II, 21. XIV, 14.* argumentum duxit, eam esse de querela inofficiosi testamenti. Sed alii vitiosam istam inscriptionem esse existimant: quod nulla gens *Glicia* apud Romanos fuerit; sed tantum cognomen *Gliciae*: vnde *Lex Glicia* dici non possit. Quod vtrumque falsum est, cum et gens *Glicia* fuerit, et a cognomine etiam *Gliciae* *Lex Glicia* appellari possit, ut constat exemplo *Legis Glauciae*, *Legis Coeliae*, et *Metellae*, de quibus suis locis diximus. Itaque iis argumentis ego quidem non vtar: quamuis et ipse inscriptionem vitiosam putem, legendumque *Falcidiam*: v. *Wieling. Iurispr. Restit. p. LXXVI.* Quicquid sit eius rei, certe hac Lege querelam inofficiosi introductam esse, hodie nemo est eruditorum, qui credat; postquam *Bunkershoek. Obs. II, 12. van de Water Obs. I, 11. Schulting. Diss. de testam. resciss. p. m. 542.* alia omnia docuerunt.

⁶⁾ Putant tamen post fata *Bachii* plures. Neque enim solum *Cuiacii* manes vindicaturus aduersus *Franc. Duarenum*, *Petr. Pithoeum*, et *Franc. Hotmannum*, quorum hic e *ICTorum* inuentis, iste ex edicto praetoris, ille ex constitutionibus principum querelam inofficiosi testamenti natam esse existimat; et aduersus *Bynkershoekium*, omnesque, qui cum *Hotmanno* faciunt, aut quartam legitimam adeo ea introductam autumant, magno doctrinae apparatu disputauit, sed et gentem *Gliciam*, ex antiquis monumentis erutam, velut ex umbra in solem reduxit, ac legem hanc ipsam a *M. Claudio*, *C. F. Glicia*, Dictatore, a. V. C. DIV.

latam esse, ex fastis Capitolinis demonstrare annisus est *Cax. Louardus* (Vollrad) *Lib. de vera origine queyrelae inoffic. testam. ex lege Glicia*, Dresdae 1762. 8. cap. XIII—XIX. p. 61. sqq. Sed huius argumenta ad trutinam fidei historicae nuper reuocauit et Bynkershoekio denuo adstipulatus est Ill. *Zepernick* in *notis ad Siccamae librum de iudicio centumuir*, p. 149. sqq. et p. 278.

***) De aetate variae variorum coniecturae, nulla ratione probatae. Ridicula, et glossatorum, et, quod mireris, *Ios. Nerii Analec. Iur. ciu. 1, 26*, in *Ottomnis Thes. T. II*, p. 360, sententiã, dictam esse hanc legem ab hoste. Fuit Romae omnino gens Hostilia, cf. *Ku. Otto Comm. ad Inst. Tit. de iis, per quos agere poss.* et *Praef. Thes. T. II*, p. 20, et *Chr. Henr. Breuning D. de lege Hostilia*, Lips. 1778. 4.

§) *pr. Inst. de iis, per quos agere poss.*

§. XCVII.

PUBLICIA, de *lusu ac sponsonibus*^{h)}, de qua re etiam CORNELIA memoraturⁱ⁾ ac TITIA^{k)}: REMMIA^{m)}, de *calumniatoribus*^{l)}, quae, qui calumniam fecisset, litteram K, inuri fronti eius iubebat, PAPIRIA, de *sacramento*, et *Triumuiris* siue *metallibus*, siue *capitalibus*^{m)}, Fuerunt etiam Leges MILITARESⁿ⁾, ac TRIUMPHALES^{o)}, quae neque nomine adpellantur, neque certam aetatis notam habent, Fragmentum legis antiquae *frumentariae* atque *viariae*^{p)}, item plebisciti antiqui^{q)}, tabulis veteribus hodie extant^{**}). Postremo memoranda est Lex RHODIA^{r)}, quae tametsi potissimum a Ictis Caesareae aetatis explicatur, tamen et libera republica iam recepta fuit^{s)}. Dicitur ea a ciuitate *Rhodiorum*, quae Legibus inprimis nauticis, omnique re nauali, olim floruit^{***}). Atque harum Legum Rhodiarum, propter summam existimationem prudentiae, atque aequitatis, plura quidem capita a Romanis adscita fuisse videntur, nullum tamen in libris iuris ciuilibus, nisi de *iacu*, caput refertur, atque illustratur^{***}).

h) L,

- h) L. 3. D. de aleator.
- i) *ibid.*
- b) *ibid.* De hac lege Titia a viris doctis exponitur etiam ad *Anson. epigr. 88. v. Brummer. Comm. ad Leg. Cinc. c. 1. pag. 11.*
- *) De ea extat doctissima *Henr. Brenemannii Comm. in Tom. III. Thes. Otton. p. 1561. sqq. cui add. Constant. Jac. van Renesse Diss. inaug. de coercitione accusatorum, Trai. ad Rh. 1724. 4. et in Gerh. Oelrichs Thes. nou. Diss. sele&. Vol. I. Tom. II. p. 561. sqq. cap. III. de Ferrante della legge Remmia, Neap. 1780. 8. qui quidem pro Remmia legere maullt Muimmia: falso. Caeterum proferunt aliud eiusdem legis caput, auctoritate *Valer. Max. VII, 3, 9. fulti, qui lege Memmia cautum refert, ne, qui reipubl. causa abessent, inter reos reciperentur. Sed in ista varietate scripturae apud Valerium, cum codices habeant Memmiae, Nacuae, Nummiae, quis certum quid statuatur?**
- l) *Cic. Rosc. Amer. c. 20. Eam olim viri docti perperam e vitiosis codicibus ediderunt Memmiam.*
- m) *Festus voc. Sacramentum. [add. Petr. Pithocum Adversar. I, 18.]*
- n) *Cic. Flacc. c. 32. v. Ernesti Clau. Cic. h. l. De Legibus militaribus in vniuersum egit Lips. de Re Milit. XV, 15. [add. Samuel Fermat Diss. de re militari, seu de quibusdam legibus romanis ad militiam pertinentibus, Tolosae 1680. 8. qui libellus apprime doctus rarioribus accensetur.]*
- o) *Val. Max. II, 1. v. Perizon. Anim. Hist. c. VI. p. 229. Duker. ad Liu. XXXI, 6.*
- p) *Eam post Maitharium edidit atque explicauit erudite Conradi Paverg. III, 3. [Mazochi ad Tabb. Heracl. II, 289.]*
- q) *apud Boissard. Antiq. Rom. p. 105. T. I.*
- ***) *add. fragmentum Legis Galliae Cisalpinae municipalis, quam dubio procul saeculo VII ab U. C. latam e tabulis aereis inter ruinas Velocienses nuper repertis descriptam protulerunt Carli Antichita Italiche (1788.) Tom. I. p. 133. sqq. et Marini Gli Atti e monumenti de' fratelli Aruali (Rom. 1796. 4.) Tom. I. p. 107. Eandem inter nostrates repetiit, germanice reddidit, et commentario illustrauit Gust. Hugo V. Ill. Ciuilist. Magazin, Vol. II. P. IV. p. 434 — 496.*

r) v. tit. *Dig. de L. Rhod. de iactu*: inprimis *L. 9. h. 1.*
 s) Nam *Scruvius Sulpicius*, et *Ofilius*, *ICti liberae rei publicae*, de ea responderunt, v. *L. 2. pr. et §. 3. D. de Leg. Rhod. de iactu*. De *Lege Rhodia* egerunt *Fr. Balduinus* in *Comm. de Legibus*, [in *Heineccii iurisprud. rom. et aft. T. I. p. 231.*] *Iac. Gothofredus* *Diss. de imperio maris*, [in *Opp. minor. a Chr. Henr. Trotzio editis*, (*Lugd. Bat. 1733. f.*) p. 62.] et *Corn. Bynkershoekius* *Exerc. ad L. Ἀξιωματικῆς*, [in *Ei. Opp. minorib. p. m. 251. add. Franc. Ramos del Manzano analēta ad Leg. Rhod. Madrid. 1673. 4. Petr. van der Schelling. Diatr. de lege Rhodia de iactu*, *Lugd. Bat. 1722. 8. et Hieron. Matth. Bavelis* *Diss. inaug. de lege Rhodia de iactu*, *L. B. 1756. 4.*] Ceterum hodieque circumferitur collectio *Legum Rhodiarum nauticarum*, edita a *Schardio* primum, [*Basil. 1561. 8.*] deinde inserta *Leunclauui* *T. II. Iuris Graeco - Rom.* Sed eam non esse genuinam, sed spuriam, docuit *Bynkershoek. l. c. cap. 8.*

*** Conf. *Ioseph. Finestresum* in *Hermogeniani Iur. Epitom.* (*Ceruariae Lacetan. 1757. 4.*) *Lib. II. Tom. I. p. 437. sqq. et Discours, qui a remporté le prix de l'Academie des Inscriptions et belles Lettres sur cette question: Quelle a été l'influence des lois maritimes des Rhodiens, sur la marine des Grecs et des Romains, et l'influence de la marine sur la puissance de ces deux peuples, par M. Pastoret, à Paris 1784. 8.*

****) *Agmen* claudant *Lex SILIA de ponderibus*, cuius mentionem facit *Festus* voc. *publica pondera*, v. *Ant. Augustin. not. ad Festum: Lex TALARIA de lusu talorum ac tesserarum vetando*, quam respicit *Plaut. Mil. glor. II, 2, 9*: procul dubio allusit ad legem aliquam, ista aetate de alea veterum latam, Publiciam forte aut Titiam, cf. *Taubmann ad Plaut: Lex TAPVLLA tandem seu TAPVLLIA*, de qua *Festus* voc. *tapulla*, fuit conuiualis.

S E C T. II.

De Senatusconsultis.

§. I.

Senatusconsulta, sine Lege, facta esse, temporibus reipublicae liberae, de rebus iis, quae Senatus potestati essent subiectae, in tanta exemplorum, ab historicis, aliisque scriptoribus commemoratorum, copia, nemo est, qui neget, aut negare possit^{a)}; de iure vero ciuili, siue publico, siue priuato, facta esse, et quidem eiusmodi, quae non ad singulos vel homines, vel causas pertinerent, sed de vniuerso aliquo genere constituerent, interpretes, quotquot vidi, negant omnes. In quo quidem ita disputant, vt dicant, primum solius populi in comitiis potestatem fuisse iuris iubendi, Senatus autem tantum fuisse *προβλεύματος* facere^{b)}; deinde ipsum Dionysium, auctorem non contemnendum, Senatusconsultorum vim annuam tantum facere^{b)}: adeoque a Tiberii demum inde instituto fluxisse, vt Senatusconsulta fierent, quibus ius constitueretur^{c)}.

^{a)} Commendandus prae reliquis Ant. Augustin. de Legibus et Sctis cum notis Fuluii Ursini, Romae 1583. 4. et in Graenii Thes. Antiqu. Rom. T. II. cf. Ant. Betr. Selle de Sctis, Giess. Hassor. 1657. 4. et Ern. Mart. Chladenius Commentatt. II. de Scto tacito ex antiquitate romana, Vitemb. 1743. 4. Ad corrigendam vero erroneam, quam de vi Sctorum liberae reipublicae temporibus factorum Bachius tuetur, opinionem, faciunt Io. Theoph. Segeri Varias iuris ciuilis Obseruatt: Lips. 1767. 4. in quibus Obs. III. p. 12. sqq. de Senatus Consultis aduersus Celeberrimam Bachium ea humanitate, eaque modestia disputauit, qua solent homines vere docti. add. Rud. Christ. Henne de Sctorum vi et auctoritate, Erford. 1773. 4. et Chr. Gottlob Eimert, V. III. de valore Sctorum libera rep. de rebus priuatis conditorum in Variis, Iur. Civ. Capitibus (Lips. 1773. 4.) Obs. III.

^{b)} Dionys.

a) *Dionys. Hal. Lib. VII. p. 448. et XI. p. 735.*

b) *Dionys. Hal. Lib. IX. p. 595.*

c) *Tac. An. I, 15.*

§. II.

Sed his ego quidem ratiunculis non moueor. Nam primum, cum difficillima esset Legum in comitiis sciscendarum ratio, multisque impedimentis obnoxia, ipsa necessitas interdum a Senatu exigebat, ut reipublicae prouideret*), iusque constitueret^{d)}. Locus autem Dionysii est ex oratione Consulis, oratorie rem agentis, qui calumnia quadam Senatusconsultum, ante se factum, eludere cupiebat; pertinetque ad rem singularem, ac temporariam; cum ipsum SCtum, de quo ibi sermo est, temporarium esset, de foenore atque aere alieno, quo tunc ciuitas laborabat. Porro Consulis illius ratio conuincitur eo, quod Senatusconsulta vetera Legibus abrogata reperimus^{e)}: quod non fuisset necessarium, si Senatusconsulta in vniuersum annua tantum fuissent^{**)}. Tiberii denique institutum eo valuit, ut loco Legum semper SCta, nullaeque amplius Leges fierent^{***)}.

*) Hoc non pertinuit ad ius perpetuum statuendum, sed ad iussa extraordinaria; nulla enim lege Senatui haec potestas tributa fuit.

d) Atque id significare videtur *Pomponius in L. 2. §. 9. D. de Or. Iur. cf. Theoph. ad §. 5. I. de. I. N. G. et C.*

e) *Plin. H. N. VIII, 17.* mentionem facit *Legis Aufidiae*, qua SCtum *uetus*, de Africanis bestiis, abrogatum fit.

***) Sed *Bachio* ipse hic *Plinii* locus aduersatur, e quo apparet, a populo romano potuisse SCta, quibus Senatus de rebus potestati suae commissis constituerat, pro plenitudine imperii abrogari. Unde per se intelligitur, SCta non in vniuersum fuisse annua. Potuerunt potius esse abrogata, quia in mores transierant.

****) Sub *Tiberio* tamen leges etiam latae fuerunt.

§. III.

Sed fractis aduersariis argumentis, nostrum est, eam Senatusconsultorum auctoritatem rationibus certis confirmare *). Primum itaque auctor grauissimus, Cicero^{f)}, Senatusconsulta in partibus iuris ciuiliis ponit **): deinde iam ante Tiberii illud institutum, Senatusconsulta fieri de iure ciuili curauit Augustus^{***)}, qui, de consilio Maecenatis, in omnibus fere rebus liberae reipublicae speciem reliquisset^{g)}: extant denique exempla Sctorum de iure ciuili^{****)}, pauca illa quidem, sed tamen illustria: quae nunc exponere ingredimur. In quo tamen mouendum, Scta^{*****)} ante Caesares non habuisse nomina.

*) Nec noua prorsus haec sententia videtur, cui, teste Henr. Lud. Molinatio Diss. de origine et fatijs iuris romani, Groeningae 1719. 4. alii, licet pauci, inhaeserunt.

f) Cic. Topic. c. 5. ubi dicit: *ut, si quis ius Ciuile dicat id esse, quod in Legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorum auctoritate, edictis magistratuum, more, acqutate, consistat.* Crassus apud Eundem Or. I, 57. in causa ciuili oranda, non Legibus solum, sed etiam Sctis vsus esse dicitur.

***) Bene quidem: sed in partibus iuris scripti ponit etiam auctoritates prudentum et edicta magistratuum, quae nemo temere ante Theodosium aut Hadrianum leges dixerit; ut mittam, sub iure ciuili veteribus ius publicum subintellectum esse.

****) Hoc fecit, ut populum praepararet ad comitia in curiam transferenda, ita quidem, ut, licet liberae reipublicae speciem conseruare saepius studuerit Augustus, ratio tamen non constet argumento: unde omnia, quae Augusti aetate facta sunt, eadem liberae quoque reipublicae conueniunt.

g) Dion. Cass. Lib. XLII. p. 485. Ceterum id etiam argumento est, quod Leges Liuae, Apuleiae, C. Leg. II, 6. aliaeque Sctis sublatae sunt. cf. Cic. fragm. Cornel.

*****) Exempla a Bachio proposita, quibus demonstrare cupit, Scta his temporibus de iure priuato facta esse,

esse, nihil euincunt. Sunt enim ita comparata, vt vel ad ius publicum ac res Senatus curae demandatas pertineant, vel leges veteres ac consuetudines repetita sanctione proponant, vel recentioris plane aetatis sint.

****) Atqui leges nomina habuerunt, et ex *Dionys. Hal. l. c.* aperte constat, legum *προβουλευματα* a Senatu esse facta.

§. IV.

Anno CCCCXCIV, Consulibus [Cn. Cornelio Scipione Asiua, C.] Duillio, SENATVSCONSULTVM factum est, *ne quis in vrbe sepeliretur*^{b)}: Lexque XII. tabularum repetita est.

b) Auctor est *Seru. ad Virg. XI, 205. v. Idsinga Var. Iur. Ciu. c. 18.*

§. V.

Anno DLXVIII, Consulibus Q. Marcio, Sp. Postumio, factum celeberrimum illud SENATVSCONSULTVM, de *Bacchanalibus*¹⁾: quod hodieque extat in tabula aenea, e qua ediderunt illud viri docti). Ceterum hoc Senatusconsultum in similibus causis obseruatum et postea fuisse, probabile est¹⁾.

i) *Liu. XXXIX, [8—19.]*

k) *Fabrett. Inscript. Syntagm. p. 417. Jac. Gronou. in praefat. Ciceronis. Liuii editioni inseruere Clericus et Drakenborchius. Exposuit ipsum Scutum Hynkershoek. Exerc. de religione peregrina c. 2. Coniecturis nonnullis id illustrauit Maffeus Hist. Art. Diplom. p. 125. Quorundam verborum eius interpretationem dedit Hearnius ad fin. Liu. T. VI. ed. Drakenborchii p. 237. Ad tabulam veterem aeneam denuo exactum descripsit Matth. Aegyptius Neap. 1729. f. quae omnia Drakenborch. in *Append. Liuianam* coniecit.*

l) *Cic. Leg. II, 15.*

§. VI.

SENATVSCONSULTVM, de *libertinorum tribu*, quo, quibus libertinis filius quinquenni maior esset,

esset, ii in tribus rusticis referri iussi^{m)}: cuius annus certus non est: anno tamen DLXXXV, antiquius esse constat.

m) *Liv. XLV, 15. v. Duker. ad h. l.*

§. VII.

Anno DXCIII, Coss. C. Fannio [Strabone, M. Valerio] Messala, SENATVS CONSVLTVM, de sumptibus, factum estⁿ⁾, quo iubebantur principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua dominia^{o)} agitarent, iurare apud Consules verbis conceptis, non amplius in singulas coenas sumptus esse facturos, quam centenos vicenosque aeris, praeter olus, far et vinum, neque vino alienigeno, sed patrio vsuros, neque argenti in conuiuio plus pondo, quam libras centum, illaturos.

n) *Gell. N. A. II, 24.*

o) Sunt, qui dominia librariorum errori deberi putent, legendumque conuiuia. Sed id ipsum quoque significat dominia: estque elegantius, quam ut a librariis proficisci poterit. Dominia mutua sunt conuiuia et epulae eiusmodi, ubi principes sunt domini inuicem, siue in orbem, longeque luculentius hoc vocabulum exprimit rem, quam conuiuium. Sic dominus epularum est, apud *Cic. Vatin. c. 13.* qui sumptus facit epularum, quique praebet conuiuium suo nomine: pari ratione dominus funeris apud *Cic. Leg. II, 24.* est, qui funus facit suis impensis: Dominus auctionis, qui auctionem de suo vendit. *Cic. Quind. c. 5.* Ipsum autem vocabulum dominia, pro conuiuia, apud *Cic. Verr. III, 4. v. Lips. Saturn. I, 19. et Erneji Clau. Cic. h. v.*

§. VIII.

Anno DCXL, Coss. M. Acilio Balbo, C. Porcio Catone, SC TVM factum est, ut posthac cadauera in bello defunctorum sepelirentur, ubi cecidissent^{p)}.

p) *Appian. B. C. I. p. 637. cf. Idsing. Var. Iur. Civ. Cap. 18.*

§. IX.

§. IX.

Anno DCLVII, [Coff. Cn. Cornelio Lentulo, et P. Licinio Crasso,] factum SENATVSCONSVLTVM, *ut homo immolaretur* ^{q)}.

q) *Plin. H. N. [XXVIII, 1. et] XXX, 1.*

§. X.

Anno DCLXXVII, Coff. D. Iunio Bruto [Iuliano, M.] Aemilio ^{r)} [Mamerco Lepido,] factum SENATVSCONSVLTVM est, de *prouinciis quaestoriis, ut quaestores prouincias sortirentur*. Cuius vel solum argumentum aetatem liberae reipublicae prae se fert.

r) *Vlpianus L. vn. §. 2. D. de off. Quaest.* In editis Pandectarum libris legitur *D. Druso, et Porcina Coff.* vnde *A. Augustin.* de *nom. propr. Pandet.* existimat, eos fuisse Coff. suffectos temporum Caesareorum, praesertim cum libera republica viri quaestorii prouincias non sortirentur, quas praetorii tantum et consulares habere soliti essent. Enimuero SCTum non de *quaestoriis viris*, sed de *quaestoribus*, agit: quos vel maxime prouincias libera republica sortitos fuisse constat. *Almelouenius* autem eos, tanquam suffectos, ponit a. 762. Ego tamen cum *Pighio* potius eos esse ordinarios libera republica puto, legendumque *D. Bruto et Aemilio Coff. v. Pigh. ad a. 776. p. 285* ^{*)}. cf. *Brenemann. in Almelouen. Fast. Append. p. 592.*

*) Haec nondum sufficiunt ad lectionem mutandam, cf. *Ill. Zepernick ad Siccamae librum de iudic. centum. lib. I. cap. 11. p. 100. sqq.*, qui hoc SCTum anno DCXVI, Coff. *M. Aemilio Lepido Porcina et C. Hostilio Mancino*, in cuius locum *D. Drusus* suffectus est, conditum existimat, adeoque nec verba *Vlpiani* emendanda demonstrat.

§. XI.

Anno DCXCI, M. Tullio Cicerone Consule referente, SCTVM factum est, ut *legationum liberarum tempus annuum* esset ^{s)}: quod Iulius Caesar ad quinquennium deinde redegit.

s) *Cic.*

- 3) *Cic. de Leg. III, 8.* [*Ep. ad Att. XV, 11.*] De numero gladiatorum est *SCtum* ap. *Suet. Caes. c. 10.* quod reip. quoque liberae fuisse videtur.

§. XII.

Sunt et alia *SENATVSCONSULTA*, de collegiis dissoluendis facta, vnum anno *DCLXXXVI*, *Q. Caecilio Metello*, et *Q. Marcio Coss.* 1) alterum anno *DCXCVII*. [*P. Cornelio*] *Lentulo* et *Q. [Caecilio] Metello Coss.* 2) quorum in ipsis *Digestis* mentio fieri videtur 3): item *SCtum in heredes C. Vennonii* factum 4): ac denique illud *Senatusconsultum vetus* 5), *ne liceret Africanis in Italiam aduhere* 6), quod abrogauit *Lex Aufidia*: quae quidem omnia hic tantum verbo indicasse suffecerit, cum sint alia, quae ius civile priuatum propius attingant: de quo genere maior est dubitatio.

1) *Ascon. Paedian. in Cic. Pison. p. 158.*

2) *Cic. ad Q. fr. II, 3.* et *Ascon. in Cic. Cornel. p. 137.*

3) in *L. 1. et 3. D. de colleg. v. Brisson. Sel. Ant. I, 14.*

4) *Cic. ad Diu. XIII, 72.*

5) Contra hoc tulit *Cn. Aufidius*, tribunus plebis, legem, permisitque, *Circensium* gratia, importare. *Salmasius ad Script. H. A. p. 371. b).*

6) *Plin. H. N. VIII, 17.*

§. XIII.

SENATVSCONSULTVM vetus in rebus *Tiberii* memorat *Tacitus* 1), quo cautum, ne de seruis in dominum quaestio haberetur: quod necesse est libera iam olim republica factum sit, cum idem ius antiquis temporibus fuerit 2).

1) *Tac. A. II, 30.*

2) *Cicero enim Milon. c. 22. moribus* id tribuit, quod de seruis in dominum quaeri non posset.

§. XIV.

§. XIV.

Eiusdem generis sunt SENATVSCONSULTA*), quae in Digestis memorantur^{c)}, de iis, qui maiores viginti annis pretii participandi causa venire se passi sunt^{d)}.

*) cf. *Ge. d' Arnaud. Diss. de iis, qui pretii participandi causa venire se passi sunt, adi. Ei. Var. Coniect. Leouard. 1744. 4.*

c) *L. 3. D. quib. ad lib. proclam.*

d) Cum enim iam Q. Mucius Scaeuola de eo iure respondisse referatur in *L. 23. D. de liberal. caus. consequens est, ut iam id libera republica obtinuerit, iis SCTis constitutum, non vero demum SCTo Claudiano introductum sit, ut vulgo existimatur. v. Schulling. Enarrat. Part. prim. Dig. p. 77.*

§. XV.

Huc pertinet inprimis SENATVSCONSULTVM illud, quod memorat Cicero^{e)}, ut centesimae perpetuo foenore ducerentur^{f)}. Factum id esse anno DCCIII, colligi potest: idque initium fuit, pro legitimis habendi centesimas vsuras^{g)}: estque deinde haud dubie nouis SCTis, aut constitutionibus principum, confirmatum. Inde in Digestis centesimae dicuntur legitimae vsurae.

e) *Cic. ad Att. V, 21.*

f) hoc est, ut sine anatocismo, penderentur. v. *I. F. Gronou. de centes. vsur. p. 533. sq.*

g) *Gronou. l. c. cf. Briffon. Sel. Ant. III, 1. Ger. Noodt de foen. et vsur. II, 4.*

S E C T. III.

De Iure Honorario

sive

Edictis Magistratum.

§. I.

In partibus iuris eius, quod ex Moribus ortum est, iure suo primum locum tenet *Ius Honorarium*, de quo nunc agere ingredimur*). *Ius* autem *Honorarium* dicitur illud, quod ex Edictis magistratum manavit: non propterea, quod Praetoris Urbani, qui *Honoratus* dicitur, Edictis potissima eius pars debetur^{a)}, ut vulgo existimant: nec ideo, quod ex Edictis eorum, qui honores gerebant, profectum est^{b)}: sed eam ob causam, quod Edictorum capita pro iure valebant in honorem eorum, a quibus proposita erant. Eam enim vocabulum *Honorarium* vim habet in omnibus aliis exemplis, ac formulis.

*) De iure honorario bene meriti sunt: *Cam. Borellus* Tr. de magistratum edictis, Franof. 1621. 4. et *Io. Gottl. Heineccius* Hist. Edictorum in Opusc. postum. Hal. 1744. 4. Huius vestigia secutus multo diligentius, ex quinque lustrorum spatio, hoc argumentum excussit, *Buchaldus*, Antecessor Parisinus, qui, longis iisque doctis dissertationibus propositis et Comment. Acad. Inscriptt. Tom. XXXIX — XLVI. insertis, omnem omnino edictorum romanorum rationem et historiam optime enarravit, ac plurima, aliis adeo non observata, eleganter exposuit: *Recherches historiques sur les Edits ou Ordonnances des Magistrats Romains*, par *Bouchaud*, in Mem. de Litterature, T. XXXIX. p. 279. sqq.

a) *Fabroti*. ad *Theoph.* §. 7. I. de I. N. G. et C.

b) *Cuiac.* not. ad §. 7. I. de I. N. G. et *Heinecc.* Hist. Iur. I, 61. not. et in *Hist. Edictor.* I, 1. pag. 13. in Opusc. post. [Hal. 1744. 4.]

§. II.

Edicta autem magistratuum in duo describi possunt genera: vnum *ordinariorum*, *extraordinariorum* alterum. Nam forma *perpetuorum*, quam vulgo faciunt, non vtimur. Ordinaria Edicta dicimus ea, quae initio anni, vt per totum magistratum valerent, a magistratibus proponerentur: extraordinaria autem, quae, prout res ferret, ratioque, ex tempore promulgarentur. Ordinaria fuerunt Praetoris Urbani, ac Peregrini, Censorum, Aedilium curulium, Tribunorum^{c)}, ac denique magistratuum provincialium: extraordinaria autem non horum solum, sed reliquorum magistratuum fere omnium. Id enim vnius cuiusque magistratus munus exigere videbatur, vt, quae populo nota esse deberent, pertinerentque ad curam potestatis suae, de iis edicere posset^{d)}.

c) Nam etiam Edicta Tribunorum plebis reperiuntur, et quidem non solum de rebus publicis, sed etiam priuatis causis^{*)} ac iurisdictione: propterea, quod, vltimis reipublicae temporibus sibi, propter adpellationes ad se factas, aliquam iurisdictionem adrogauerant. vid. *Liv. XLII, 32.* Edicti autem Tribunorum de adpellationibus mentio fit ap. *Cic. Verr. II, 41.*

*) Minime gentium, si consulas, quae aduersus Bachium disputauit *Iac. van Vaassen Animadv. ad Fastos p. 383.* cf. tamen *Ant. Goueanus de iurisd. L. II. n. 53.* et *Anton. Schulting ad Vlpian. VII, 3.*

d) v. *Ritter. ad Heinecc. Hist. Iur. I, 61.*

§. III.

Ab initio omnium fere magistratuum Edicta fuere extraordinaria, ex tempore proposita: post Praeturam vero peregrinam institutam, multitudine negotiorum ac litium crescente, ordinaria, et annua illa Praetoris Urbani, Peregrinique exorta sunt, vt supra meminimus ostendere^{e)}. Videbatur enim necessarium esse,

vt,

vt, quoniam infinitis illis negotiis ac litibus non sufficienter Leges, populo statim initio magistratus sui significarent, e quo iure per totum annum essent ius dicturi: quo populus se praemunire posset. Idque deinde Aediles Curules, et ipsi adeo Tribuni plebis, in causis, ad suam iurisdictionem pertinentibus, ac denique etiam magistratus prouinciales in administranda republica, iurisque dictione, secuti sunt haud dubie. Quid? quod etiam Censores eiusmodi annua et ordinaria Edicta habuerunt. Neque tamen inde existimandum est, ab eo tempore ab hisce magistratibus desitum fuisse, extra ordinem, et ex tempore, Edicta proponi. Immo vero etiam postea interdum, prout res ratioque postuleret, extraordinaria ab iisdem promulgata sunt, vti ceteri magistratus faciebant. Sed extraordinaria, quoniam ad ius ciuile fere nihil attinerunt, hic quidem nobis plane videntur praeterenda esse; ac tantum de ordinariis Praetorum, vrbanis ac peregrinis, Censorum, Aedilium Curulium, Tribunorum plebis, ac magistratuum prouincialium, dicendum.

e) v. *Lib. II. Cap. I. §. 26. f.*

§. IV.

Ac primo quidem satis constat, Edicta Praetoris vrbanis pertinuisse ad iurisdictionem inter ciues, ac iura adeo maxime ciuilia *): Praetoris Peregrini, ad iurisdictionem inter peregrinos f): Aedilium Curulium, ad rerum in foro promercialium ac venalium venditiones, ceterasque res, quae ad eorum curam pertinerent, veluti securitatem locorum publicorum g): Tribunorum plebis, ad ius dicendum cognoscendumque de appellationibus h): Prouincialium denique magistratuum, non solum ad iurisdictionem, sed vel maxime etiam ad totius prouinciae statum publicum i).

e) Hinc Praetores, Urbanus et Peregrinus, edictis suis *ius honorarium condere* dicuntur l. 7. *D. de iurisdic.* De urbano ab anno CCCLXXXVII res certissima: de peregrino autem ab anno DVII vel DXI quam maxime ambigitur.

f) Olim dubitatum fuit a viris doctis, an Praetor Peregrinus proprium Edictum proscripserit. Fuerunt enim, qui dicerent, hunc Praetorem ex Edicto Praetoris urbani ius dixisse; neque peculiare Edictum habuisse. *Hotman. de magistrat. pop. Rom.* p. 396. *Schubart. de fatis Jurisprud. Rom.* [II. §. 83.] p. 399. Sed hodie nemo est, qui dubitare audeat, post virorum doctorum, imprimis *Mylly Diss. de Praetore Peregrino*, [Lips. 1732. recuf. in *Opusc. acad.* L. B. 1738. 8. p. 81. et] in *Excurs.* [III.] *ad Theoph. id. Reizii* [p. 1081.] *Conradi Parerg. I.* 1. [et *Abr. Wiling. Diss. de Edicto praetoris peregrini*, *Franequ.* 1730. 4.] laborem, qui omnem istam dubitationem plane dissoluere. Ceterum ex quibus iuribus Peregrinus Edictum suum composuerit, quaeritur, propterea, quod ex Legibus ac iure Ciuium Romanorum peregrini iudicari non possent. Nempe ius peregrinis scribebatur primum ex iis capitibus, quae apta essent peregrinis, ad eosque transferri possent: deinde ex suae cuiusque ciuitatis legibus: ac denique maxime ex iure naturali et gentium. v. *Conradi l. c.* §. 14. sqq.

g) v. tit. *Dig. de Aedil. Edict.*

h) *Cic. Verr. II.* 41.

i) v. *Prolus. nostra de Edicto perpetuo prouinciali*, [Lips. 1752. 4. et in *Opusculis* p. 168.]

§. V.

Ista Edicta initio magistratus in *Albo*^{k)} proponebantur, erantque per totum annum a magistratibus in iure dicendo obseruanda. Sed cum Praetores improbi saepe numero ab Edictis suis recederent, varietateque ius dicerent: ea de re *Lex Cornelia*^{l)} lata est, vt Praetores ex Edictis suis perpetuo ius dicerent^{m)}.

k) *Album*

- k) *Album* erat tabula lignea natiui coloris, [antiquissimis temporibus; recentioribus, tabula dealbata;] in qua atris litteris scriberetur Edictum. v. *Ritter. praef. T. IV. Cod. Theodos.* non autem, vt *Heineccius Ant. Iur. et Hist. Edictor. I, 2. 61* aliique statuunt, paries dealbatus. Ceterum cum hic Albi mentionem fecerimus, non esse alienum ducimus, de *duplici Albo*, quod viri docti a Praetore propositum fuisse tradunt, aliquid monere. Existimant enim, nominatim *Cuiac. Obs. V, 17. Racuard. Protribun. c. 4. p. 588. sqq. Bret. de ord. iudic. c. 24. Heinecc. Hist. Edictor. I, 6. 16. p. 94.* in vno Albo a Praetore fuisse ipsum Edictum propositum, in altero autem formulas actionum. Verum haec opinio cum per se inanis videri debeat rei Romanae peritis: tum vero neque iis locis testimoniisque auctorum, quibus vtuntur viri docti, vilo modo iuuatur atque stabilitur.
- l) *Ascon. in Cic. pro Corn. mai. reo. et Dion. Cass. Lib. XXXVI. p. 19.*
- m) Sic enim haud dubie apud *Ascon. Paedian. l. c. legendum est* *): cum propter rationem latinitatis, totiusque loci ac verborum viciniam, tum propter auctoritatem *Dionis Cassii l. c.* Vulgo editur apud *Asconium: ut Praetores ex suis Edictis perpetuis ius dicerent.* Sed primum Edicta perpetua, quae semper ab omnibus deinceps Praetoribus obseruarentur, ante Hadrianum non fuere. Neque vero perpetuum eam vim habet apud Latinos, quam viri docti ei adfingunt, vt significet, quod per totum annum durat: id *annuum* dicitur: vti ipsum Edictum Praetoris apud *Ciceronem Verr. I, 42. Lex annua* vocatur. Deinde totius loci *Asconiani* contextus docet, *perpetuo* scribendum esse. Opponuntur enim *varie ius dicere*, h. e. in iure dicendo decretisque variare, atque ex Edictis *perpetuo ius dicere*, h. e. nunquam ab eo recedere in decernendo, quod semel edixeris ab initio. *Asconiana* hęc est: *Cornelium, Tribunum plebis, legem tulisse, vt praetores ex suis Edictis perpetuo ius dicerent. Quae Lex, inquit, Cornelia tum gratiam ambitiosis Praetoribus, qui varie ius dicere consueverant, sustulit. Inde concidit ea forma Edictorum perpetuorum liberae reipublicae, quae ex hoc loco a viris doctis ducta est. Neque etiam firmari potest frag-*

mento *Actorum V. R. Diurnorum* ap. *Pigh. Annal. Tom. II. p. 378. Reinesf. Inscr. Class. IV, 2. et Dodwell. Praef. Cambd. [Oxonii 1692. 8.] Adpend. p. 665*, Nam id fragmentum confictum suppositumque esse statim videbimus. cf. *Ritter. praef. ad Heinecc. Hist. Iur.* Ceterum vitiosum locum *Asconii* esse, iam vidit *Menardus* ad *Cic. l. c.* qui tamen non recte legendum putat ex *suis Edictis propositis*, quasi ex confusione siglarum *P. P.* ortum sit vitium. Nam aut *suis*, aut *propositis*, esset superfluum.

- *) Ego quidem nulla emendatione opus esse arbitror. Optime possunt *Edicta perpetua* hoc loco explicari per *Edicta*, quae per totum magistratus tempus debent valere. Ceterum de hoc argumento cf. *Abr. Wessling. D. de Edictis praetorum perpetuis*, *Franequ. 1730. 4. Eiusd. Diss. de perpetua Edictorum auctoritate*, *ibid. eod.* Strictim de perpetuis praetorum edictis exposuit. *Leßt. Iur. civ. II, 28.*

§. VI.

Tradunt viri doctiⁿ⁾), iam ante *Legem Corneliam*, eiusdem argumenti *Senatusconsultum* factum esse anno *Vrbis DLXXX*, ut *Praetores ex suis Edictis perpetuis ius dicerent*, ductum illud ex fragmento *Actorum Vrbis Romae Diurnorum* °). Sed spurium illud esse confictumque, *Viri doctissimi* p) ita demonstrarunt, ut *stupidus esse debeat*, qui id fragmentum adhuc defendere tuerique velit.

n) v. *Heinecc. Hist. Iur. I, 72.*

o) ap. *Pigh. l. c. Reinesf. et Dodwell. l. l. c. c.*

p) *P. Wessling. Probab. c. ult. et Ernesti Excursf. ad Sueton. Caes. c. 20.* In quo quidem conuincendo non solum temporum, rerumque ibi traditarum ratio, auctoritasque *Suetonii*, sed in primis *latinitatis ratio* valuit. Si quis enim scribendi genus in eo adhibitum comparat cum eorum temporum monumentis, quibus scriptum esse traditur, veluti cum *Senatusconsulto de Bacchanalibus*, fragmentisque *Legum*, supra commemoratarum, intelligat necesse est, siquidem *latinitatem aestimare possit*, istis temporibus confictum esse

esse nullo modo posse; sed a recentiore aliquo non satis cauto impostore confictum suppositumque esse debere. Ac in hoc quidem Senatusconsulto, quo de agimus, confingendo, manifestum est, illum fraudis architectum secutum esse corrupti loci Asconiani lectionem. Cum itaque hoc fragmentum fraudis convictum sit, neque ex eo argumentum duci potest ad demonstrandam Edictorum *perpetuorum* libera republica formam.

§. VII.

Eidem Praetorum ambitioni, improbitati, atque licentiae, oppositum iam libera republica putatur fuisse illud caput, quod in Digestis extat ^{q)} proprio titulo, *ut, quod quisque iuris in alterum statuit, eo ipse utatur* ^{r)}. Sed nullo idoneo argui mento ^{r)}. Itaque ego quidem Edicto Hadriani perpetuo id attribuerim.

q) *tit. quod quisque iur. in alt. statuit.*

r) cf. *Dan. Frid. Hoheisel de Edicti Praetor. quod quisque etc. iniquitate et non usu tam antiquo, quam hodierno*, Hal. 1724. 4. *Eiusd. Pr. quo demonstratur, Edictum praetorium, quod quisque etc. aequitate omnique usu apud veteres caruisse*, ibid. 1726. 4. et *Quir. Gottfr. Sihacheri Ep. de aequitate Edicti, quod quisque etc.* Lips. 1736. 4.

r) Scio equidem, hanc in rem laudari *Cic. ad Q. fr. I, 1. 7.* ubi commemoratur edictum Cn. Octavii, institutumque, quo Sullanis hominibus, qui in magistratibus iniuriose decreverant ^{**}), eodem ipsis privatis iure parendum fuit. Sed ipsum illud, quod tamquam aliquid singulare et institutum laudat Cicero, docere debuisset viros eruditos, non fuisse id caput omnibus Edictis commune, ac fere tralatitium: deinde etiam id pertinuit tantum ad causam singularem, nempe ad Sullanorum hominum iniuriosa et iniqua decreta.

**) Hoc tamen occupata republica non tam frequenter auti videntur, quam libera. v. *Ant. Schulling ad praeterita p. 205.* et *Car. Gottlieb Knorr Pr. de Edicti praetorii: quod quisque iuris etc. origine et usu apud veteres*, Hal. 1726. 4.

§. VIII.

Sed, vt ad Edictorum ipsorum rationem redeamus, Edicta tantum *annua* erant, vt ipsi magistratus; vnde Edictum a Cicerone vocatur *Lex annua* *) *): atque a singulis nouis magistratibus quotannis noua proponebantur; ita tamen, vt multa fere semper superiorum Edictorum capita in sua transferrent; quae ideo *translatitia* adpellantur *) **). Nonnulla vero Edicta tanto se opere ab aequitate, prudentiaque, commendauerant, vt fere ab omnibus deinceps Praetoribus retinerentur: neque sine reprehensione omitti possent^{u)}.

†) *Cic. Verr. I, 42.*

*) cf. *Abr. Wieling Diss. ad Edictum de lege annua, Francq. 1731. 4.*

†) *Cic. ad Diu. III, 8.*

***) v. *Abr. Wieling Diss. de Edictis translatitiis, Francq. 1730. 4.*

u) Inde est haud dubie, quod actiones a Praetoribus nominantur, qui primi in Edictis suis eas inuenerant: e. g. *actio Caluisiana, Fabiana, Publiciana* et h. g. a.

§. IX.

Ex Edictis igitur *Ius Honorarium* ortum est, quo saepenumero derogatum, aut obrogatum iuri ciuili, sciunt. Id quomodo fieri potuerit, quaeritur; cum magistratus per se, sine Lege populi, aut certe Senatusconsulto, ius nouum sancire non possent *). Plerique in eam sententiam disputant, vt, id a Praetoribus aliisque magistratibus, nullo iure, improbe factum, dicant; appellantque adeo Praetores eueriores iuris ciuilis, eosque eo nomine vehementer reprehendunt^{x) **)}. In quo quidem, etiamsi nullum aliud argumentum esset praeter hoc vnum, quod non est credibile, passurum id tam patienter Romanum populum, inprimis Tribunos plebis,

plebis, quos ne femel quidem conquestos de Praetorum in hoc genere licentia legimus, tamen, iniuriam fieri Praetoribus, ceterisque magistratibus ius dicentibus, contenderem. Sed sunt profecto gravissimae rationes, quibus ostendi possit, ius potestatemque fuisse magistratibus, talia iura, quae vocant noua, in Edictis suis proponendi: neque adeo euerfores iuris ciuilis dici debere.

*) Non potuerunt quidem, cum tenerentur iurare in leges initio magistratus, aliquid in iure ciuili villo modo per se mutare: saepius tamen fecerunt, dum legibus non expressa illis ipsis edictis definirent, obscura legum antiquarum capita interpretatione sua declararent, et, quae iniqua in legibus deprehenderent, ea ad aequitatis normam reuocarent, noua nomina inueniendo, fictiones quaerendo, restituendo in integrum, exceptiones adornando, bonorum possessionem dando: hinc eleganter ait *Papinianus L. 7. §. 1. D. de iustit. et iure*: praetores introduxisse ius praetorium, adiuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam. Qua quidem insigni aequitate et vtilitate effectum est, vt plurima, ex praetorum edictis retenta, vsu fori comprobarentur, ipsisque magistratibus haec potestas assensu quasi tacito concederetur. cf. *Buchaldus Hist. edit. Comment. Acad. Inscriptt. inserta, (Des Edits des Preteurs, Quatrieme Memoire)*, qui *Seit. IV. Tom. XLI. p. 84. sqq. (Des Changemens introduits dans la jurisprudence par les Edits des Preteurs)* ex instituto id docuit, et praecularis adeo exemplis illustravit.

x) *Heineccius Hist. Jur. I, 69. sq. potissimum, et Ant. Iur. II, 24.* Praetoribus hanc notam addere conatus est. Sed inuenerunt hi vindicem suum, *Io. Richeium Hamb. qui, Praefide Io. Gottl. Cortio, Vindicias Praetoris ac iuris honorarii, Lips. [1730.] publice proposuit, quae denuo, Trai. ad Rh. [1748. 8.] editae sunt. Quibus deinde, mortuo Cortio, Heineccius in repetita Historiae Iuris editione ad §. 70. respondit cum summa iracundia, quam denique multo acerbius effudit in Hist. Editor. I, 6, 19. p. 100. sq. in opusc. postum. Sed*

omnes

omnes eius commotiunculas grauiter retudit *Ritterus* in not. ad d. *S. Heineccian. Hist. Iur.* Neque maioris auctoritatis sunt ea, quae prolata sunt postea pro *Heinecciana* ratione.

***) Fuit potissimum sententia *Ios. Aueranii Interpret. iur. ciu. libr. I. c. 6.* quam amplexus est *Io. Gottl. Heineccius l. c.* et quam post hunc defendit *Chr. Henr. Breuning Diss. de praetoribus et iure honorario, cursoribus iuris romani, (Lips. 1752. 4.)* Cui quidem respondit *Lud. Conr. Schröder Or. de praetoribus, optimis iuris ciu. custodibus, (Groningae 1766. 4.)* De hac re in repetita suarum *de iure honorario* Dissertationum editione vberius exponere constituerat *Abr. Wieling*: sed non perfecit.

§. X.

In hac autem disputatione non spectamus id, quod improbi interdum Praetores contra ius fasque siue edixerunt, siue decreuerunt. Nam illi, qui se sequeretur, praetorem bonum habuerunt neminem: neque eorum instituta adeo iuris auctoritatem acceperunt vnquam: vti de *Verris* edictis *Cicero* non vno loco demonstrat. Sed de iis tantum Praetorum institutis quaerimus, in quibus esset aequitatis ratio habita, quaeque deinde pro certo iure recepta, atque approbata essent. In his, dicimus, Praetores suo iure vsos esse, ac fecisse id, quod liceret. Erant Praetores, ceterique magistratus iuri dicundo praepositi, custodes atque interpretes iuris ciuilibus, debebantque ius reddere iis, qui ius suum persequerentur. Ius autem reddebant primum ex Legibus, deinde ex moribus populi Romani: at in iis rebus, vbi neque moribus, neque Legibus cautum aliquid receptum esset, ex iure omnium gentium communi, naturalique adeo aequitate ius dicere necesse erat^{y)}. Quid enim aliud iis facere reliquum esset? Atque haec omnia in edictis suis populo significabant. In quibus quis dicat eos fecisse, quod non liceret?

y) v.

y) v. *Prolus. nostra de Ediçto prouinciali perpetuo,*
[Lipf. 1752. 4. et in *Opuscul.* p. 568.]

§. XI.

Iam cum in edictis omninoque iure dicendo sequerentur leges atque mores, noui nihil statuebant: neque adeo eueriebant ius ciuile, quod presse subleuebantur. Restat igitur, ut ius nouum sanxerint in causis iis, in quibus aequitatis rationem haberent, propterea, quod neque moribus, neque legibus, quidquam de iis rebus comprehensum esset. Atqui hic eos quis reprehendat? Est enim ratio iuris naturalis et aequitas sane maxime aequabile ius omnium: et utinam rerum humanarum conditio ferret, solo iure naturali uti. In his porro causis ius ciuile ab iis euersum esse, qui statuas? quippe nihil iure ciuili de iis esset cautum.

§. XII.

Sed cum exemplis res ab aduersariis agatur, ut doceant, leges et iura ciuilia euersa a Praetoribus esse: occurramus et huic rationi^{a)}. Mutarunt Praetores, inquit, poenam furti manifesti^{b)}, poenam frugis noctu demessae^{c)}, iniuriarum^{d)}, aliaque in Legibus XII. sancita; Leges foenebres^{e)}, Legem Voconiam de mulierum hereditatibus^{f)}, aliaque, quae infinitum esset enumerare. Nego. Non enim Praetores mutauerunt ea iura, sed mores: quos illi in edictis secuti sunt^{g)}. Exceptionibus vero, ac restitutionibus in integrum concedendis, quas imprimis vrgent, qui contra disputant, non magis ius ciuile euersum ab iis dici potest, cum neque esset vetitum, eas dare, et aequabilitatis conseruandae ratio, qui finis est iuris ciuilis, illud exigeret. Bonorum porro possessiones, emancipatis datae, e moribus haud dubie fluxerunt. Nam cum iam vsu diuturno obtinuisset, ut emancipati bono-

bonorum paternorum possessionem, aequitate suorum heredum, consequerentur: (erant enim antiquioribus temporibus ciues Romani ipsi sua sponte aequitatis amantissimi, cum luxus ac vitia ciuitatem nondum corrupissent:) Praetores eas, vt mores iam ferebant, Edictis suis comprehenderunt. Possem multa alia exempla commemorare earum rerum, quae Edictis Praetorum tribuuntur, cum iam moribus diu obtinissent.

- *) Pro iure honorario ac quibusdam praetorum edictis scripsit *Io. Theoph. Seger. Var. iur. ciuil. Obseruatt. Lips. 1767. 4. cap. I.*
- z) *Gell. N. A. XI. ult. Theoph. ad §. 2. Inst. de perpet. et temp. aE.*
- a) *Plin. H. N. XVIII, 3.*
- b) *Gell. N. A. XX, 1. et Paull. Sent. V, 4. 7.*
- c) *Appian. B. C. Lib. I. loco supra laudato ad Lib. II. cap. 1. §. 18.*
- d) *Cic. Verr. I, 41. f.*
- e) Moribus enim illa iura mutata esse, facile comparando temporum rationes, intelligitur. Atque in Legibus foenebribus quidem, ac Lege Voconia, diserte tradunt *Appianus*, et *Cicero l. l. c. c.*

§. XIII.

Quemadmodum vero Praetores ceterique magistratus multa ex moribus in Edicta sua intulerunt, vt secundum ea se ius dicturos esse ostenderent: ita ea, quae primum ab aliquo Praetore ex aequitate inuenta erant, moribus, vsuque sequentium Praetorum vim iuris certi atque perpetui induerunt^{f)}. Atque ita, quod vnus Praetor sua auctoritate sancire non potuisset, id consensu sequentium magistratuum, temporis vetustate, atque adeo tacita populi voluntate, pro iure receptum est^{g)}. Interdum autem variatum est, vt, quod iudicium vnus reddidisset, alter non redderet^{h)}.

f) Atque

f) Atque ideo Cicëronis tempore Iurisprudëntia ex Edictis hauriebatur, vt ante e XII. tabulis. v. *Cic. Leg. I, 5.*

g) *Cic. Inu. II, 22.*

h) *A. ad Herenn. II, 13. Cic. Verr. I, 48.*

§. XIV.

Iam quo origines iuris, a Praetoribus inuenti propter aequitatem, clarius intelligi possint, nobiliora quaedam exempla Edictorum commemorabimus, quibus primum aliquid statutum est, quod deinde in adsiduam iurisdictionem conuersum reperitur. Ac primum anno DCXXXVIII, Coss. C. Licinio Geta, Q. Fabio Maximo, M. Liuius Drusus, Praetor Vrbanus, *Quod cum herede mandati ageretur iudicium, reddidit*¹⁾ *). Eiusdem est Edictum illud, quod Cicero alio loco commemorat^{h)}). Cicëronis tempore Cn. Octavius, Praetor, Edicto suo iussit primus, *quae per vim, metumque ablata essent, reddere*¹⁾: quam formulam, quamuis Cn. Octavius aduersus Sullanos tantum homines proposuisset, tamen Metellus et Romae, et in Sicilia, in Edictis suis postea habuit, sub Caesaribus vero demum videtur id edictum vfu inualuisse perpetuo^{m)} **). Huc pertinet etiam *Edictum Carbonianum*, de quo multis locis est in Digestis ***).

i) *A. ad Herenn. l. c.* aliud exemplum est *Cic. Verr. I, 48.*

*) Haec Bachii assertio omni destituitur argumento, cum *Auctor ad Herenn.* referat tantum, diuerse hac in re iudicasse Praetores, non diuerse edixisse, cf. Ill. Zepernick Diatr. de iudic. centumuir. Siccamae libro addita, p. 337.

h) *Cic. ad Att. VII, 2. v. Corrad. ad Cic. Brut. c. 28. p. 205. Pigh. Annal. T. III. p. 94.*

i) *Cic. ad Q. fr. I, 1. 7. Cic. Verr. III, 65.* Id autem eiusdem Octauii Edictum, quo Sullanis hominibus, qui in magistratibus iniuriose decreuerant, priuatis eodem

eodem iure vtendum fuit, *Cic. Q. fr. l. c.* temporum fuit tantum istorum, neque inualuisse in similibus videtur.

m) Omitto Edictum *de bonorum possessionibus* a *L. Sisenna* Praetore propositum a. 676. quod memorat *Cic. fragm. Or. pro C. Corn. mai. rco.* De cuius Practura v. *Reizii Excurs. IX. ad Theoph.* [p. 1181. sq.] hic enim non primus fuit, qui eiusmodi Edictum proposuit: omitto etiam *Aquillii* formulas *de dolo malo*, quas Viri docti nominatimque *Noodt de form. emend. dol. mal. c. 4. 5.* ab eo in Edicto propositas statuunt. Falso. Nam ille Praetor quidem cum Cicerone, sed non Vrbanus, fuit, adeoque eiusmodi Edictum proponere non potuit. Neque deinde *Cassius*, qui memoratur in *L. 4. §. 33. D. de dol. mal. et met. exc.* exceptionem doli mali protulisse, primus id fecisse videtur. Quantam autem auctoritatem habuerint Edicta Praet. inde intelligitur, quod *Cic. Leg. I, 5. II, 23.* tradit, suo tempore iurisprudentiam ex edicto Praetoris hauriri consueuisse.

***) Addi potest Edictum *Publicii Praetoris de actione vindicatoria et rescissoria* propositum: Edictum *de bonorum possessione secundum tabulas*: Edictum *de iniuriarum aestimatione*: Edictum *de coniungendis cum emancipato liberis eius*, de quibus pariter ac aliis consulendus *Buchaldus l. c. in notis ad Sectionem III. spectantibus p. 73. sqq.* Neque vlla dubitatio, quin *abstinendi beneficium*, *ius deliberandi*, *tutorum et curatorum iurisdatio*, atque *interdicta* ab eodem iure honorario natales ducant.

***) v. *Steph. Perraci Edicta praetoria ex libris Pandectarum desumpta*, Paris. 1554. 4.

§. XV.

Iam cum supra significauerimus, et Censuram edicta videri annua quaedam fuisse: et pauca quaedam de his subiiciemus. Nam eorum quaedam capita videntur ab omnibus deinceps Censoribus retenta fuisseⁿ⁾, ac denique ius aliquod perpetuum certumque constituisse: cum inprimis ea e moribus repetita essent maiorum. Pleraque tamen Censuram Edicta ad disciplinam

plinam morumque rectoram^o), aut ad locationem^p) publicorum, siue vectigalium, siue operum, pertinere: dicunturque *Leges Censoriae* *). Anno CCCLI. M. Furius Camillus et M. Postumius, Censores, primi eos, qui usque ad senectutem caelibes permanissent, aera pendere iusserunt⁴).

*) *Cic. Verr. I, 55. et Corn. Nep. Cat. c. 2. v. Ernesti Clau. Cic. v. Censoriae.* Atque ex huiusmodi Edictis apud eos etiam causae actae reperiuntur. *Varr. R. R. I, 7. extr.*

o) Huius generis Leges Censoriae memorantur, quae ad sumtus coenarum pertinerent, ap. *Plin. H. N. XXXVI, 1. VIII, 57. XIII, 13. XIV, 14.*

p) Extant in Pandectae fragmenta huiusmodi Legum Censoriarum in *L. 15. D. de publ. et vectigal. L. 203. de Verb. signif.* ubi quidem in priore legendum haud dubie *Censor* pro *Caesar*. v. *Korner. Select. I, 25.* Memorantur item ap. *Plin. H. N. XXXIII, 4. Fest. voc. produit.* cf. *Balduin. Iurispr. Mus. p. 114. sqq.* Est etiam e Legibus Censoriis, ne carnifex in urbem ingrederetur. *Cic. Rabir. c. 5.*

*) Elegantem de iis sermonem instituit: *Leop. Andr. Guadagni delle leggi censorie*, (Firenze 1731. 4.)

q) *Val. Max. II, 9. 1. Plutarch. Camill. princ.* id dicitur *aes uxorium*, a Censoribusque deinde fere semper exactum fuit.

§. XVI.

Cum igitur ex magistratum, imprimis Praetorum, Aedilium^{*)}, magistratumque prouincialium, Edictis multa in usum venerint, ac pro iure valuerint: iam antiqui Icti Edicta colligere et componere instituerunt. Ac Praetorum quidem Edicta *Seruius Sulpicius*¹⁾, *A. Ofilius*²⁾, *Antistius Labeo*³⁾; Aedilicia *Coelius Sabinus*⁴⁾, et *Iulius Paullus*⁵⁾; prouincialia *Cains*⁶⁾.

*) Superfunt adhuc Aedilium Curulium Edicta de vitiiis rerum venalium, in *lege 1. §. 1. L. 25. §. 9. et L. 38.*

D. de aedilitio edicto: de castratione puerorum in lege 27. §. 28. *D. ad leg. Aquil*: de securitate viarum in lege 40. §. 1. L. 41. et 42. *D. de aedil. ed. Gell. N. A. IV, 2.* De hoc cf. *Eu. Otto de tutela viar. P. III. cap. I. p. 418.* et *Io. Leonh. Wintgens Diss. de animalibus ferocibus, qua vulgo iter fit, non habendis, Trai. ad Rh. 1730.* et in *Oelrichs Thes. Diss. sel. Vol. I. Tom. II. p. 145.*

- r) L. 2. §. 44. *D. de Or. Iur.* vbi Pomponius dicit, cum duos libros ad Brutum breuissimos, ad Edictum subscriptos, reliquisse, h. e. duos ad Edictum, Bruto dedicatos, in quibus breues tantum ad Edictum subscriptiones.
- s) Pompon. l. c. primum fuisse dicit, qui Edictum Praetoris diligenter composuerit. [cf. *Abr. Wieling Diss. de Seruii Sulpicii et A. Ofilii libris ad Edictum, Francqu. 1731. 4.*]
- t) L. 1. *D. de fugitiu.* [v. *Abr. Wieling Diss. de Labeonis ad Edictum libris, Francqu. 1731. 4.*]
- u) *Gell. N. A. IV, 2. VII, 4.* Edictum Aedilicium autem e recentioribus explicarunt *Io. Chr. Gottl. Heineccius*, filius, [ad Edictum Aedil. florum sparsiones, Hal. 1738. 4.] et *Daniel van Alphen Diss. ad Iulii Paulli fragmentum ex libro II. ad Edict. Aedil. in L. 74. D. de V. S. Lugd. Bat. a. 1734.* *Eu. Otto* etiam comm. de Edicto Aedilicio elaborauit. cf. *Bynkershoek. Obs. IV, 8. Arnaldus Comiect. II, 23. Iac. Durantii Castell. Var. I, 10. ap. Grut. Lamp. T. III. p. 204.* [add. *Buchaldus Comment. Acad. Inscript. T. XLII. p. 149. sqq. cui tamen non innotuit Heineccii Commentarius.*]
- x) v. *Wieling. Iurispr. restit. p. 177.*
- y) *ibid. p. 8.*

SECT. IV.

De Iure Ciuili.

siue

*auctoritate Prudentum: ipsisque
Iureconsultis.*

§. I.

Iam progredimur ad *Ius Ciuile*, quod κατ' ἐξοχὴν ita dicitur, hoc est, id, quod auctoritate Prudentum constitutum est. Est autem haec non parua portio iuris Romani. Nam cum Leges breuiter scriptae essent, interpretando respondendoque eas a Iurisperitis explicari, et ad res ipsas transferri necesse erat. In quo quidem ita versabimur, vt primo vniuerse de Iurisconsultorum ratione interpretandi respondendique iuris tradamus: veniamus deinde ad ipsos Iurisconsultos, eorumque scripta.

§. II.

Ab initio omnis interpretatio Legum, iurisque prudentia, penes Patricios, ac Pontificum collegium fuit^a). Nam patricii quidem, tamquam patroni plebeiorum, e lege Romuli, clientibus suis iura ac leges interpretari debebant. Pontifices autem id sibi sumfisse videntur propterea, quod curam Kalendarii fastorumque habebant, nemoque sine eorum opera, dies fastus esset, nec ne, scite poterat^b): atque Leges ac iura in penetralibus suis reposita habebant^c). Quamquam vero deinde et alii e plebeiis Iureconsultos se profitebantur, vt postea videbimus; tamen id munus semper principes in republica viri sustinuerunt^d). Atque id eo sapientius apud Romanos institutum fuit, quo vtilius ac salubrius reipublicae esse debebat, non quoscunque Legum ac iuris esse arbitros, sed amplif-

simos, et clarissimos viros, magno rerum usu peritos, ciuilibus iuris custodes in praeclaro isto quasi praesidio iuris ac iustitiae locatos esse: a quibus ciues, rerum suarum incerti, consiliique inopes, quid aequum et bonum, quid sibi sequendum sciendumue, quomodo sibi cauendum, tanquam ab oraculis peterent*).

a) *L. 2. §. 6. D. de Or. Iur.*

b) *Cic. Muren. c. 11.* Hanc curam fere apud plerasque antiquas gentes habuerunt sacerdotes. v. *Döderl. Prael. Cambden. Adpend. §. IX. p. 661.* atque inde est, quod apud quasdam gentes etiam iurisdictionem in manu sua tenuerunt. v. *Perizon. ad Aelian. V. H. XIV, 34.*

c) *Liu. IX. extrem.* vnde *Dionys. Halic. Lib. X. p. 627.* dicit, *Leges. dy ταις Ισραηλ Βιβλοισ ἀποκριμέναι.* cf. *Schubart. de fat. Iurispr. II. §. 35. p. 210.* Quod veto *Pomponius* in *L. 2. §. 6.* tradit, ex iis consilium fuisse, qui quoquo anno priuatis praesisset: alibi nusquam reperitur traditum. Id autem tantum centum annos obtinuisse, idem *Pomponius* adfirmat. Sequentibus certe temporibus, etsi Pontificem bonum neminem esse posse, nisi qui ius ciuile cognouisset, *Scaeuola* adfirmasset, tamen id necessarium esse, nisi quatenus cum iure pontificio esset coniunctum, negat *Cic. Leg. II, 19.*

d) *Cic. Off. II, 19. et Leg. I, 4.*

*) v. *Elias de Vries Diss. de iure ciuili, tertio iuris ciuilibus fonte,* Amst. 1748. 4. *Io. Nic. Funccius Pr. de origine et auctoritate Prudentum,* apud Romanos olim iuris legumque interpretum, Marp. 1754. fol. *Eiusd. Pr. pro iurisprudencia a Cicerone in Oratione pro Murena traducta,* ibid. eod. an. fol. *Car. Ant. Keuffel Historia auctoritatis Prudentum Sect. I—IV.* Helmst. 1767—1768. 4. *Io. Luzac Specimen exhibens obseruationes nonnullas apologeticas pro Iureconsultis Romanis ad locum Ciceronis in Orat. pro Murena cap. XI—XIII.* Lugd. Bat. 1768. 4. et *Io. Fr. Eckhard Prol. Cicero iurisprudenciae non ex animi sententia contemtor, pro Murena. c. X.* Isenac. 1769. 4.

§. III.

Sed quo Pontifices atque patricii potentiam suam siue auferrent, siue stabilirent, statim post XII. tabulas, *Actiones legis et Actus legitimos* composuerunt *), quibus populus cum ius suum persequeretur, litemue intenderet, tum negotia priuata contraheret, vel perageret †). Erant autem *Legis Actiones* formulae quaedam solemnes **), quibus ciues Romani apud magistratus ius suum experirentur †): pertinebantque adeo tantum ad iurisdictionem contentiosam, siue quem hodie vocant processum ‡). *Actus autem legitimi* erant negotia quaedam priuata, certis solennibusque formulis ac ritibus, vel domi inter priuatos, vel apud magistratum, vt hic auctoritatem interponeret suam, peragenda †). In quibus adeo inerant etiam actus, voluntariae quos vocant iurisdictionis, veluti emancipatio, manumissio, adoptio, et quae sunt in eodem genere †)***). Ceterum de Ictis dicitur, eos *iura populo praescripisse*. *Cic. Cat. c. 9. Or. III, 33.*

*) His accensentur *formulae sacrae*, quae, regum tempore a Pontificibus inuentae, in rebus, ad sacra priuata spectantibus, tamquam antiquissimae obseruabantur.

e) L. 2. §. 6. *D. de O. I. Cic. Or. I, 41.*

***) Talis formulae exemplum sit *rei vindicatio*, his verbis sollempnibus peragenda: *hanc rem meam esse aio ex iure Quiritium*. *Cic. Muren. c. 12.*

f) *Pompon. L. 2. laud.*

g) Male *Heineccius Hist. Iur. I, 45. sq.* et plerique alii explicant. v. *Ritter. ad Heinecc. l. c.* qui rem omnem extra controuersiam ponit.

h) v. *Ritter. l. c.* [et *Ge. Schubart de satis iur. p. 334.*]

i) cf. *Iac. Gothofred. ad L. 77. D. de R. I.* Quod autem haec negotia interdum dicuntur *Actiones Legis*, id fit improprie. v. *Ritter. l. c.*

***)) Dicitur in vniuersum *ius formularium*, *iurisprudentia formularia*, v. *Barn. Brissonijs de formulis et solenn.*

sollenn. pop. rom. verbis, cura Io. Aug. Bachii, Lips. 1754. f. *Cardo huius rei vertitur in lege 77. D. de reg. iur.* Hinc docta *Iac. Cuiacii et Franc. Hotmanni altercatio de discrimine*, quod inter legis actiones et actus legitimos intercedit, Cuiacius quidem in *Papiniano ad l. 77. D. de R. I. et Observat. XV, 16*; Hotmannus autem in *illustr. quaest. XXXIV. Observat. XII, 21. et Amicab. Respons. ad Cuiac. lib. 1. c. 30.* Cum Hotmanno faciunt tum *Marc. a Lyclama libr. fing. studioforum iuris*, Franeg. 1609. 8. tum *Io. Gottl. Heineccius Or. de iurisprud. veterum Rom. formularia*, Franegu. 1724. et in *Syllage Opusc. var. n. X.* Cuiacio praeter *Ritterum et Bachium* adstipulantur plures, quorum in numero potissimum *Iac. Gothofred, ad L. 77. D. de R. I. in Opp. minor. a Trotzio L. B. 1733. f. editis; Maranus ad L. 77. D. de R. I. in Oper. p. 620. sqq. Elb. Leonini Emend. II, 17. Petr. Faber Semestr. II, 22. Sc. Gentilis de iurisdic. I, 34. Io. Schilter de iure formulario Romanorum et Francor. in Exercit. ad Pand. Schubartus de fatis iurispr. rom. Ex. II. §. 59—67. p. 296. Io. Hieron. Stenger de iure formulario, Lips. 1709. 4. Gerh. Iac. van Swinden Diss. de Legis Actionibus, L. B. 1734. 4. Gerh. Meervian Diatr. de rebus mancipi et nec mancipi, ibid. 1741. 4. p. 151, sqq. Io. God. Bauer Pr. de actibus legitimis, Lips. 1748. 4. et in Opusc. academ. Lips. 1787. 4. Tom. I. num. XIV. p. 203. sqq. Conr. Lud. Iung de legis actionum actuumque legitim. differentia, Trai. ad Rh. 1754. 4. Io. Schwarz (resp. van de Spiegel) Diss. de actibus legitimis, L. B. 1757. 4. et Chr. Henr. Breuning Diss. de dubia circa varias leges actionum actuumque legitimorum interpretat. Lips. 1775. 4. Nouissime de eodem argumento commentatus est, Lud. Iul. Fr. Hoepfnerus, in *Comm. qd Institt. Frcf. 1793. 4. p. 947.**

§. IV.

Qua autem causa inuenerant, eadem has actiones Legis, actusque legitimos, vna cum fastis, patricii ac Pontifices, ita in occulto retinebant, ne in vulgus emanarent⁴⁾. Tandem anno CCCCXLIX, CN. FLAVIUS, scriba Appii Claudii^{1) 6)}, libertino
patre

patre natus, Legis actiones ac fastos, in Albo propositos populo vulgavit^m). Is liber vocabatur *Ius Flavianum*ⁿ). Quo facto tantam a populo gratiam iniit, vt, quamuis libertinus et scriba, tribunus plebis, Senator, atque tandem Aedilis curulis fieret^o).

k) *Liu. IX, 46. Cic. Muren. c. 11. Or. I, 41. L. 2. §. 6. D. de Or. Iur. et Liu. IV, 3. vbi tribunus plebis dicit: Si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur, ne ea quidem scimus? Si post excidium urbis Gallicum cum Conquisita foedera et Leges essent, alia edita sunt in vulgus, alia ad sacra pertinentia a Pontificibus, vt strictos religione tenerent multitudinis animos suppressa. Liu. IV, 1.*

l) Appius Claudius has actiones composuerat (hoc enim verbum ap. Pomponium in l. c. reponendum pro vulg.) et ad formulam redegerat. *L. 2. §. 6. de Or. Iur.* Hortatus etiam scribam suum Flauium, vt exciperet et edisceret. *Plin. H. N. XXXIII, 1.*

m) Non confundendus, vti *Guid. Panciroli. Var. 2. fecit, cum Appio Decemuiro, cuius abnepos fuit: De ipsis Fastis et aere ciuili, a Cn. Flauio in lucem protracto, diligenter exposuit Iac. van Vaassen Animaduers. ad fastos Romanorum sacros, cura Christoph Saxii, Trai. ad Rh. 1785. 4. Lib. I. cap. IV. §. 9. p. 140. sqq.*

n) *Liu. IX, 46. Cic. Muren. c. 11. Or. I, 41. ad Att. VI, 1. Plin. H. N. XXXIII, 1. Gell. N. A. VI, 9.* Quod autem in Albo dicitur proposuisse fastos ae legis actiones, inde non est, cum Heinccio, existimandum, cum iam tum Aedilem aut magistratum fuisse. Nam Album erat quaeuis tabula, qua quid populo siue privatim siue publice significabatur. v. *Salmas. de M. V. cap. XV. p. 678. f.*

o) *L. 2. §. 7. D. de Or. Iur.*

o) *Liu. l. c.*

§. V.

Id Patres aegre ferentes, quod sunt veriti, ne sine sua opera lege agi posset, notas, hoc est, novas quasdam formulas, composuerunt^{*}), vt iuris ciuilis possessionem recuperarent, ipsique omnibus rebus

rebus interessent^{p)}, Sed neque haec possessio diuturna fuit aut perpetua. Nam, anno DLII, SEX. AELIVS CATVS, ICTUS, omnia ista in vulgus edidit, libro vulgato; qui liber adpellabatur *Ius Aelianum*^{q)}.

*) Subscriptit huic sententiae *Iac. van Vaassen l. c.* quem simul consulat de iure Aeliano.

p) *Cis. Muren. c. 11.*, in quo loco *notas composuerunt* necessario ex totius orationis nexu interpretandum est, uti nos fecimus: v. *Ernesti Cläu. Ind. Lat. voc. Notae*: fallunturque egregie, qui explicant formulas notis h. e. signis, aut siglis, perscriptas. Illas autem novas formulas ad alia genera pertinuisse, quam de quibus Ius Flavianum esset compositum, ex *Pomponii oratione conicias l. c.* qui ait, *quia deerant quaedam genera agendi.*

q) De iure Aeliano conf. *Noris. ad Cenotaph. Pisan. III, 9. p. 423.* Ceterum publicatum ius Aelianum ab Aelio in *Tripertitis*, plerique viri docti statuunt: quod non putem **).

***) Ego vero quam maxime: nam in *lege 2. §. 38. D. de O. l.* haec Aelii Tripertita sic describuntur: *in quibus, lege duodecim tabularum proposita, iungebatur interpretatio, dein subtexebatur legis actio.*

§. VI.

Quamvis autem Legis actiones ac formulae vulgatae essent, tamen vel sic, cum semper id institutum retineretur, ut, qui lege agere vellet, certa solleunique formula uti deberet: adeo quidem, ut, qui non recte egisset, formula siue causa caderet; Iureconsultorum opera populo necessaria fuit, manseruntque in possessione vel gratiae vel potentiae: imprimis cum quotidie vel ex nouis Legibus, vel ex Edictis magistratum, nouarum actionum, vel formularum componendarum necessitas esset*). Atque haec causa est, quare Iureconsulti propriis libris sollicite Actiones exposuerunt.

r) *Cic.*

r) *Cic. Inu. II, 19.*

s) Huc pertinent *actiones Hostilianae*, haud dubie a Iureconsulto nominatae, quarum in causis hereditatum meminit *Cic. Or. I, 57. extr. cf. Ernesti Clau. Cic. Ind. Hist. h. v.* Huc pertinent *actiones rei uxoriae*, post *Sp. Caruilii diuortium inuentae*, *Gell. N. A. IV, 3.* Huc pertinent *formulae C. Aquilii Galli de dolo malo*, *Cic. Off. III, 14.* eademque de re iudicium *Cic. N. D. III, 30.*

§. VII.

Atque hoc quasi artificium iurisprudentiae Patricii atque Pontifices proprium tenuerunt, donec TIB. CORVNCANIVS, primus e plebe pontifex, vir consularis ac triumphalis¹⁾, circa annum D, ius publice professus est²⁾, et discendi cupidos admisit³⁾. Inde enim promiscuum esse coepit, jus civile respondere, ita, ut, qui fiduciam studiorum haberent, omnes Ictos se profiteri possent: id, quod obtinuit usque ad Augustum⁴⁾.

f) *Epitom. Liu. Lib. XVIII.*

*) Hinc est, quod Ictorum discipuli vulgo vocantur *auditores*: proprium sane iis hoc vocabulum fuisse, docuit *Cuiac. Obs. XXVII, 4.* Sic celebrantur *auditores Mucii l. 2. §. 42. D. de O. I. Sulpicii, ibidem*; aliique.

w) *L. 2. §. 35. et 38. D. de Or. Iur.*

x) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.*

§. VIII.

Neque tamen, qui digni nomine ac munere Iureconsultorum censerentur, in solis formulis agendi componendis occupabantur: sed triplex eorum munus erat, *respondere, scribere, cauere*¹⁾; quamquam interdum *responsorum* nomine ista omnia adpellantur. Ac quod ad primum quidem munus *respondendi* attinet²⁾, id in eo erat, ut consulentibus,

tam quid certo iure, vel legibus, vel moribus, obtineret, quam quid aequum bonumque videretur in causis, iure civili non definitis, traderent. *Scribere* ^{z)} autem dicebantur, cum vel actiones, vel stipulationes, rerumque contrahendarum, testamentorumque formulas, clientibus componerent: *Cauere* denique, quando in rebus negotiisque priuatis, quibus vitae societas continetur, consiliis suis, inuentisque, clientes ab omni fraude, captione, atque damno, tectos, ne deciperentur, tutosque praestarent, atque docerent, quomodo prudenter esset res peragenda: idque ita proprium Iureconsultis erat, ut inde *cauti* dicerentur. Sed de singulis singulatim dicemus.

- y) *Cic. Mogen. c. 9.* adpellat *urbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi.* v. *Brenem. de Heurem. c. 1. p. 13. sq.*
- *) *cf. Io. Chr. Balser Disp. de responsis Prudentum, Giesl. 1742. 4.*
- z) v. *Gronou. de Centes. et Vncis Usur. p. 643. sq. in Pecunia Vet. et Manut. et Vidor. ad Cic. ad Div. VII, 14.*

§. IX.

Iam ut de respondendi officio agamus, in eo haud dubie priuum *interpretatio* legum iurisque civilis locum obtinet. Quam quidem non magis verbis, quamquam haec inprimis etiam spectabantur, quam sententia, ac voluntate, faciebant: ita, ut, ubi pares causae essent, paria iura statuerent^{a)}, quamuis verbis legis res ipsa non esset expressa^{b)}. Atque hanc interpretationem *extensiuam* hodie vocant^{b)}, Eodem modo, ubi plane scripta Lex nulla esset, quid aequi bonique ratio exigeret, disputando, varieque comparando similia, fingendo^{c)}, et argumenta colligendo, exponebant^{d)}. In quo quidem

quidem illi eo magis, quid conueniens, consentaneumque esset, videre poterant, quod in rebus gerendis, atque republica administranda, versati, rerumque civilium essent peritissimi. Quid igitur legibus, moribus, aequitate denique, contineretur, ut responderent, a litigatoribus consulebantur: maxime tamen, ubi ius controuersum esset in causis ad iudices delatis ^{a)}). Atque haec responsa ^{b)}), quamuis magnam auctoritatem in iudiciis priuatis haberent ^{c)}), non tamen hanc vim necessitatemque habuerunt, ut iudices iis adstringerentur: immo, prout bonum iudicibus videretur, ab responsis etiam licebat recedere ^{d)}). Ceterum viua voce clientibus a Ictis edebantur ^{e)}), quae illi ad iudices ^{f)}) vel ad oratores deferrebant: interdum ipsi responsa petebant oratores.

a) Cic. Top. c. 4.

b) Ad hoc interpretationis genus *regulae iuris* pertinent, quas, teste Pomponio in l. 2. §. 42. D. de O. I. primus composuit Q. Mucius. Hinc tot regularum, definitionum et institutionum libri, quibus veteres Icti aut regulas a se inuentas et ex libris suis collectas proposuerunt, aut antecessorum regulas repetierunt, cf. Franc. Car. Conradi Or. de iurispr. regulari Romanorum et de veterum Ictorum studiis circa regulas iuris, Vitemb. 1728. rec. Lips. 1762. 4.

b) Exemplo sint *legitima patronorum tutela, princip. I. de legit. patr. tut. adiones utiles: item usucapio aedium*; vid. Cic. Top. c. 4.

c) v. Ant. Dadingi *Alteserrae Tr. de Fictiōibus iuris*, [P. I. Paris. 1699. P. II. ibid. 1679. 4.]

d) Ex eo genere est *reticentiae poena* in vendendis praediis a Ictis constituta, Cic. Off. III, 16.

e) Cic. Or. I, 56.

f) v. Jac. Raevardus de auctoritate prudentum in Opp. Jac. Gothofredus ad Tit. Cod. Theod. de respons. prudent. imprimis autem de auctoritate responsorum, et libera republica, et sub Imperatoribus, Ge. Chr. Gebauer Excurs. I. ad Inst. p. 178. sq. et Jac. Voorda Diss. de auctoritate prudentum, Trai. ad Rh. 1735. 4.

f) Cic.

- f) *Cic. Top. c. 17. vbi priuata iudicia maximarum quidem rerum in Iureconsultorum prudentia posita esse scribit.*
 g) *Cic. Muren. c. 13. Caecin. c. 24.*
 h) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.*
 i) *Cic. Or. I, 58.*

§. X.

Ad alteram partem inuneris ICI torum veniamus: quam in scribendo positam fuisse diximus. Atque in hac quidem parte primum erat hoc, vt formulas agendi praescriberent iis ^{k)}, qui lege agere velent. Cum enim summo periculo esset error in agendo commissus, vt supra diximus, hominibus imperitiis necessario ad Iureconsultorum prudentiam erat confugiendum. Deinde cum pleraque negotia priuata certis quibusdam formulis ac ritibus essent peragenda, vt supra monuimus: in his quoque vel inprimis adibantur ^{l)}, quemadmodum et hodie fit ab rudi plebecula, vt stipulationes, aliarumque rerum gerendarum formulas conciperent: veluti emancipationis, adoptionis, in iure cessionis, sponsalium, dotis dictionis, in manum conuentionis, testamentorum ^{m)}, cretionum, mancipationum, et quae sunt generis eiusdem. Atque in eo genere tam diligentes fuere ICI, vt etiam certas fere singulis negotiis, formulas, ac stipulationes, componerent: quas qui solas tanquam e dictatis magistris cuiusdam tenebant, ceteroqui imperiti iuris, *formularii*, *pracones actionum*, *cantores formularum* ⁿ⁾, *pragmatici* ^{o)} denique, vocabantur. Huc pertinent *Manilianae uenaliu vendendorum leges* ^{p)}, hoc est, formulae rebus uenalibus vendendis: *stipulatio Aquiliana*, hisque similes.

k) *Cic. Muren. c. 11.*

l) *Cic. Or. III, 33.*

m) *Cic. Brut. c. 59. L. 88. §. ult. D. de leg. 2.*

n) *Cic. Or. I, 55.*

o) *Cic. Or. I, 59.*

p) *Cic.*

- p) *Cic. Or. I, 58. Varr. R. R. II, 5.* qui eas etiam Actiones vocat. Male eas interpretatur *I. F. Gronov. de Pec. Vet. IV, 8.* cf. de formulis emendi vendendique *H. Magii Miscell. IV, 3.* in *Gruter. Lamp. Crit. T. II.* p. 1401.

§. XI.

Tertium erat *causore*. Namque fere in omni negotio officioque civili^{q)} sic Iurisconsultorum adibat domus, tamquam oraculum totius civitatis: quo sibi quisque consilio prospiceret, ne caperetur, atque falleretur: veluti in emendo, vendendo, locando, conducendo, societate ineunda, ceterisque rebus contrahendis. Quod apud Romanos hoc magis erat necessarium, quod saepe numero plus valebat, in rebus contrahendis, quod lingua nuncupasset, scriptumque esset, quam sententia et aequitas. Inde tot *cautiones* a Ictis inuentae.

- q) *Cic. Or. III, 33.*

§. XII.

Ceteram Iureconsulti consulebantur vel in transverso foro ambulantes^{r)}, vel domi suae in solio sedentes^{s)}.

- r) *Cic. Or. III, 33.* quod erat insigne, inquit, cum, qui id faceret, facere omnibus civibus sui consilii copiam.
s) *Cic. Or. I, 46. Leg. I, 3.* Non tamen existimandum, solum fuisse proprium Iureconsultorum, uti putabat *Heineccius Ant. Iur. I, 2. 33.*

§. XIII.

Iam cum dixerimus, ex his Iureconsultorum inventis, responsis, opinionibus, innumerabilia iura nata esse, monendum hic est, id non ita capiendum esse, quasi Iurisconsulti eam auctoritatem habuerint, ut sententiae eorum pro iure valerent. Id enim privati hominibus non convenit. Sed Ictorum sententiae

tentiae vim iuris nactae sunt, quod vsu diuturno, et quasi consensu tacita populi, comprobatae receptaeque erant. Inde id ius vocatur *consensu receptum*¹⁾, *Ius receptum*, *Receptae sententiae*²⁾, et κατ' ἐξοχὴν, nomine communi, *Ius civile*³⁾, et, quoniam e multis rebus fictis commentitiisque constabat, *Ius commentitium*⁴⁾ ipsi autem Iureconsulti inde adpellantur *Iuris auctores*, *conditores iuris*⁵⁾, νομοθέται⁶⁾,

t) *pr. Inst. de adquis. per adrog.*

u) *Fest. voc. Receptum. L. 115. §. 2. D. de V. O. L. 41. D. de reb. cred.*

x) *Cic. Off. III, 16. L. 2. §. 5. D. de Or. Iur.*

y) *L. 20. D. de poen. quod explicatur egregie a Ian. a Costa in Praelex. ad L. vn. C. de delict. defunct. in Meermann. Thes. Iur. T. I, p. 714. seqq. conf. Bynkershoek. Obs. V, 16. [Ios. Lud. Ern. Püttmann. Probab. Iuris II, 1. et Io. Ge. Fichtner. D. de iure commentitio, Altorf. 1723. 4.]*

z) *Cuiac. Obs. VII, 25.*

*) *cf. Aug. a Leyser de summo iurisprudētia et Ictorum in rom. rep. contentu, Viteb. 1706. 4. Gottl. Slevogt de Elogiis Ictor. Rom. in Collect. Opusc. de sed. et philos. Ictor. Ien. 1724. 8. in Praef. Mich. Henr. Gribner Pr. de νομοθεσίᾳ veterum Ictorum, seu, de titulo, quo iuris auctores et conditores appellantur, Lips. 1750. 4. et Christ. Henr. Breuning Diss. de ICTo Nomotheta, Lips. 1766. 4. Vocantur etiam amici principis. Sic in rescripto Diuorum Fratrum, apud Ulpianum in leg. 17. D. de iure patron. Volusius Maecianus appellatur principis amicus. Adduntur deinceps haec verba: sed cum, et ipso Maeciano, et aliis amicis nostris, Iuris peritis adhibitis, plenius tradāremus. Et in fine: sed et Saluii Iuliani, amici nostri, clarissimi viri, haec sententia fuit. Sic Tac. Ann. VI, 26. Neruam vocat continuum principis et amicorum proximum. Idem Neruam Pomponio L. 2. §. 47. D. de O. I. audit Caesaris familiarissimus.*

§. XIV.

Restat, vt, antequam ad ipsos Iureconsultos veniamus, pauca quaedam attingamus de ratione docendi discendique Iuris, ac de dissensionibus eorum. Ac primum quidem pueri Leges XII. tamquam carmen aliquod necessarium ediscebant, Ciceronis autem tempore inprimis Edicta praetorum cognoscebant^{a)}. Deinde philosophia, non tamen omnino Stoica^{b)}, imbuti^{c)}, litteris instructi, sumta virili toga^{cc)}, ad magnum aliquem Iureconsultum deducebantur, vt ei de iure respondenti adessent, et sic sensum paullatimque usum fori, quem vocant, perciperent^{d)}. Neque enim, qui mos deinde inualuit, artis praecepta tradebant Icti, aut certum aliquod tempus ad docendum sibi seponebant, sed respondentes erudiebant discendi cupidos, ita, vt eodem tempore et discantibus satisfacerent, et consulentibus^{d)}.

a) *Cic. Leg. I, 5, II, 23.*

b) Plerique, post *Cuiac. Obs. XXVI, 40.* et in iis etiam *Heinecc. Hist. Iur. I, 25.* putant, Iureconsultos omnes Stoica philosophia imbutos fuisse. Sed vt de aliquibus concedatur, de omnibus falsum est. Patet id exemplis multorum: aliisque etiam argumentis demonstrari potest.

c) *Qui de Stoica Iureconsultorum philosophia scripserunt, eorum libellos coniuncte edidit Gottlieb Slevoigt Collect. opusc. de Sectis et philosophia Ictor. Ien. 1724. 8. add. Ern. Ioach. Westphalen Diss. de Stoa Ictor. Rom. eiusque historia et ratione, Rostoch. 1724. Io. Gottfr. Schaumburg de iurispr. veter. Ictor. Rom. Stoica, Ien. 1745. 4. De hac philosophia disputauit etiam Ios. Toscani, in iuris publici romani arcanis, (Neap. 1767. 4.) Tom. I. cap. 3. p. 89. sq. Fertur praeterca Ant. Sergius, Ictus Neapolitanus, idem argumentum persecutus esse in peculiari Diss. de vera Ictorum philosophia, quae an lucem viderit, compertum non habeo. Scripsit tamen nouissime Fr. Guil. Boers Spec. de Anthropologia Ictor. Roman. Lugd. Bat. 1778. 4. Phil.*

Phil. Caulinus Progyum. de veterum ICTorum philosophia, Neap. 1779. 8. At vero in vniuersum eos non fuisse Stoicos, superiori aetate demonstrauit *Paganin. Gaudentius de philosophiae apud Romanos initio et progressu*, (Pilis 1643. 4.) cap. XLIII. p. 106. Vnde plurimos a saeculo tertio eclecticicos fuisse, recte probatum est a *Gotfr. Oleario Diss. de philosophia eclectica*. Caeterum docta est disputatio *Io. Guil. Hoffmanni de dialectica veterum ICTorum in Meletematibus acad. ad Pand. Fref. ad Vladr. 1735. 4.* De philosophia veterum ICTorum non nihil etiam notauit *Ios. Lud. Ern. Püttmannus Interpret. et Obs.* (Lips. 1763. 8.) c. II. p. 5. sq. add. *Ioh. Andr. Ortloff, V. C. Abhandl. über den Einfluss der stoischen Philosophie auf die römische Jurisprudenz*, Erlangen 1797. 8. et *Frid. Gerh. van Linden Disp.* (praeside *Dan. Wyttenbachio*) *de Panaetio Rhodio Philosopho Stoico*, Lugd. Bat. 1802. m. 8. qui aduersus Ludouicum, cuius Prol. *de Panaetii Stoici meritis in rom. philos. et iurispr.* Lips. 1745. 4. prodiit, nonnulla disputauit. Omnem autem de *Stoica ICTorum philosophia* sententiam singulari libello sub examen vocare constituimus ipsi.

***) cf. *Io. Fr. Gronou., Obs.* II, 21. et *Car. Aug. Böttiger, V. C. Pr. de originibus tirocinii apud Romanos*, Vindob. 1794, 4.

c) *Cic. Orat.* c. 42.

d) *Cic. Or.* c. 42.

***) v. *Io. Dau. Ellrod Diss. de Roman. veterum iurisprud. tradendi ratione*, Baruthi, 1738. 4.

§. XV.

De Dissensionibus, sequitur, vt dicamus: quas quidem e diuerso interpretandi iuris sensu natas esse; facile intelligitur*). Summa autem dissensionis haec erat, vt alii scriptum, summumue ius, alii aequitatem, magis defenderent. Ac scriptum quidem defendebant ii, qui factum cuiusque ius Legum, vel stipulationum, atque conuentionum, verbis terminabant: aequitatem autem hi, qui rationem, sententiamque iuris, vel conuentionum, spectabant: atque hanc imprimis

primis sectam fecuti sunt illi, qui praeter iuris civilis disciplinam, adsumserant facultatem dicendi et eloquentiam *). Exempla talium dissensionum sunt haec: Bruti quidem, et Manilii, vtrum partus ancillae in fructu esset, nec ne^{f)}: L. Crassi et Q. Scaevolae, vtrum, substitutione secundum pupillum facta, etiam intelligi possit vulgaris; quod maxime quaesitum est ac disceptatum in causa Curiana^{g)}. Eiusdem generis controuersiae fuerunt, de iure postliminii, in causa Mancini Numantinae dediti^{h)}, neque recepti: de manumissis censu, continuone, an vbi lustrum conditum sit, liberi sint^{***)}. Item in eo, an iustae nuptiae essent, nuacio priori uxori non remisso, contractaeⁱ⁾: an denique bonorum paternorum esset exheres filius, quem pater neque heredem, neque exheredem scripsisset nominatim^{h)}. Atque huiusmodi fuit etiam disputatio ea, quae intercessit Crasso ac Galbaeⁱ⁾: quam quidem male ad disputationem fori referunt vulgo: ac denique, possetne heres furti agere, quod furtum antea factum esset^{m)}. Ex his vero exemplis, credo, intelligitur, dissensiones Ictorum non demum sub Augusto, Labeone, Ateio, que Capitone principibus, exortas esse,

*) Has dissensiones et controuersias saepius Icti romani attigerunt in scriptis, quae edidere, responsis, vti nonnunquam in refutandis aduersariorum sententiis verbis duris, plerumque tamen non nisi modestis. v. *Godofr. Mascovii Or. de modestia veterum Ictorum*, Harderouici 1729. 4. Hinc interdum ad aliorum libros notas, nec semper tamen reprehensorias, conferriperunt; interdum ipsi retractant, cf. *Io. Sal. Brunquell Comm. de retractationibus veterum Ictor.* Ien. 1726. et cum praef. *Gottl. Aug. Ienichen*, Lips. 1737. 4.

e) Nam ibi fere de aequitate disputabant. *A. de caus. corr. cl. c. 31.*

f) *Cic. Fin. I, 4. cf. L. 27. pr. D. de hered. pet. §. 37. Inst. de R. D.*

Q

g) *Cic.*

g) *Cic. Or. I, 39. et 57. Brut. c. 52. Quintil. Inst. Or. VII, 6, 9. Atque haec controuersia mansit vsque ad Diuum Marcum, qui eam L. 4. D. de vulg. et pupill. subst. plane definiuit**).* Huius controuersiae historiam persecuti sunt egregie *Breucmann. de Heuemat. c. VII. et Mascou. de Sectis Sabin. et Procul. IX, 18, 1.*

***) *Dissentit. Io. Lud. Ern. Püttmannus, in Probus. de iudicio Curiano, Lips. 1765. 4. adi. Siccauae libro de iudicio centumuir. edit. Zepernickii. p. 223. sq.*

h) *Cic. Or. I, 40. Top. c. 8. extr. cf. L. 17. D. de legat. L. 5. de capt. et postlim. omninoque Balduin. Iurispr. Mucian. p. m. 49.*

****) *Cic. Or. I, 40. quod per calumniam quaeri potuisse dicit Ernesti ad Tac. Ann. XIII, 27. Sed vid. Fragm. vet. Ict. in Iurisprud. Anteiust. p. 564. 808.*

i) *Cic. Or. I, 49.*

k) *Cic. Or. I, 38.*

l) *Cic. Or. I, 56.*

m) *Cic. ad Diu. VII, 22. de qua quaestione v. Mercur. Opin. II, 5.*

§. XVI.

Postremum huius sectionis caput est enarratio Iureconsultorum, librorumque eorum, quibus ius civile inprimis vel fundatum, vel illustratum est^{*)}. In quo quidem tantum eius magistratus mentionem faciemus, breuitatis causa, quem quisque summum gessit, vt inde aetas cuiusque intelligi possit^{**}). Primus quidem, qui illustratus sit, occurrit, **APPIVS CLAVDIVS**, *Caecus*, antè caecitatem autem *Crassus* dictus, quem Pomponius *Centumanum* adpellat^{*)} ^{***}). Is aliis iam summis honoribus perfunctus, anno CCCCLVII, Consul iterum fuit. Scripsisse primus *actiones* traditur, et *de usurpationibus*^o): litteram R. in quibusdam vocabulis inuenit^o). Eius *oratio de Pyrrho* Ciceronis tempore adhuc extabat^o).

*) Huc faciunt postquam, qui integris de vitis veterum Ictorum commentariis exposuerunt. Sunt diuersi generis.

neris. Qui ex instituto scripserunt, in iis eminent: *Vitae tripartitae ICTor. veterum a Bern. Rutilio, Io. Bertrando, et Guil. Grotio conscriptae, cura Io. Christoph. Franckii, Hal. 1718. 4. coniunctim editae. Nic. Henelius Comm. de veteribus ICTis, Lips. 1654. 8. Fr. Hotmannus de ICTis, qui in Pomponio memorantur, in Opp. T. III. Guid. Pancirollus de claris legum interpretibus, cura Chr. God. Hofmanni, Lips. 1721. 4. Petr. Taisand Vies des plus celebres ICTes, Paris. 1721. ed. auct. ibid. 1737. 4. Io. Strauchii Vitae aliquot veterum ICTorum, cura Christ. Gottlieb Buderii, Ien. 1723. 8. Nic. Tortorelli degli antichi Giureconsulti Rom. Napol. 1736. 4. et, qui antea Comm. ad quinque ICTor. fragm. Valentiae 1723. ediderat, Greg. Maiansius Comment. ad fragmenta triginta veterum ICTor. Genev. 1764. II. Tom. 4. Singulorum ICTorum biographos suis locis sumus laudaturi, Silentio tamen haud prorsus praeteriendi, qui de priscis ICTis incidenter egerunt: Commentatores ad Pomponii Enchiridion, Cuiacius, Rupertus, Waechterus et Bynkershoekius, quos iunctim edidit Io. Lud. Vhl Collect. Opusc. ad hist. iuris pertinentium, Hal. 1735. 4. Ge. Eberlini Comm. de orig. iur. et success. magistrat. Viteb. 1672. 4. nec non Gerh. van der Muelen Exerc. ad Pompon. Enchirid. Trai. ad Rhen. 1723. 4. Abr. Wielingii Notae ad Ind. ICTor. chronolog. in Iurisprud. restit. Amst. 1727. 8. et Ernesti Clau. Cic.*

7) v. Adr. Stegeri Diss. de honoribus veter. ICTor. Lips. 1743. 4. et Chr. Gottl. Heynii V. C. Prol. Honores ICTis habiti ab Imperatoribus romanis, in Opusc. academ. (Gotting. 1796. 8.) Vol. IV. num. 13.

8) L. 2. §. 36. D. de Or. Iur. Crassum vocat *Fraulin. de aquaeduct. I.* init. Stemma Appiorum composuit ex Rupto ad Pompon. p. m. 307. sqq. Heinecc. Hist. Iur. I, 114.

9) cf. Henr. Theod. Pagenstecher Diss. de Appio Claudio Centumano, ad L. 2. §. 36. D. de O. I. Duisb. 1738. et in Triade Diss. Lemgou. 1739. 4. et de ipso Centumani nomine, quod falso ei tribuitur, Herm. Connegietor Obs. Iur. Rom. III, 2.

10) Pomp. L. 2. §. 36. de Or. Iur. Est autem haud dubie ibi legendum; Hunc etiam actiones scripserunt tradi-

tum est primum, et de usurpationibus. Nam Pomponius sine dubio respicit id, quod §. 7. dixerat, quodque refert *Plin. H. N. XXXIII, 1. cum actiones composuisset et ad formam redègisse*: quas deinde Cn. Flavius scriba eius edidit.

p) *Pompon. l. c.*

q) *Cic. Brut. c. 16. ad q. l. v. Corrad.*

§. XVII.

P. SEMPRONIUS, *Sophus* propter sapientiam in iure civili cognominatus^{r)}, Consul anno CCCCL, fuit.

r) *Pompon. L. 2. §. 37. dicit: nec quisquam ante hunc, aut post hunc, hoc nomine cognominatus est, quod quomodo capiendum sit, ne cum historia pugnet, docet Perizon. Animadu. Hist. c. II. p. 69. [add. Jac. Curtius Coniectural. Iur. civ. I, 28. in Ottonis thes. T. F. p. 121. Posteris non fuit proprie cognomen a sapientia, sed hereditarium.]*

§. XVIII.

TIB. CORVNCANIUS^{*)}, Consulatu, anno CCCCLXXIV, functus, anno D, creatus primus e plebe pontifex^{s)}, senex obiit, anno DIX^{t)}: summa diligentia ac dexteritate ius civile respondit^{u)} primusque ius publice professus est. v. supra §. VII.

*) v. *Lud. Aug. Würffel Diss. Epist. de Tiberio Corvuncanio, Icto romano, diuini humanique iuris inflauratore et interprete, Hal. 1740. 4.*

s) *Epit. Liu. lib. XVIII.*

t) *Id. lib. XIX.*

u) *Cic. Or. III, 15. et 33. Brut. c. 14. N. D. II, 66. Cat. c. 9. Lael. c. 11. L. 2. §. 38. de Or. Iur.*

§. XIX.

P. LICINIUS CRASSVS, *Dives*, Consul anno DXLIX, Ictus celebris, ac Pontifex M.^{x)}

x) *Cic. Or. III, 33. Cat. c. 9. Liu. XXX, 1. vbi omnia eius naturae fortunaeque bona enumerat.*

§. XX.

§. XX.

P. CINCIVS ALIMENTVS, Praetor Siciliae anno DXLII^{*)}, scripsit de *Officio Iurisconsulti*²⁾, item *Annales*¹⁾, *Fastos*, de *comitiis*³⁾, de *consulari potestate*⁴⁾, *Mystagogica*, de *verbis priscis*⁵⁾, et *de re militari*⁶⁾ Libros VI.

*) Hic §. ponendus erat ante §. XVI. ratione temporis.

1) *Fest.* voc. *Subiici*.

2) *Fest.* voc. *Patricios*.

3) *Fest.* voc. *Praetor*.

4) *Id.* voc. *Rohdus*.

5) *Gell. N. A.* XVI, 4. in quo de iure feciali, ritu belli indicendi, et de delectu egit. cf. *Naudaeus de studio militari* II, 6. De eius scriptis v. *Voss. Hist. Gr.* IV, 13. *Lat.* I, 4. *Fragmenta Sallustio* subiecit *Wassius*.

§. XXI.

P. CORNELIVS SCIPIO NA'SICA^{*)}, qui Quae-
stor a Senatu *vir optimus* adpellatus est²⁾, Consul
anno DLXIII, in summo honore propter iurispruden-
tiam fuit³⁾, ideoque domus publice in sacra via ei
data⁴⁾. Eius item filius PVBIVS propter sapien-
tiam *Corculum* dictus est⁵⁾.

*) v. *Henr. Theod. Pagenstecher Diss. P. Cornelius Scipio Nasica*, ad J. 2. §. 37. *D. de O. I.* in *Diss. varii argu-
menti*, Lemgou. 1746. 4.

2) *Lin.* XXIX, 11. 14. *Val. Max.* VII, 5. *L. 2.* §. 37. *D. de Or. Iur.* et *Cic. Har. Resp.* c. 13.

3) *Cic. Or.* III, 99.

4) *L. 2.* §. 37. *D. de Or. Iur.* *Stemma eius ordinavit*
Rupertus ad Pompon. p. m. 323.

5) *Cic. Brut.* c. 20. et 58.

§. XXII.

Eodem numero fuit Q. MUCIVS^{*)}²⁾, quem
Pomponius tradit legatum ad Carthaginienses missum,
cum essent duae tesseræ positæ, vna pacis, altera
belli, arbitrio dato, vtram vellet, referret Romam,

utramque sustulisse, ac dixisse, Carthaginienses potere debere, utram mallet accipere.

a) *Origo gentis Mucia* a Mucio illo Cordo, qui, errato in caede Porfenae regis, cum dextram iratus in ignem misisset, ea adusta, Scaeuola dictus est. Scaeuae enim vocantur, qui laeua pro dextra utuntur, *L. 12. §. 3. D. de aedil. ed. ἀπὸ τῆς σκαυᾶς.*

b) *L. 2. §. 37. D. de Or. Iur.* Sed viri docti plerique emendant nomen, ponuntque *Q. Maximum*, propterea quod *Liuius XXI, 18.* aliique veteres, non *Q. Mucium*, sed *Q. Fabium Maximum*, eius legationis principem referant **). Sed cum ipsa res quoque a *Pomponio c. l.* aliter, atque ab iis, referatur, equidem putem, Pomponium secutum esse auctores, qui principem legationis *Q. Mucium* traderent, adeoque, si error sit, non esse librariorum, sed ipsius Pomponii: nihilque adeo mutandum. Variatum autem in ea re a veteribus fuisse, vel e *Gellio N. A. X, 27.* patet. Huc accedit, quod doceri non potest, eum, quem reponunt, *Q. Fabium*, Ictum fuisse. v. *Alciat. Parerg. IV, 17.*

***) Sic et *Georg. & Arnaud Vit. Saecularum Diss. postuma. Edidit*, adiecta praef. obseru. et indice, *Hew. Io. Arntzenius, Trai. ad Rh. 1767. 8. §. VIII. p. 18.*

§. XXIII.

Iisdem temporibus extiterunt Icti celeberrimi duo fratres, P. et SEX. AELII PAETI CATI¹⁾: e quibus PUBLIUS anno DLIII, SEXTVS autem anno DLVI*), Consul fuit**). Magis tamen enituit in iure civili SEXTVS, qui Ennio dictus est *Egre-gis cordatus homo, Catus Aelius Sextus*. Scripsit *Tripertita iuris civilis*^{h)}, aliasque libros, quos Pomponius dubiae auctoritatis esse dicit: *Commentarios de iure civili* certe edidit^{l)}. Ceterum continentissimus fuit^{m)}.

i) *Pompon. L. 2. §. 37. D. de Or. Iur.*

*) Hic §. ponendus erat ante §. XXI. per temporis rationem.

**) De

*) De Aeliis, data opera, differit *Greg. Maiansius Comm. ad fragmenta ICtor. Tom. II. p. 37, sq.*

k) *L. 2. §. 37. D. de Or. Iur.* Saepe veteribus laudatur, velut *Cic. ad Div. VII, 22. Top. c. 5. Gell. N. A. IV, 1.* nam hic pro *Seio Aelio* legendum *Sexto Aelio* docet *Perizon. Animadu. Hist. c. II. p. 71.* Is quidem, quid *lessus* sit in XII. tabulis, ignoravit, *Cic. Leg. II, 23.* Non confundendus est cum *L. Aelio*, quem *Cicero Brut. c. 56. antiquitatis peritum* vocat, quique de antiquitate Romana scripsit, et commentarios in XII. tabulas, de quo v. *Cartio Ant. Lect. I, 8.*

l) *Cic. Or. I, 56. extr.*

m) Nam huic tribuendum esse id continentiae specimen, quod *Val. Max. IV, 3.* et ex eo *Plin. H. N. XXXIII, 1.* errore *Q. Aelio Tuberoni* tribuunt, ostendit *Perizon. Animadu. Hist. c. II. p. 61. sqq.* vnde dubitatio *Rupertii ad Pomp.* refellitur.

§. XXIV.

L. ACILIVS Sapiens, quem **Pomponiusⁿ⁾**, sive librarii, errore **Atilium** vocant, quique scripsit **Commentarios in XII. tabulas^{o)}**, iisdem temporibus floruit.

n) *L. 2. §. 38. D. de Or. Iur.*

o) *Cic. Leg. II, 23. et Laet. c. 2.*

§. XXV.

Iisdem fere temporibus ponitur **SER. FABIUS PICTOR^{p)}**, **ICTUS**, non confundendus cum **Q. Fabio Pictore, Historico^{q)}**. **Libros iuris pontificii** scripsit^{r)}. **Q. FABIUS LABEO, ICTUS^{s)}**, eorundem fere temporum.

p) *Cic. Brut. c. 21. de tota Pictorum familia vid. Voss. Hist. I, 3.*

q) v. de eius fide [*Io. Aug.*] *Ernestii Prolusio pro Fabio historico adversus Polybium, [Lips.] 1746. 4.*

r) *Macrob. Saturn. III. init.*

s) *Cic. Brut. c. 21.*

§. XXVI.

T. MANLIUS TORQUATUS, iuris civilis et sacrorum pontificalium peritissimus¹⁾, Consul anno DLXXXIX.

- 1) *Val. Max. V, 8, 3. Epit. Liu. lib. LVIII. vbi v. Duker. Cic. Fin. I, 7. de veterum ipsorum in gente Manlia distinguenda erroribus v. Perizon. Anim. Hist. c. VIII. pag. 350. sqq. a quibus sibi non cauit Heinecc. Hist. Iur. I, 127. not.*

§. XXVII.

At hos ignobiliores, certe hodie minus notos, ICTOS, tum ingenio, tum scientia, longe multumque superavit M. PORCIUS CATO, *Sapiens*, qui nullo genere ortus, ingenio atque industria sibi summos quoscunque honores aperuit, maximaque auctoritate, rebus egregie gestis parta, floruit^{*)}. Fuit enim in eo viro versatile ad quascunque artes ac disciplinas ingenium, summumque studium, tanta autem eruditio ac scientia, vt non minus egregius historicus, orator, atque imperator, quam ICTUS, esset^{u)}. Consulatu functus est anno DLIX^{**)}. Censuram triennio post seuerissime gessit, vnde *Censorius* adpellatus^{z)}. In summa senectute decessit^{y)}, anno DCV. Praeter *Origines*, libros *de Re Rustica*^{z)}, *de disciplina militari*^{a)} *de tribunis militum*^{b)}, *orationesque* permultas, quarum se amplius centum quinquaginta legisse testatur Cicero^{c)}, aliaque scripta, edidit *Commentarios Iuris Civilis*^{d)}, et *Responsa*, expressis personarum nominibus^{e)}.

*) M. Porcii Catonis Censorii Vita. apud *Plutarch. vit. parallel. et Greg. Maiansium Tom. I. p. 3. sequ. add. Casp. Sagittarii Commentatio de vita et scriptis M. Porcii Catonis*, Altenb. 1672. 8.

u) *Cic. Brut. c. 15. Liu. XXXIX, 40. Cic. Or. I, 37. III, 33. Corn. Nep. Caton. c. 3.*

***) Vnde huic §. postponendus erat §. XXI.

z) *Liu.*

- x) *Liv.* XXXIX, 41. sq.
- y) *Liv.* XXXIX, 40. narrat, eum nonagesimo aetatis anno Servium Galbam ad iudicium populi adduxisse. *Cic. Brut.* c. 20. tradit, eum octoginta quinque annos natum obiisse: cum quo consentit *Plin. H. N.* XXIX, 1.
- z) qui hodie supersunt eius nomine inscripti, vtrum eius sint, dubitatur. Sed v. *Gesner. praef. ad Script. Rei Rust.* p. 1. sqq.
- a) *Veget.* I, 8. vbi v. *Stewech.*
- b) *Non.* voc. proletarii.
- c) *Cic. Brut.* c. 17. quales fuerit oratio de pecunia regis Antiochi, *Liv.* XXXVIII, 55. in *Quintium Flaminium*, *Liv.* XXXIX, 42. de dote, *Gell. N. A.* X, 23. pro L. Turio contra Cn. Gellium, *Gell.* XIV, 2. oratio de praeda militari, *Non.* voc. Fite, et *Gell. N. A.* II, 18. de praeda in publicum referenda, *Priscian.* VII. extr. in *Ser. Galbam*, *Cic. Brut.* c. 20. de foederatione *Legis Iuniae*, *Fest.* voc. prorsus.
- d) *Fest.* [voc. mundus.]
- e) *Cic. Or.* II, 33. vbi Cicero morem eum, nomina personarum in responsis edendis exprimendi, reprehendit. Ceterum prope abest, vt *Responsa* in eius *Commentariis iuris Civilis* comprehensa fuisse putem.

§. XXVIII.

Filius eius M. PORCIUS CATO^{a)}, virtutibus patennis, egregia item iuris scientia, clarus, mortuus est anno DC, Praetor designatus^{f)}. Quae in iuris nostri libris nomine Catonis referuntur, veluti *Regula Catoniana*^{b)}, pleraque tribuuntur Catoni filio, propterea, quod Pomponius ait, plurimos eius de iure civili fuisse libros^{h)}: haud scio, an perperam^{**}).

a) Eius vitam exhibet *Greg. Maians. Comm. Tom. I.* p. 3. seqq.

f) *Cic. Cat. mai.* c. 29.

g) de qua est proprius titulus in *Digestis*. vid. de ea *Cuiac. Obs.* IV, 4. *Maians. Disputat. Iur.* XLIII. [*Franc. Balduin. sing. lib. ad reg. Caton. in app. Tr. de Ratione*, *Basl.* 1557. 8. *Io. de Pareja Otium quadrimest.*

drineft. (Salman. 1591. 4.) *lib. I. Iac. Voorda Interpret. et Emendatt.* (Trai. ad Rheu. 1768. 8.) *Lib. II. c. 22. p. 208. sqq.]*

h) *Pompon. L. 2. §. 38. D. de Or. Iur. et Gell. N. A. XIII, 19. Ceterum tempore Gellii adhuc extitit Commentarius de familia Porcia, Gell. N. A. XIII, 19. Steurma autem ordinavit Heinecc. Hist. Iur. I, 131.*

**) At, Bachio ipso iudice *Lib. III. Cap. I. Sect. VI. §. XIV. not. b.) et §. XXII. not. h.)*, quando Nerva solus laudatur, intelligitur pater, et, quando Celsus solus citatur, pater Celsus.

§. XXIX.

C. LIVIVS MAMILIANVS DRVSVS*), Consul anno DCVII, senex, etiam oculis captus, atque infirmus, consulentibus diligenter respondit¹⁾, et egregia monumenta composuit²⁾.

*) v. *Maiansii Drusus* *ibid. Tom. II. p. 35.*

i) *Cic. Tusc. V, 38.*

k) *Val. Max. VIII, 7. laudatur in L. 38. §. 1. D. de act. emt. vend.*

§. XXX.

C. MARCIUS FIGVLVS*), Consul [II] anno DXCVIII, iuris ciuilis disciplina celeberrimus extitit¹⁾.

*) Praeponendus Druso per rationem temporis, Causa erroris quaerenda in Heineccio, qui Figuli consultatum perperam refert ad annum DCXX.

i) *Val. Max. IX, 3, 2.*

§. XXXI.

Iam dicendum de Triumuiris, qui ius civile fundasse dicuntur Pomponio^{m)}. Eorum princeps est P. MUCIVS, P. F. Q. N. SCAEVOLA*), Consul anno DCXXI, ac deinde Pontifex Maximus; primus iurisprudentiam in gentem Muciam intulit, nisi ille Q. Mucius, de quo supra iam dictum est, primus

primus fuerit, atque inde quasi hereditarium ac gentilitium bonum iurisprudencia mansitⁿ⁾ **). Reliquit decem libellos de iure ciuili^{o)}.

*) v. Greg. Maiansii P. Mucius in Comm. Tom. I. p. 141. et Ge. d'Arnaud Vitae Scaeuolarum, Dissortatio postuma. Edidit, adiecta praefatione, obseruationibus, et indice, Henr. Io Arntzenius, Trai. ad Rh. 1767. m. 8. §. XVI—XXV. p. 43—74.

o) L. 2. §. 39. D. de Or. Iur. Fundare ius ciuile dicitur ille, qui disciplinam quasi extruit, atque constituit. Atque id ita h. l. capiendum esse, intelligitur.

n) Muciorum opiniones atque responsa doctissime explicauit Fr. Balduinus in libello de Iurisprudencia Muciana [Basl. 1558. 8. recuf. cura Nic. Hier. Gundlingii, Frcf. et Lips. 1729. 8. et in Heineccii iurisprud. rom. et att. Tom. I. p. 441.] Stemma autem Muciorum disposuit ac digessit Rupertus ad Pomponium p. m. 389. ex eoque Heinecc. Hist. Iur. I, 134.

**) Excelluit etiam duodecim scriptorum lusu, de quo cf. Dan. Souterii Palamedes (Lugd. Bat. 1622. 8.) cap. XV. et XVI. p. 39. sq. aliisque rebus ludicris, Cic. de Orat. I, 50. Quinſil. Inst. Orat. XI, 2. Val. Max. VIII, 8, 2. ad quem locum vid. Arnald. l. c. p. 70.

o) L. 2. §. 39. D. de Or. Iur. Ex iis haud dubie est, quod laudat, de ambita aedium, Cic. Top. c. 4. (e quo Cuiac. Obs. XIII, 27. eruit speciem L. 41. §. 1. D. de S. P. V.) cf. Arnald. Var. Coni. II, 25. [et Vit. Scaeu. s. XXI. p. 61. sq. ibique Henr. Io. Arntzen, V. C. in not. p. 63. sqq.] item alii, et Icti in Digestis ***).

**) Hoc non dici potest. Potius si quid ex Mucio laudatur in Digestis: id sine dubio intelligendum de Q. Mucio, huius filio, Pontifice Maximo, qui multa scripsit, et de quo §. 39. differitur.

§. XXXII.

Alter est M. IUNIVS BRVTVS*), praetorius, qui reliquit septem de iure ciuili libros^{p)}, vt tradit Pomponius; quamquam periti tantum tres pro geniuinis habuerunt, auctore Cicerone^{q)}. Saepe eius auctoritate Cicero, et Icti nostri, vtuntur.

*) Vitam

- *) Vitam vide in *Greg. Maiansi Commentariis, Tom. I. p. 127. seqq.*
- p) *L. 2. §. 39. D. de Or. Iur.* In quo loco emendandum censet *Bynkershoek. Praetermiss.* quod *septem* scribit Pomponius, reponendumque transpositione *tres*; propterea, quod Cicero dicit, *tres* genuinos tantum habitos fuisse. At id ipsum contra eum facit. Potuit enim Pomp. in auctorem incidisse eiusmodi, qui septem Bruti libros laudaret.
- q) *Cic. Or. II, 55.* in quibus haud dubie etiam responsa ipsius fuerunt, quae expressis personarum nominibus edidit *Cic. Or. II, 33.* Eum laudat *Cic. Brut. c. 35.* [add. *Gell. N. A. VII, 15. XVII, 7.*]

§. XXXIII.

Tertius M^o (h. e. Manius) MANILIVS*), Consul anno DCV, fuit, de iure diligenter et assidue consulentibus respondit^r). Scripsit *tres libros de iure ciuili*^r), ac praeterea *volumina* inscripta *Manilii Monumenta*^r), de quibus nihil extat. *Manilianas venalium vendendorum leges* supra iam memorauimus.

- *) v. *Greg. Maiansi Manilius in Comm. T. I. p. 114.* Praeponendus P. Mucio Scaeuolae per rationem temporis §. XXXI.
- r) *Cic. Or. III, 33.* de eo cf. *Boher, ad Cic. Somn. Scip. init.*
- s) *L. 2. §. 39. D. de Or. Iur. Bynkershoek. Praetermiss.* ad h. l. transpositione emendans legit: *Brutus tres, Manilius septem*: quod non est necessarium: vid. ad §. antec.
- t) Eas non esse diuersas a *Manilianis venalium vendendorum legibus*, statuit *A. Augustin. nomin. propr. Pand. p. 211. Thes. Iur. Otton. T. I.* sed sine idonea ratione: immo vero: ex idoneis causis contradici potest.

§. XXXIV.

P. LICINVS CRASSVS MUCIANVS*), frater naturalis *Publii* illius *Scaeuolae*, de quo §. XXXI. ado-

adoptatus a *P. Crasso Divite*, non confundendus cum *L. Crasso Oratore* ^{u)}, de quo paullo post, domi ius civile didicit ^{x)}, valdeque peritus eius fuit, Consul fuit anno DCXXIII, et Pontifex M.

^{u)} cf. *Ge. Arnaldus Vit. Scaeuolar.* §. XV. p. 36. sqq.

^{x)} uti facit ipse Pomponius *L. 2. §. 40. Heinecc. Hist. Iur. I, 143.* aliique multi: v. *Rupert. ad Pompon. p. m. 383. f. Perizon. Animadu. Hist. c. IX. p. 362.* et *Ritter ad Heinecc. l. c.*

^{z)} *Cic. Or. I, 37. et 56. Brut. c. 26.*

§. XXXV.

Q. MUCIUS Q. F. Q. N. SCAEVOLA, *Augur* ^{o)}, illius superioris *P. Crassi*, et *P. Mucii Scaevolae* frater patruelis, cum *Q. Mucio Scaeuola* Pontifice M. non confundendus, de quo paullo post, Consul fuit anno DCXXXVII; Ciceronis, qui ad eum iam valde senem a patre deductus est ^{y)}, praeceptor in iure civili: maximus Ictus ^{z)},

^{o)} v. *Greg. Maiansii Q. Mucius in Comm. Tom. I. p. 159.* et *Ge. Arnaldus Vit. Scaeuolar.* §. XI — XIII. p. 22 — 34.

^{y)} *Cic. Lael. c. 1.*

^{z)} *Val. Max. VIII, 12. Cic. Balb. c. 20.*

§. XXXVI.

P. RUTILIUS RUFUS ^{e)}, auditor *P. Mucii Scaevolae* illius Pontificis Maximi ^{a)}, Stoicae philosophiae studiosissimus ^{b)}, Consulatu, anno DCXLIX, functus, iniquissimo [repetundarum] iudicio damnatus, in exilio Sanyrnae confenuit ^{c)}. Praeter Libros *Historiarum, de vita sua, Hannibalicorum, et orationes* ^{d)}, etiam de iure civili scripsit, unde est haud dubie, quod in Digestis laudatur ^{e)}.

^{a)} v. *Maiansii Rutilius Rufus in Comm. Tom. II. p. 1. sq.*

^{e)} *Cic. Off. II, 13.*

^{b)} *Cic.*

- b) *Cic. Off. III, 2. Brut. c. 30.*
- c) *L. 2. §. 40. D. de Or. Iur. Cic. Or. I, 53. Val. Max. VI, 4. Vell. II, 13.* *Causa damnationis ei fuit, quod publicanos seuerè coercuit, cum Legatus [C. Marii Procons.] in Asia esset. Sed in eo errant Pompon. l. c. et Acon. Paedian. in Cic. Diuin. in Caecil. ille, quod Asiae Proconsulem, hic, quod Q. Mucio Quaestorem fuisse, scribunt. v. Perizon. Animadu. Hist. c. II. p. 58. sqq.*
- d) *Suet. Aug. c. 89.* memorat, Augustum eius orationem *de modo aedificiorum recitandam curasse.*
- e) *L. 10. §. 3. D. de vs. et habit. L. 3. §. 9. D. de pen. leg. [L. 1. §. 2. D. de arb. caed.]* Ceterum de eius scriptis in vniuersum consulendi sunt *Cuiac. Obs. II, 27. Torrent. ad Suet. Aug. c. 89. Casaub. Animadu. ad Athenae. c. XXXI. et ad Suet. l. c.* Fragmenta autem collegit *Wassus* in Sallustii editione. Ceterum vitam huius P. Rutilii singulari libello exposuit *Ant. Oiselius*, franco gallice, [*Vie de P. Rutilius Rufus, Iuriconsulte Stoicien,*] qui insertus est a *Meermanno T. I. Thesauri Iuris Ciu. et Canon. [p. 359.]*

§. XXXVII.

COELIVS ANTIPATER, L. Crassi Oratoris magister, iuris valde peritus^{f)}, iisdem temporibus floruit: magis tamen in historia elaborauit^{g)}.

- f) *Cic. Brut. c. 26. Extr. L. 2. §. 40. D. de Or. Iur.*
- g) *Scriptit enim belli Pun. II. historiam, Cic. Or. II, 12. Annales, Cic. Leg. I, 2. a Bruto in compendium missos, Cic. Att. XIII, 8. v. Voss. Hist. Lat. I, 8. et Pigh. ad a. 616. Fragmenta collegit Wassus.*

§. XXXVIII.

A. VIRGINIVS^{h)}, SEXTVS POMPEIVS, summus. ICTUS, ac Stoicusⁱ⁾, Q. AELIVS TVERO, iurisprudencia item atque Stoicae philosophiae studio clarus^{k)}, iisdem temporibus, et ex eadem disciplina, extitere. Omnes tamen gloria superauit L. CRASSVS, orator, Consul, anno DCLIX,

DCLIX, cum Scaeuola, discipulus Coelii Antipatri. Is enim, cum dicendi laude omnes vinceret, in iurisprudencia summus par fuit¹⁾.

b) Apud Pomponium *L. 2. §. 40.* vitiose dicitur *Paulus* *). v. *Rupert. ad Pompon. Enchir. p. 381. Ernesti Clau. Cic. Ind. Hist. h. n.*

*). Non opus est, ut vitium sit apud Pomponium: potuerunt enim fuisse diuersi duo *Virginii*: *Paulus* alter, cuius meminit Pomponius: alter *Aulus*, cuius se amicitia delectari ait *Laelius* apud *Ciceronem de amicit. cap. 27.* Non negauerim tamen, facile *Aulum* potuisse mutari in *Paulum* librariorum vitio.

i) *Cic. Brut. c. 47. Or. III, 21. Off. I, 6. Or. I, 15. Phil. XII, 11. L. 2. §. 40. D. de Or. Iur. Gell. N. A. I, 22.*

h) *L. 2. §. 40. D. de Or. Iur.* qui etiam *Consulem* fuisse **) scribit; quod ex *Cic. Brut. c. 31.* refellitur. cf. *Cic. Brut. c. 47. Off. I, 6. Gell. N. A. I, 22.*

**) Neque in *Fastis* occurrit. Sed vide *Bertrandum lib. II. cap. 3.* qui hunc *Pomponii* locum leni litterarum transpositione sanat.

h) Eius laudes cum multis aliis locis *Cicero*, tum in *Bruto c. 38. sqq.* potissimum persequitur, ad q. I. v. *Corrad.*

§. XXXIX.

Q. MUCIUS, P. F. P. N. SCAEVOLA *), Pontifex Maximus, illius *Publii Scaeuolae*, Pontificis, de quo supra §. XXXI, filius, Consul anno DCLIX, collega, uti fere in omnibus honoribus, *L. Crasso* Oratore, summus sui temporis *ICTus* fuit, multorum *ICTorum* egregiorum, et in his *Ciceronis*, mortuo *Scaeuola* *Augure*, praceptor in iure civili ^m). Dicitur a *Cicerone* iuris peritorum eloquentissimus, et eloquentium iuris peritissimus, similibusque elogiis ⁿ). In administranda prouincia iustissimus atque continentissimus fuit. In *Mariano* tumultu, anno DCLXXI ^o), interemptus est. Auctor est

est *Cantiqnis Mucianae* °). *Librum* ὄρων^{p)}), qui liber est antiquissimus eorum, vnde aliquid in *Digesta* illatum, et *Libros Iuris Ciuitis* duodeuiginti^{q)}) scripsit. *Libros* definitionum *Pomponius* notis illustrauit^{r)}): cetera *Laelius Felix* °), *Modestinus* °), et *Seruius Sulpicius*, cuius, propter reprehensiones frequentes, in ea scripta libri *Reprehensa Mucii Scaeuolas* capita nomen inuenerunt °).

*) cf. *Maianfi Q. Mucius* in *Comm. Tom. I. p. 159. sqq.* et *Arnald. Vit. Scaeuolar. §. XXV. p. 73. usque ad finem.* De meritis huius Icti in iurisprudentiam nuper disseruit *Bulardus (Précis sur le droit romain, à Paris 1793. 8.)* in *not. p. 135.*

m) *Cic. Brut. c. 89. L. 2. §. 41. D. de Or. Iur.*

n) *Cic. Or. I, 39. Brut. c. 39. 40. v. Perizon. Animad. Hist. c. IX. p. 364. sqq.*

**) hoc anno solum vulneratus est; anno DCLXXV. demum perit.

o) de qua v. *Giac. Obs. XIV, 37. Maianf. Disp. Iur. XL. [et Io. Lud. Conradi Disp. de cautione Muciana, Lips. 1761. 4.]* in primis autem de omnibus eius sententiis *Balduin. de Iurispr. Mucian.*

p) v. *Wieling. Iurispr. rest. p. 131. [et Arnald. l. c. p. 107.]*

q) *L. 2. §. 41. D. de Or. Iur. et Gell. N. A. VII, 15.*

r) v. *L. 202. D. de R. I. ad e. l. Iac. Gothofred.*

s) *Gell. N. A. XV, 27.*

t) *L. 53. et L. 54. D. de A. R. D.*

u) *Gell. N. A. IV, 1. et L. 3. §. 6. D. de pen. leg.*

§. XL.

Huius Mucii auditores fuerunt complures, in quibus praecipue auctoritatis extiterunt °) *C. Aquilius Gallus, Balbus Lucilius, Sex. Papirius, C. Luventius*, atque ipse *Cicero*. Princeps autem horum haud dubie *C. Aquillius* fuit °). Is Praetor, cum *Cicerone*, anno DCLXXXVIII, quaestionem de ambitu exercuit. Summa in eo respondendi iuris

ris dexteritas, in cauendo solertia, ac denique maxima aequitas fuit¹⁾. Multas cautiones ac formulas inuenit, in quibus *stipulationem Aquilianam, formulas doli mali, et postumos Aquillianos*. Quamvis autem multis libris iuris civilis disciplinam exposuerit, cum tradat Pomponius, eum magnam anni partem Caecinae²⁾ egisse, quo facilius libris scribendis operam daret; tamen ne nomina quidem librorum hodie nota sunt.

1) L. 2. §. 42. D. de Or. Iur.

2) Vitam exposuerunt: Io. Strauch in Vit. aliquot veter. ICTor. cura Buderi, num. XV. p. 112 sqq: Io. Gottl. Heineccius Orat. de C. Aquillio Gallo, ICTo celeberrimo, Francf. ad Viadr. 1731. 4. et in Opusc. Var. Syll. Exerc. XXII. p. 766. sqq: et Greg. Maiansius Comm. ad fragm. ICTor. Tom. II. p. 57. sqq.

3) Cic. Caecin. c. 27.

4) Pompon. L. 2. §. 43. D. de Or. Iur. Vulgo ibi legitur *Cercinae*, quae est insula prope Africam; sed nihil certius esse videtur coniectura virorum doctorum, qui reponunt *Caecinae*. v. Rupertus ad Pompon. p. m. 406.

§. XLI.

L. LUCILIVS BALBUS, Seruii Sulpicii praceptor¹⁾, doctus et eruditus fuit. Sed non est confundendus cum Q. Lucilio Balbo Stoico, quem in hoc philosophiae genere Graecis comparandum fuisse dicit Cicero²⁾.

1) Cic. Brut. c. 42.

2) Cic. N. D. I, 6. confudit Heineccius Hist. Iur. I, 149. ad q. l. v. Ritter.

§. XLII.

SEX. PAPIRIUS, et C. IUVENTIUS¹⁾, hodie ignoti sunt²⁾.

1) L. 2. §. 42. D. de Or. Iur.

2) Mentionem qualem facit Cic. Brut. c. 48. T. Iuuentii, quem callidum et in capiando aduersario verutum

tum magna cum iuris scientia, dicit, fuisse: neque adeo improbabile est, cum hoc, eundem esse, vt putat *Rupertus ad Pompon. p. 397. l.*

§. XLIII.

Non omittendus hic est **M. TVLLIVS CICERO**, Muciorum auditor, et condiscipulus superiorum; qui quamuis numquam Iuriconsultum professus sit, tamen, cum librum *de iure civili in artem redigendo* scripserit ^{e)}, et cum in omnibus, tum inprimis in egregiis libris *de Legibus*, maximam iuris scientiam ostentauerit ^{*)}, Iurisperitorum profecto numero esse debet ^{f)}. Atque librorum Ciceronianorum lectio, quoniam in aliis veteribus auctoribus omnibus tot ac tantae non sunt iuris veteris reliquiae, vel potius copiae, quantae in hoc vno ^{**}), commendanda est diligenter iis, qui ius civile, cum laude, percipere cupiunt ^{g)}.

e) *Gell. N. A. I, 22.* [cf. *Christ. Gottl. Haubold, V. Ill. Diss. elegantissima de iure civili a M. Tullio Cicerone in artem redacto, Lips. 1797. 4.*

*) Iure optimo maximo addendae sunt *Orationes*, cuius rei argumentum praestantissimum protulit *Henr. Constant, Cras Diss. inaug. qua Specimen iurisprudenciae Ciceronianae exhibetur, siue, Ciceronem iustam pro A. Caecina causam dixisse ostenditur, Lugd. Bat. 1769. 4. add. Jo. Olivier Diatr. de iurisprudencia Ciceronis in Eius civilis doctrinae analysi philosophica, Rom. 1777. 4. p. 97 — 126. et Ios. Lud. Ern. Püttmanni Obs. de utilitate e lectione scriptorum M. Tullii Ciceronis, praecipueque orationum Tullianarum in disciplina iuris criminalis capiendâ, in Eius Miscellaneis cap. XIX. p. 143. fqq.* Caeterum cum viri docti de loco Ciceroni inter ICtos concedendo in diuersas partes abeant: vtriusque, et adfirmantis, et negantis sententiae patronos enumeravit *Jo. Luzac Spec. acad. exhibens obseruationes nonnullas apologeticas, Pro ICtis Romanis, Lugd. Bat. 1768. 4. Cap. III. §. 15—17. p. 46. fqq.*

f) Ita-

f) Itaque superfedere omni labore suo poterat *Bynkershoekius Prætermiff.* p. 60. sqq. qui multis id agit. et eum *ICTum* non fuisse ostendat, propterea quod de iure non responderit. Neque nos hoc dicimus. Sed summam eius iuris scientiam quis negauerit? modo eum diligenter legerit: quod faciendum omnibus elegantibus interpretibus necessario. Ceterum miratus sum, quod *Bynkershoekius l. c.* dubitat, an eius liber de iure ciuili in artem redigendo vnquam absolutus fuerit, propterea quod *Quintil Inst. Or.* XII, 3, 10. dicit, cum aliqua de iure ciuili componere coepisset, quasi vero id vocabulum coepisse pertineat ad hunc librum solum inchoatum, non perfectum; cum satis certum sit, eum multa de iure ciuili in animo habuisse scribere: quorum initium factum est hoc vno libro edito.

g) Huic lectioni inseruiunt: *Laur. Bochelli Comm. in leges Ciceronis de iure publico*, qui appendici loco reperitur in *Franc. Raguelli Legg. polit. ex sacrae iurisprudentiae fontibus coll. cum interpret. Bochelli*, Paris. 1615. 4. *M. Ant. Ferratii Epist. in quibus omnia, quae in Oratt. M. T. Ciceronis dubia occurrunt, polemicè illustrantur*, Venet. 1738. 4. *Bavii Voordae V. Cel. Lib. singul. Lectionum et Interpret. Tullianearum in Eius Theorum controuersarum Decadibus*, Lugd. Bat. 1796. 8. p. 424 — 474.

g) Egrege id praestitit *Anton. Schullingius* in *Oratione de Iurisprudentia Ciceronis*, quae extat in eius *Disertationum Volumine*, Francq. 1708. 4. [et in *Vulii Opus.* p. 309. add. *Henr. Ern. Kestner Diss. Cicero ICTus in Traët. de Officiis*, Rintel. 1719. 4. *Rud. Henne Proli. de Cicerone non ICTo*, Erf. 1736. 4. *Henr. Brockes Diss. de Cicerone, iuris ciuilis teste et interprete; ac speciatim de Cicerone ICTo*, Viteb. 1739. 4. *Eiusd. Disp. de Cicerone - speciatim in suis de inuentione libris*, ibid. eod. anno 4. *Eiusd. Diss. de Cicerone - in primo de Oratore libro cap. I — XXXVIII.* ibid: 1741. 4.] vitam Ciceronis exposuit *Fr. Fabricius*, et *Cortdus* in *Quaestura*, elegantissimo libello. [qui denuo cura et cura praefatione *Io. Aug. Ernesti*, Lips. 1754. 8. editus fuit. Sed optime de Cicerone meruit *Conyers Middleton*, qui summâ diligentia vitam M. Tullii Ciceronis anglico sermone: *History of the Life of M. Tullius Cicero*,

Cicero; III. Edit. Lond. 1742. fqq. 3. Tom. 4. conscriptam et a Seidelio in vernaculum sermonem Gedani 1791. IV. Voll. 8. translata exhibuit.]

§. XLIV.

Omnibus superioribus ICTis longe multumque antecelluit **SERVIVS SVLPICIVS RVFVS**^{*)}, Ciceronis familiarissimus, qui tantum ingenio atque subtilitate scientiae valuit, vt tradat Cicero, artem in eo vno fuisse^{h)}; tantum autem eloquentia, ac dicendi copia, vt in prima arte potuisset esse secundus, nisi in secunda primus esse maluissetⁱ⁾. Ceterum, quod inprimis, deserto dicendi, causasque agendi studio, sese iuri civili dedit, eius rei hanc rationem reddit Pomponius^{h)}, quod a Q. Mucio, propter ignorantiam iuris civilis, obiurgatus esset. Vfus autem est praeceptoribus in iure civili, Lucilio Balbo, et Aquillio Galloⁱ⁾. Consul fuit anno DCCIV, mortuus est in legatione ad Antonium anno DCCXI, eamque ob rem ex Senatusconsulto statua honoratus pedestri^{m)}. Eius scripta fuerunt haec: *Notae ad Q. Mucium*, siue *Reprehensa Mucii Scaeuolae capita*ⁿ⁾, liber *de detestandis sacris*^{o)}, liber *de dote*^{p)}, duo libri ad *Brutum ad Edictum*^{q)}, et *orationes* aliquot^{r)}, et alia.

*) Vitam exposuerunt *Io. Strauchius l. 2. num. IX. p. 68.* et *Eu. Otto Disp. de Servio Sulpicio Rufo, ICTorum principe, c. sig. Ultraï. 1725. 4.* e qua deinceps librum singularem *de vita, studiis, scriptis et honoribus Seru. Sulpicii, Lemonia, Rufi, Iurisconsultorum Principis*, ibid. 1737. 8. composuit et inseruit. *Tomo V. Thef. p. 1549. f. 19.*

h) *Cic. Brut. o. 41.* cum artem in Iurisprudentiam intulisse dicit: quod tamen non est ita capiendum, quasi ante eum iurisprudentia in formam artis redacta non fuerit. Quid enim aliud egit Q. Mucius Scaeuola, Pontifex, quem Pomponius tradit ius civile primum constituisse, generatim in XVIII. libros redigendo *L. 2.*

§. 41. *D. de Or. Iur.* Itaque id sic est intelligendum, ut Servius Sulpicius eo in genere omnes superiores vicerit. Ceterum laudes huius Icti v. ap. *Cic. Phil. IX. et Brut. c. 45. fqq.*

i) *Cic. Brut. c. 1.*

k) *L. 2. §. 43. D. de Or. Iur.* Eam narrationem in dubium vocat *A. Augustin.* ad librum *de nom. propr. Pand. p. 20.* de qua quaestione conf. *Otto praef. ad T. I. Thesauri.*

l) *L. 2. §. 43. D. de Or. Iur. Cic. Brut. c. 42.*

m) *Cic. Phil. IX, 7.* eius statucae inscriptio extat apud *Reines. Inscript. Class. VII, 30.* [cf. *Delt' antico Pago Lemonio in oggi Roma vecchia, Ricerche storico-filologiche di Giovanni Antonio Ricci, Rom, 1801. 4. p. 30. fqq.*]

n) *Gell. N. A. IV, 1.*

o) *Gell. N. A. VI, 12.* ita autem titulus libri recte scribitur in omnibus libris scriptis, non ut in quibusdam editis est: *de testamentis, v. Christ. Gottl. Schwarzzii de sacrorum detestatione [ex antiquo Rom. iure Liber singularis, ex edit. et cum addit. Io. Christ. Leuschneri, Lips. 1753. 4.]*

p) *Gell. N. A. IV, 3. et 4. et L. 8. D. de cond. caus. dat.*

q) *L. 2. §. 44. D. de Or. Iur.* quorum primus sine dubio laudatur *L. 5. §. 1. D. de instit. act.* [cf. *Abr. Wiegand. Diff. de Seruii Sulpicii et Auli Officii libris ad Edictum Franequ. 1731. 4.*]

r) *Quindil. Inst. Or. X, 1, 116.* dicit eum insignem non immerito famam tribus orationibus meruisse. *Idem X, 7, 30.* meminit *commentariorum* causarum a *Seru. Sulpicio actarum*, cuius tres orationes extant: *Sed hi, inquit, de quibus loquor, commentarii ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteritatis videantur compositi.* *Plinius H. N. XXXVIII, 2.* mentionem facit eius *commentationis*, *quaprobre mensa linquenda non sit.* cf. *Scalig. ad Fest. voc. Mensa migrates. Festus voc. mancipatus* laudat eius orationem, *quam scripsit et habuit pro Ausidia.*

§. XLV.

Ex eius schola plurimi prodierunt: in quibus tantum hi, quoniam libros scripserunt. Pomponio

memorantur): ALFENVVS VARVVS, A. OFILIVS, T. CAESIVS, AVFIDIVS TVCCA, AVFIDIVS NAMVSA, FLAVIVS PRISCVS, C. ATEIVS PACVIVS, LABEO ANTISTIVS, Labeonis Antistii pater, CINNA^{*)}, PVBLICIVS GELLIVS^{**)}. Sed, praeter Alfenum Varum et Ofilium, omnes non nisi nominibus noti sunt^{†)}. Itaque tantum de Alfeno Varo, et A. Ofilio, dicendum.

s) L. 2. §. 44. D. de Or. Iur.

*) v. Greg. Maiansii Cinna in Comm. Tom. II. p. 142. sq.

***) v. Maiansii Publicius ibid. p. 154 sq.

†) nisi quod plerique in Digestis, etsi non expresso nomine, libri laudantur; et quod Pomponius L. 2. §. 44. D. de Or. Iur. refert, *Namufam Aufidiam* octo illustriorum Seruii Sulpicii auditorum libros in centum quadraginta digessisse libros,

§. XLVI.

A. OFILIVS^{u)} Ciceronis tempore iam^{x)} clarus extitit, sed priuatus consenuit, neglecta omni honorum petitione, quamuis Caesari familiarissimus^{y)}: scripsit de *Legibus Vicefimas*^{z)}, et de *Iurisdictione*^{†)}, libros *Actionum*^{*)} et *Iuris Partiti*^{b)}: *Edictum Praetoris*^{**)} diligenter composuit^{c)}.

u) Eum *Auluu* tantum praenominis dicimus: *Bynkershoekius* autem in *Praeterniss.* et *Heinecc. Hist. Iur.* I, 153. secuti *A. Augustinum de nom. propr. Pand.* p. 21. nominant *Caium Aulum Ofilium*: propterea, quod apud Pompon. l. c. legitur, *Caius Aulus Ofilius*: ita, ut, si segrege *Caium*, yndecim prodeant auditores Seruii Sulpicii: cum tamen ipse Pomponius *decem* se tantum memorasse affirmet. Sed est contra omnem antiquitatis rationem, vnum hominem liberae certe reipublicae temporibus duobus praenominibus usum esse; nam quae exempla adferuntur, id quidem non efficiunt. Itaque recte sine dubio nomen *Caii*, tamquam ex sequentibus inuictum ab aberrantibus libris,

- brariis, eiciendum contextu Pomponii, censet Cuiacius. [v. Gronov. pater ad Tac. A. VI, 15. Spanhem. tamen de V. et Praest. Num. Diss. X. p. 27. putat in gente Sulpicia duplex praenomen in usu fuisse.]
- x) Cic. ad Div. VII, 21. ad Att. XIII, 37.
- y) L. 2. §. 44. D. de Or. Jur.
- *) In manumissionibus sc. quod vectigalis genus primus consulari lege Cn. Manlius a. V. CCCXCVI. instituit. [Vide tamen Gottfr. Mascovii Exerc. Jur. Civ. ad L. ult. C. de Edict. D. Hadr. toll. §. VII. in Opusc. p. 151.]
- z) *ibid.* Liber autem de Legibus vicefima, qui dicitur apud Pomponium, haud dubie tantum ad vicefimam manumissionum pertinuit.
- a) L. 13. §. 5. D. de penu leg.
- b) L. 55. §. 3. D. de legat. III. fuit autem hic liber similis haud dubie Ciceronis partitionibus oratoriis.
- **) Subobscure loquitur Bachius. Notandum enim adversus Henr. Dodwellam praef. Cambden. p. 780. Ofilium non Edictum composuisse, sed, uti inscriptio: ad Edictum argumento est, notas vel scholia ad Edictum scripsisse, cf. Abr. Wielingii Diss. de Servii Sulpicii et Auli Ofilii libris ad Edictum, Franque. 1731. 4.
- c) L. 2. §. 44. D. de Or. Jur. Ceterum de hoc ICTo v. Menag. Ann. Jur. Civil. p. 98. et 447.

§. XLVII.

ALFENVS VARVS*), Consul suffectus sub Augusto postea fuit^{d)}. Scripsit libros XL Digestorum^{e)}, a Paulo postea in epitomen redactos**), et Coniectaneorum, vel Collectaneorum, libros^{f)},

*) Dionys. Gothofredus, cum inter ICTos rom. paucissimi fuerint scholae Epicuri, omnes fere Stoicae, addicti, contendit, Alfenum unicum Epicureum fuisse, dum dogma Epicureorum in l. 76. D. de iudic. exponit, ubi dicunt, particulas minimas vocari, quas Epicurus atomos, h. e. indiuidua et insecabilia appellavit. Sed notandum, hoc fuisse dogma commune, dum Stoici putabant, omnia fluere, nec manere quicquam: quod praeter Senecam Epist. LVIII. et Leg. 14. D. de except. rei iudic. ac Leg. 26. D. de acqu. rer. dom. Alfenus quidem

quidem l. c. retulit: sed non probavit. Fecit tamen hoc ex Procleianis, qui a partibus Stoicorum fuere, diserte Celsus apud Ulpianum in leg. 26. §. 12. *D. de condi& indeb. verbis: putat eam esse causam.* Porro proferunt *Serapim ad Virg. Ecl. VI, 13.* qui scribit, festam Epicuream didicisse tam Virgilium, quam Varum, docente Sirone. Sed hic locus ad Quintilianum Varum refertur apud *Fabricium* in catalogo Epicureorum *Bibl. gr. Lib III c. 33.* Caeterum tempore Alfeni, Epicuri philosophia de fortuito atomorum concursu, Romae non adeo fuit probata, v. *Cic. de Finibus L. 16. de Nat. deor. I, 24. de Fato c. 24.* et ipse tandem Epicurus Alfenum vna cum caeteris Ictis a se dimittit. cf. *Eu. Otto in P. Alfeno Varo cap. VII. §. VIII. T. V. Thes. Iur. p. 1674.* et *Buchaldus, Ictus Parisinus, (Memoire, dans lequel on examine, d'après la Loi LXXVI, au Digeste de iudiciis, si le Jurisconsulte Alphenus Varus étoit Stoicien, ou s'il étoit Epicurien) in Comment. Acad. Inscript. Tom. XLII. p. 65.*

d) *Pompon. L. 2. §. 44. D. de Or. Iur.* Ceterum eum, antequam se Romam contulisset, sutorem Cremonae fuisse, statuunt ex *Aeronis Schol. ad Hor. Serm. I, 3. 130.* qui de Alfeno Varo id commemorat. Sed id idoneis argumentis repudiarunt *Waechter in Ad. Eru. dit. Lips. a. 1711. Eu. Otto in praef. Tom. I. Thes. Iur. et in P. Alfeno Varo, [ab iniuriis veterum et recentiorum liberato, separatim vna cum Serui Sulpicii vita.] in Thes. Iur. T. V. p. 1631. sqq. [nec non Herc. Franc. Dandinus Interpr. de seruit. praed. Epist. VI. §. 4]*

e) *Gellius N. Attic. VI, 5.* In Digestis multa adhuc fragmenta ex Alfeni digestis existant, quae in ordinem et suos libros redigere, et commentario illustrare voluit *H. Brenemannus*, ideoque edidit *Alfenum Varum sive Pandectas iuris civilis auctoribus suis et libris restitutos*, Amst. 1709. 8.

***) *Alfenum Varum interpretati sunt; Rudericus de Zepeda et Castro*, quem laudat *Maianus praef. Comm. ad XXX. Ictorum fragm. §. XXIII.* nec non *Car. Christoph. Hofacker Diss. ad fragmenta, quae ex Alfeni Vari Libris XL. Dig. supersunt*, Tubing. 1775. 4.

f) *Gell.*

- f) *Gall. l. c.* in nomine horum librorum variant oedices. Sed hos libros non esse Alfeni Vari, sed illos *Namufae* libros *CXL.* de quibus Pomponius, defendit *Bynkershoek, Obs. VIII, 1.* temere.

§. XLVIII.

C. CORNELIUS MAXIMUS *) sola C. Trebatii Testae institutione apud posteros memoriam inuenit ⁸⁾, nullis alijs decoribus illustris. At tanto illustrior est ipse C. TREBATIUS TESTA **), Caesari et Ciceroni familiarissimus, Iurisconsultus magnae auctoritatis, et ab ipso Augusto in consilium adhibitus ⁹⁾. Epicureus fuisse videtur ¹⁾. Scripsit *libros de religionibus* ^{k)}, et *libros de Iure Ciuili* ^{l)} ****).

*) Bachius cum pluribus alijs praenomen *Caii* exhibuit, sed *Quintum* appellatum fuisse hunc Ictum, liquido constat ex ipso Cicerone, qui *Ep. ad Diu. VII, 17.* familiariter iocans cum Trebatio ita scripsit: *hoc, quemadmodum vos scribere soletis, idem Q. Cornelio videbatur.* cf. *Anton. Goucani Lect. var. iur. ciu. lib. I. c. 24.* et *Greg. Maiansii Cornelius Maximus in Comm. Tom. II. p. 127. sqq.*

g) *Cic. ad Diu. VII, 8. et 17. L. 2. §. 45. D. de Or. Iur.*

**) cf. *Nic. Hier. Gundlingii Diss. C. Trebatius Testa Ictus, ab iniuriis veterum et recentiorum liberatus, Hal. 1710. 4. recus. in Exercitatt. acad. Gundling. P. I. n. V. p. 185. sqq.* et nouissime cura *Ienichenii, Lips. 1736. 4.* qui non solum praefatus est, sed et *singularia quaedam de Trebatio* adnotauit. Huic add. *Paul. Phil. Wolffhardt Progr. de responso Trebatii ad quaestionem Ciceronis: possitne heres, quod furtum antea factum esset, furti agere?* in *Eius Schediasm. de modis acquirendi notitiam Ictor. Rintel. 1746. 8. p. 206. sq.*

h) *pr. Instit. de Codicill.*

i) *Cic. ad Diu. VII. 12. ***).* Ceterum de eius auctoritate *Cic. ad Diu. VII, 5.* ubi cum *familiam ducere in iure ciuili* dicit. cf. *Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 14.*

***) Imo verba illa Ciceronis id non euincunt, et vnicum, quod in corpore iuris occurrit vestigium

philosophiae stoicae, sed reiectum Trebatii est in lege 21. §. 1. *D. de furtis.*

k) h. e. de iure pontificio, quorum *decimum* laudat *Macrob. Sat. III, 3.*

l) in quibus et responsa fuere. v. *Gell. N. A. IV, 2.*

****) Scripsit plures libros, vti colligi potest e *L. 2, §. 45. D. de O. I.* sed quales fuerint, hodie non constat. Caeterum ex iocis liberioribus et familiaribus Ciceronis cum Trebatio collegit *Dan. Heinfus Diss. de Satyra Horat.* eum fuisse hominem obtusioris ingenii et dubiae sanitatis? quem post Gundlingium satis refellit *Lo. Frid. Eckard Progr. Caius Trebatius Testa, a maligna iocorum interpretatione, quibus Cicero cum eo agit, vindicatus, Ilenaci 1792. 4.*

§. XLIX.

A. CABELLIVS*), iuris peritissimus, Q. Mucii et Volcatii auditor, homo dicax ac facetus^{m)}, ceterum valde contumax, qui nulla auctoritate et gratia compelli potuerit, vt de vlla aliqua earum rerum, quas Triumviri dederant, formulam componeretⁿ⁾. Obiit Quaestorius, senex, et orbus. Edidit nonnulla, e quibus iam Pomponii aetate nihil extitit, nisi vnus liber *Benedictorum*^{o)}. Ceterum putatur esse, ad quem Mucius augur, cum de iure Praedicatorio^{p)} consuleretur, consultores suos reiicere soleret^{q)}: quod tamen et temporum ratio, et alia, valde dubium reddunt,

*) Vitam exhibet *Io. Strauchius l. c. num. VIII. p. 62.*

m) *Valer. Max. VI, 2, 12. [Plin. H. N. VIII, 40.]* Facetias eius memorant *Quintil. Inst. Orat. VI, 4. Macrob. Sat. II, 6.*

n) *Val. Max. VI, 2, 12.*

o) *L. 2. §. 45. D. de Or. Iur. Benedicta* alias sunt ea, quae Ennius *bona dicta* h. e. *bons mots* vocabat. Cabellii liber autem videtur complexus fuisse responsa facetia et urbana. cf. *Menag. Amoënit. Iur. Ciu. c. 8. et Bynkershoek. Praetermiss. ad Pompon. l. c. [add. Scip. Gentilis Parerg. I, 38. in Ottonis Taf. Top. IV. p. 1312.*

et Car. Gottl. Henr. Edelmanni Dissert. doctissima de Benedictis Auli Cascellii Icti romani, Lips. 1803. 4. me praefide defensa.]

p) v. Chr. Gottl. Heynii Dissert. doctissima de Iure Praedicatorio, Lips. 1752. me praefide defensa [et Io. Aug. Bachii Opusc. (Hal. 1767. 8.) p. 113. sqq. inserta:] ubi iuris Praedicatorii ratio ac vis egregie exponitur **).

**) Ita tamen, ut iuris illius natales et progressus ad liberam reipubl. vniice referendos enarret: vnde cum elegantissimo hoc libello coniungenda est Theod. Georg. Græcuii, Io. Georgii fil. Diss. de iure praedicatorio, Trai. ad Rh. 1688. 4. qui rationem habet temporum sub lib. rep. et sub Imperatoribus. add. Matth. Ant. Buchaldi Commun. ad Leges XII. Tabb. Edit. nouiss. Paris. 1803. 4. qui Tom. II. p. 108 — 165. Supplement de la huitieme Table, ou Recherches sur le ius praedictorium, dont on ne trouve de vestiges, que dans une seule loi du Digeste, nuperrimè exhibuit.

q) Cic. Balb. c. 20. Val. Max. VIII, 12. Praedicator ille ibi vocatur, cf. Pigh. Annal. ad a. 533. p. 77. T. III.

§. L.

Q. AELIVS TUBERO *), A. Ofilii auditor, contra quem Cicero pro Ligario ad Caesarem dixit; victus ab Cicerone, repudiato eloquentiae studio, totum se ad iurisprudentiam contulit †). Doctissimus publici priuatique iuris, libros conscripsit de officio iudicis ‡), item ad Oppium §), quamuis obsoleto sermone vsus ¶): laudatur saepe in Pandecte.

*) cf. Andx. Flor. Riini Prol. ad L. 2. §. 46. D. de O. I. singularia de Tubero Icto continens. Wittéb. 1746. 4.

†) L. 2. §. 46. D. de Or. Iur. idque fecit exemplo multorum aliorum, qui, eloquentiam se adsequi posse, cum diffiderent, ad Iurisprudentiam transiere, v. Cic. Mur. c. 13. Quindil. Inst. Or. XII, 3, 9.

‡) Gell. N. A. XIV, 2.

§) Gell. VII, 9.

¶) L. 2. §. 46. D. de Or. Iur. Ceterum stemma huius Icti composuit Ruperius ad Pomponium p. m, 346. f. [et Heinzeus H. J. Lib. I. cap. 4. §. 123.]

§. LI.

§. LI.

Restant nonnulli quidam veluti minorum gentium Iurisconfulti, quos iam animus est nominare. Itaque M. BRUTVS, pater Bruti, interfectoris Caesaris, et C. BILIENVVS*), Marianis circiter temporibus, in iure magni fuerunt: et fere iisdem temporibus Q. LVCRETIVS VESPILLO, P. Orbii magister y), C. LONGINVS z), iuris publici prudentia instructissimus, C. ACVLEO a) pater C. Visellii Varronis, et cognatus Ciceronis, denique VOLCATIVS *). Paulo ante autem HOSTILIVS quidam, Actionum Hostilianarum auctor b).

x) *Cic. Brut. c. 47. et 62.*y) *ibid. c. 48.*z) *Cic. Or. I, 66.*a) *Cic. Or. I, 43. Brut. c. 76.**) *Plin. H. N. VIII, 40. Addendus adhuc BLAESVS ICTus, de quo Maiansius Comment. Tom. II. p. 162. sq.*b) *Cic. Orat. I, 57.*

§. LII.

Ciceronis autem tempore maxime fuerunt hi: C. VISELLIVS VARRO c), filius C. Aculeonis, P. ORBIVS, auditor *Iuuentii* d), C. CAMILLVS e), iuris praedicatorii imprimis peritus; M. TVGIO f), qui videtur ei se iuris civilis parti maxime dedisse, quae est de aqua ducenda; VACERRA g), L. VALERIVS, mediocris, ut videtur, ICTus h); M. MARCELLVS i), et P. QVINCTILIVS VARVS, et L. LVCVLLVS k), qui C. Aquillio in causa Quinctiana in consilio fuerunt; L. OCTAVIVS BALBVS l), iuris peritissimus; PRECIANVS item m), et ATERIVS quidam, a quo dictum haud dubie *Ius Aterianum* apud Ciceronem n) o).

c) *Cic. Brut. c. 76. et ad Attic. III, 23.*d) *Cic. Brut. c. 48.*e) *Cic.*

- e) *Cic. ad Diu. V, 20.* videtur idem esse *Furius*, ad quem non minus, quam ad *Cascellium*, de iure praedicatorio consultores reiciebat *Q. Mucius*, *Cic. Balb. c. 20.*
- f) *Cic. Balb. c. 20.*
- g) *Cic. ad Diu. VII, 8.* si non est nomen, ioci causa fictum, mediocrius alicuius *ICTI*.
- h) *Cic. ad Diu. I, 10. III, 1. VII, 11. XII, 7.*
- i) *Cic. Quindil. c. 17.* quem iuris magis, quam eloquentiae, studiosum dicit *Ascon. ad Diu. in Cæc. c. 4.*
- k) *Cic. Quindil. l. c.*
- l) *Cic. Verr. II, 12. et Cluent. c. 38.*
- m) *Cic. ad Diu. VII, 8.*
- n) *Cic. ad Diu. IX, 18.*
- *) *Vid. Io. Aug. Ernesti Clau. Cic. Ind. hist. quem secutus est Bachius.*

§. LIII.

Huc addendi videntur **VERRIVS FLACCVS**, iuris pontificii peritissimus^{o)}, et **M. IVNIVS GRACCHANVS**^{p)}, cuius liber *de potestatibus*^{*)} in *Digestis* laudatur^{q)}.

o) v. *Manut. ad Cic. ad Diu. IX, 20.*

p) *Plin. H. N. XXXIII, 2.* [scribit, eum ab amicitia *C. Gracchi* sic appellatum esse.]

*) Extat etiam plebiscitum apud *Festum* v. *publica pondera*, quod a *Ios. Scaligero* restitutum ex hoc *de potestatibus* libro videtur esse depromptum.

q) *L. vn. D. de off. Quaest. Cic. de Leg. III, 20.* [et *Varro de L. L. lib. V. p. 50.*]

§. LIV.

Nihil diximus de Iure Pontificio, et sacro: quod quam tanta necessitudine cum iure civili coniunctum fuerit, atque nexum, ut summi quique Iurisconsulti iuris eius scientiam quoque tuerent: et ipsa inde iurisprudencia rerum diuinarum scientia appelletur: de eo breuiter dicemus: inprimis cum eius reliquiae ac vestigia non pauca adhuc in *Pandecte* extant. Id
ius

ius etsi Numa constituit; eaque de re leges sacras descripsit: cuius generis et postea interdum leges togatae sunt; tamen magna ex parte Pontificum decretis atque sententiis constitutum atque fundatum est. Leges enim iis de rebus paucae: pontificum, qui de eo genere indices essent soli, auctoritas de religionibus ac iure sacro magna, ac denique summa in retinendis responsis ac decretis suis constantia erat. Quare diligenter omnia responsa ac decreta sua in *commentarios Pontificum* referebant: quorum conficiendorum cura fuit penes Pontificem Maximum. Atque haec omnia deinde fere pro legibus observabant. Itaque innumerabilia iura Pontificum auctoritate consecuta sunt¹⁾. Exemplo sit illud caput, ut sacra perpetua essent, in XII²⁾: hoc enim posito, haec iura Pontificum auctoritate consecuta sunt, ut, ne morte patris familias sacrorum memoria interiret; iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia venisset³⁾. Constitutum itaque est, qui adstringerentur sacris eo nomine, quod ex pecunia defuncti cepissent. Rursus, qui liberarentur sacris, constitutum est⁴⁾. Multa etiam ex more maiorum Pontifices tenuerunt.

1) *Cic. dom. cap. 12.* In iis etiam Leges ac iura civilia fuisse perscripta, intelligitur e *Dionys. Hal. L. X. p. 627. Senec. Epist. 108. et Cic. de Div. II, 18.* Pontificem autem maximum commentarios conficere consuevisse, patet e *Cic. Brut. c. 14.* idque et inde arguitur, quod idem *Annales maximos* conficiebat. *Cic. Orat. II, 12.*

2) *Cic. Leg. II, 19.*

3) *Cic. Leg. II, 20.* quod caput egregie explicatur a *Balduino in Iurisprud. Marciana p. m. 76. sqq.* Facile autem intelligitur, sacra priuata coniuncta et alligata fuisse hereditati propterea, quod aequissimum esset, ad quem emolumentum perueniret, ad eundem etiam onus pertinere. Cicero quidem dicit, *heredum iustissima causa est.* Non itaque hereditatis in causa intestati ratio

tio ex sacris deduci potest. Non enim solum heredes ab intestato, sed et testamentarii, et qui plurimum cepissent e pecunia, obligati erant sacris.

- b) *Cic. Leg. II, 21.* cf. *I. F. Gronov. de P. V. IV, 7.* p. 300. *Schwarz. Diss. de detest. sacr. et Conradi Pal. virg. II, 1.*

§. LV.

Ius Pontificium vero etsi eam habebat cum iure civili coniunctionem, ut Mucius Scaeuola Pontifex negasse dicatur, quemquam Pontificem bonum esse, nisi qui ius civile cognosset^{x)}; nemoque e contrario ius civile peritus percipere posset; qui iuris pontificii non teneret scientiam eius, qua parte cum iure civili coniunctum esset; tamen ista coniunctio ad pauca quaedam capita pertinebat, illustria quidem illa et late patentia, pauca tamen: de sacris priuatis, de votis, de feriis, de sepulchris, et si quid huiusmodi est^{y)}: in quibus locus de sacris latissime patebat omnium. Ceterum iam L. Crassi temporibus id neglectum contemtumque fuisse, e Cicerone intelligimus^{z)}, apud quem ille conqueritur; id, quamuis coniunctum, neminem discere. Itaque apud eundem Ciceronem^{a)} Brutus gloriatur, se id a Seruio Sulpicio, qua parte cum civili iure coniunctum esset, didicisse. Hodie autem, quoniam in Pandecte non paucae eius sunt reliquiae, pertinetque ad cognitionem antiquitatis, cognoscendum, quantum fieri potest, percipiendumque est^{b)}.

x) *Cic. Leg. II, 19.*

y) *Cic. l. c.*

z) *Cic. Or. III, 33. extra.*

a) *Cic. Brut. c. 42.*

b) de Iure Pontificio scripsit *Iac. Gutherius*; etsi, ut solet, in multis capitibus errat. cf. *Fr. Balduin. Jurispr. Mac. l. c.*

§. LVI.

Ius Augurium c), siue *Augurale*, etsi ius privatum non attingebat, iuris publici tamen pars erit, cognoscenda imprimis Auguribus, atque Senatoribus. De quo, cum essent leges nonnullae, tum imprimis, vti Pontificium, decretis augurum constitutum atque auctum est: multa etiam in more fuerunt. Sed satis de Iure Civili atque sacro eo, quod e prudentum decretis ortum est.

- c) *Ius Augurium* vocatur ap. Cic. *Diu. II, 33.* *Scientia iuris augurii* apud eundem *Cat. mai. c. 4.* ad *Diu. III, 9.* et *Gell. N. A. I.* in *praef. ad q. l. v. I. F. Gronov.* De eo etiam libri extiterunt *Appii Pulchri* ad ipsum Ciceronem scripti, *Cic. ad Diu. III, 4.* et *o. de Diu. II, 35.* ipsius autem Ciceronis de ea disciplina libros laudant *Seruius* et *Charisius.* [cf. *Io. Iac. Mascon. Diss. de iure auspicii apud Romanos, Lips. 1721. 4.*]

SECT. V.

De Rebus iudicatis

sive

Disputatione Fori.

§. I.

Rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem sensim paulatimque ius aliquod inducere, vel nostri fori usus declarat *). Itaque non mirandum est, id usu etiam apud Romanos venisse, ut in partibus iuris civilis *res iudicatae* quoque numerarentur ^{a)}). Id ius, ex rebus iudicatis, imprimis Centumviorum, ortum, dicimus, nomine *disputationis fori* adpellari in Digestis ^{b)}).

*) v. Gottl. Slevoigt Pr. de disputatione fori, Ien. 1724. 4. et in Collect. Opusc. de sc̄is et philosophia Ictorum, ibid. 8. num. VIII. Io. Aug. Hellfeld Pr. de disput. fori, Ien. 1739. 4. et in Opusc. et Disputt. iur. civ. prius. ibid. 1772. 8. num. II. Coelest. Aug. Iust Epist. de disp. fori ex antiquitate rom. Lips: 1775. 4. Optime autem argumentum hoc excussit Cas. Frid. Zepernick, V. Ill. Diatr. de rerum perpetuo similiter a Cuius iudicatarum auctoritate, in Sylloge Opusc. Siccamae libellum illustrantium, num. VII. p. 284. sqq. add. Gottl. Hufelandi V. C. Lehrbuch der Geschichte und Encyclopaedia aller in Deutschland geltenden Rechts, Iena 1796. 8. p. 211. sqq.

a) Cij. Top. c. 5. certe eae in numero iuris civilis ponit.

b) L. 2. §. 5. D. de Or. Iur. quo in loco legendum haud dubie est: ut desideraret prudentum auctoritatem, necessariaque esset disputatio fori **). Distinguitur ergo a prudentum auctoritate Disputatio Fori: quemadmodum et seq. §. Ius, quod sine scripto venit, h. e. auctoritas prudentum, segregatur a disputatione fori.

**) Dissentit Ill. Zepernick in Diatr. de iudicatis centumviralibus §. III. l. 4. p. 295.

§. II.

Est itaque Disputatio fori, id ius, quod diurno tempore in iudiciis agitatum, rebus similiter iudicatis, pro iure certo vetustas comprobauit; siue, ut hodie loquimur, *usus fori, iuris forensis*. Cum enim in iudiciis centumuiralibus multa iuris controuersi capita ex aequo bonoque disputarentur; id tandem conualecebat, quod diurno tempore eodem modo a iudicibus iudicatum esset, et tacita quasi populi consensione receptum. Atque id est, quod post magnas varietates obtinuisse dicitur^{c)}. Vna tamen, aliquando in singulari causa, iudicum sententia eam vim non habebat.

c) *L. ultim. D. pro legat. L. 32. D. de O. et A. L. 55. §. 1. D. de legat. II.* Neque vero mirum est, iudicum sententias tandem eam vim tenuisse, cum iudices essent *legum interpretes*^{d)}. *Cic. Cluent. c. 53.*

d) cf. *Zepernick de iudicatis centumuir. §. X. p. 333.*

§. III.

Errant itaque viri docti, qui disputationem fori huiusmodi fuisse arbitrantur, ut Iurisconsulti, capitibus alicuius ambigui et controuersi definiendi causa, in vnum locum, quasi concilio indicto, conuenerint, et communi suffragio decisionem istius controuersiae statuerint^{e)}. Nam ut taceam istam rationem ex idoneis veterum auctorum locis, aut iuris nostri capitibus, doceri probarique non posse^{e)}: tantum abest, ut Iudiciorum auctoritas libera republica fuerit tanta, ut ius suo arbitrio iudicioque componere potuerint, quippe iuris constituendi potestas ne magistratibus quidem esset, sed tantum populo, aut senatui ad summum: ut ne sub Caesaribus quidem, mutata penitus reipublicae forma, eam potestatem sibi adrogare potuerint.

e) Aucto-

- d) Auctores huius sententiae sunt *Racuard. de auctor. prud. c. 14. Heinecc. Antiq. Iur. I, 2, 35. et Hist. Iur. I, 51. Brunquell. Hist. Iur. I, 4, 3. ** et fere omnes, qui horum auctoritatem sequuntur.
- e) Aduersus hos post *Car. Othon. a Boekelen de diuersis familiis veter. ICtor. cap. I.* bene disputauit *Herm. Canegieterus Obs. iur. rom. III, 2. p. 230.* distinguendo inter sententias ICtorum diuersas, quae recte, et *disputationes*, et *fori disputationes*, dicuntur, quatenus vel ius aliquod effecerunt, vel plane nullum, quippe domi et otio conceptae aut in foro institutae.
- e) Quae enim adferuntur testimonia, *Scholiastae Iuuenal. ad Sat. III, 128. Cio. Fin. I, 4. Or. I, 56. L. 19. D. de lib. et post. L. ult. §. 26. D. de mun. et honor. aliaque*, ea ad rem istam confirmandam non sunt idonea satis. [cf. *Ge. Schubart de fat. iur. rom. II, 52. p. 267. et Siluestri Lürsenii de templo et bibliotheca Apollinis Palatini liber singul. Franequ. 1719. 8. cap. XXII. p. 217. sqq.*]

§. IV.

Plerumque autem, quod ius ortum est e rebus iudicatis, siue disputatione fori, id erat huiusmodi, ut summum ius ad aequitatem inflecteretur, atque componeretur, quando legibus non esset omnino aut simpliciter cautum quidquam ^{*)}. Inde *querela inofficiosi testamenti* ^{†)}, excogitata primum ICtorum ingenio, constitit deinde disputatione fori. Eandem originem habet, quod tandem conualuit, ut *paterno testamento non esset exheres filius, quem pater neque heredem, neque exheredem, scripsisset nominatim* ^{‡)}, aliaque, quae commemorare non vacat.

*) Digna sunt, quae legantur, quae super hoc loco disputat *Ill. Zepernick Diatr. de iudicatis centumuir. p. 349.*

†) v. *Val. Maxim. VII, 7. cf. A. Schultingii Exercit. de rescissis testamentis adiuncta eius Thesibus controuersis et editioni Valerii Maximi Torrenidui; in primis autem I. van de Water Obs. Iur. Rom. I, 11.*

‡) *Cic. Orat. I, 38. Val. Max. VII, 7, 1.*

S E C T. VI.

De Moribus Maiorum.

§. I.

Satis vel sua sponte intelligitur, vti in regno olim, ita etiam antiquissimis reipublicae liberæ temporibus, quoniam paucissimis legibus scriptis vterentur, et, in rudi populo, disciplinaque honesta, in plerisque rebus morum observatio satis esset, pleraque administrata esse moribus. Quorum quamvis multi postea in Leges translati essent, multi etiam edictis praetorum vel vti in familiam iuris scripti transiissent; tamen non pauca manserunt omnibus temporibus, quae solis maiorum moribus regerentur. Atque propterea non solum apud veteres auctores saepe mentio fit *Moris maiorum* *), sed etiam apud Ciceronem Mos in partibus iuris ciuilibus numeratur **), et apud Vlpianum primus titulus inscribitur *de Legibus et Moribus*. Quid? quod in ipsius iuris Romani Pandectis non pauca capita e Moribus profecta dicuntur b).

*) cf. Io. Godofr. Richteri Diss. de moribus maiorum tamquam antiquissimo romani iuris fonte, Lips. 1744. 4. Henr. Er. Rumpel Diss. de morum ad leges romanas habitu ac relatione, Erf. 1766. 4. et Car. Christoph. Hofacker Diss. de iure consuetudinis sec. doctrinam iur. natur. et rom. Tubing. 1774. 4.

a) Cic. Top. c. 5. b) L. 12. §. 2. D. de iudic.

§. II.

Mores autem adpellamus ius ex voluntaria diuturna que rerum similiter actarum, gestarumque, observatione et usurpatione ortum, tacitaque veluti populi auctoritate, sine lege, comprobatum c). Quamquam vero, vt supra tradidimus, ius honorarium, atque prudentum auctoritas, disputatioque fori, eodem modo vim auctoritatemque obtinuerunt suam, adeoque

que in Moribus quoque poni possunt: ea tamen hic se-
gregamus a moribus, ac secernimus, hosque tantum
intelligimus, qui nullo proprio nomine adpellantur.

c) v. Io. Godofr. Richteri Diss. cit. de Moribus Maiorum,
in qua de toto hoc genere elegantissime doctissimeque
disputatur.

§. III.

Inprimis autem Mores, et in publici sacrique ^{d)},
et in privati iuris causis, insignem locum obtinuerunt
circa rerum agendarum gerendarumque modum: in
quo profecto voluntariae observationis principiis mul-
tum concedi fas est: etsi negari non potest, eos etiam
in alio saepe genere cerni. Exemplis adferendis su-
persedeo, ne nimis longus sim ^{e)}. Id vix opus mo-
nere, Leges ipsas saepe Moribus abrogatas, aut dero-
gatum iis abrogatumque esse. Hospes sit, necesse est,
in antiquitate Romana, qui id ignoret.

d) Cic. Leg. II, 24. Haec habemus in XII. reliqua sunt in
more.

e) Qui volet, petet e Richteri iam laudata egregia Dis-
sertatione p. 21.

§. IV.

Ceterum, ne quis erret, id tenendum est, de
quibus in legibus cautum sancitumque esset, ea sae-
penumero, tam in libris nostris quam in veteribus au-
ctoribus, Moribus maiorum accepta referri ^{*)}. Quod
quidem maxime fit in legibus aut ipsis antiquis, aut
ex antiqua observatione ductis, quarumque origo et
auctoritas ignoratur. Nonnulla etiam capita ex mixto
iure ^{*)} esse dicuntur, hoc est, tum e legibus, tum e
moribus, extitisse.

*) v. Neodt Prob. I, 11.

f) Paull. Rec. Sent. V, 4, 6.

LIBER III

DE

IVRISPRVDENTIA NOVA

CAPVT I

DE

IVRISPRVDENTIA AB AVGVSTO

VSQVE AD HADRIANVM.

SECT. I.

De Statu Publico:

§. I.

Ingredimur eorum temporum historiam, quibus summa rerum ad vnum, Senatus populique Romanorum consensu, venit *). Ea enim tum rempublicam inuaserat corruptela, quam longe ante prospexerat Polybius *), qui praedixerat fore, vt libertatem amplius ferre corrupti mores non possent, sed necesse esset, omnia ad vnum transferri. Quamuis vero, & Caesariano inde Pompeianoque bello ad Augusti fere septimum Consulatum, Libertas populi Romani, quasi moriens, reluctata esset principatui, tandem tamen cedere coacta est, *vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras*. Quod qua quasi lenta tæbe, quibusque gradibus factum sit, libro superiori ostendimus. Ac ipsa remedia, quae morbo adhibebantur, salutem minuebant. Principatus autem vnius haud

haud dubie, et sine retractationis spe, constitutus est^{b)} septimo Octaviani Caesaris consulatu^{c)}, quo ei nomen *Augusti*^{d)}, ex sententia Munacii Planci, a Senatu ceterisque civibus a. d. XVI. Kal. Febr. datum est. Quo nomine tributo, omne Senatus populique Romani ad eum translatum est imperium^{e)}, facta lege illa, quae postea *Lex Regia* dicta est: de qua paullo post exponemus.

^{a)} Praeter Dionem Cassium, Suetonium et Tacitum, quorum scripta quam maxime hoc caput illustrant, et recentioribus potissimum consulantur: (*Tillemont's histoire des Empereurs et des autres Princes, à Bruxelles, 1710. VI. T. 4. Crevier's histoire des Empereurs Romains depuis Auguste jusqu'à Constantin, à Paris 1749. XII. T. 8. Scriptores speciales, qui ad statum publicum sub Imperatoribus, et romanis, et graecis, cognoscendum faciunt, suis locis sumus laudaturi.*

^{b)} Polub. *Lit. VI.*

^{c)} Inter ipsos veteres auctores, initia imperii Augusti Caesaris constituentes, non convenire, iam supra *Lit. II. cap. 1. §. ult.* docuimus. v. etiam *Pagi Diss.*

^{d)} *Hypat. P. III. c. 7. §. 3. p. m. 330.* Optimum tamen est, principatus initia demum a septimo eius consulatu repetere, v. *Ritter, ad Hæuss. Hist. Jur. I. 159.*

^{e)} *Censorin. de die nat. c. 21. cf. Pagi Diss. Hyp. P. II. c. 3. §. 1.*

^{f)} cf. *Ios. Lud. Ern. Püttmanni, Antec. Lipf. Distrib. de titulo Semper Augustus, Lipf. 1792. 8.*

^{g)} *Dion. Cass. L. LIII. p. 507.*

§. II.

Vix ipse Augustus sperauerat, fieri posse, ut sibi vni perpetuo summa omnium rerum a S. P. Q. R. permitteretur. Itaque, quod ad hoc usque tempus haberat imperium, deponere cogitabat. In qua deliberatione cum adhibuisset in consilium summos duos, sibi que fidelissimos, amicos, M. Agrippam, et Mae-

cenatim, illeque vehementer ei suafisset, ut redderet legibus rempublicam^{e)}, Maecenas eum oratione prudentissima cohortatus est, sperpulitque, ut retinere uellet rempublicam, propterea, quod is esset rerum status, iique mores, qui necessario unum principem flagitarent: adeo, ut, si ipse princeps esse nollet, alius extiturus esset: deditque sapientissima imperandi, rei que publicae constituendae consilia, quibus obseruandis, et bene et tuto rempublicam administraturus esset. Quae omnia memoriae ac litteris egregie prodidit Dio Cassius^{f)}. Atque ille postea in plerisque rempublicam ex ea praeceptione consiliisque constituit.

e) *Dion. Cass. LII. init.*

f) *Dion. Cass. Lib. LII. p. 479.* qui locus est de constitutione imperii ab Augusto facta classicus, continetque peritiae ciuilibus prudentissima praecepta; quae de causa etiam commentario politico illustratus est a *Baculero*.

§. III.

Sed *Legem istam Regiam*^{g)}, qua Augusto, ceterisque sequentibus Imperatoribus potestas summa imperiumque datum est, fas est, hoc loco explicare: propterea, quod haec Lex totius potestatis principalis quasi fundamentum continet. Ipse quidem Iustinianus^{h)}, et Ulpianus in *Digestis*ⁱ⁾, omnem potestatis Imperatoriae vim ex *Lege Regia* repetunt. Sunt tamen in uiris doctis haud pauci, qui vel dubitent, vel uegent, talem *Legem* extitisse, propterea, quod sub Imperatoribus primis nomen illud non inuenitur: adeoque *Legem Regiam* fingentium *ICtorum* antiquorum esse, Imperatoribus adsentari cupientium, statuunt^{j)}. Cuius opinionis auctoritas quae esse debeat, facile ab quouis intelligitur. Quis enim sibi persuaderi patiatur, *ICtos* contra omnem historicorum fidem fingere, et comminisci aulos fuisse *Legem* aliquam, quae

quae non extitisset unquam? Quorsum potro ad-
lentarentur in eo Imperatoribus, qui potentiam im-
periumque tuto tenerent? Quod autem legis *Regiae*
nomen primis temporibus non extitit, (nam id Legi-
dari etiam primo imperii faeculo non potuit, propter
summum *regi* nominis odium) id sane non efficit, ut
res ipsa non extiterit, Lexque nulla lata fuerit, de im-
perio Augusti, aliorumque sequentium Imperatorum.

a) cf. inprimis Iusti Eecardi *nova et vera explicatio quae-
stionis de lege regia, de qua tantopere Icti in hodiernum
usque diem disceptarunt ac dubitarunt*, Francf. 1603. 4.
Scip. Gentilis *Or. de lege regia in Opp.* Neap. 1763. 8.
Io. Frid. Gronovii *Or. de lege regia*, Lugd. Bat. 1675. 8.
quae, gallice conuersa, cum pluribus scriptis mino-
ribus cura Io. Barbeyracii exiit *ibid.* 1731. II. Voll. 8.
Io. Baptistae Castelli, Antecessoris Patavini, *Opusc. de
lege regia, qua romanum imperium Octauiano Augusto
delatam est*, Patavii 1685. 4. Iac. Gronovii *Diff. de
lege regia*, L. B. 1712. 4. Gerh. Noodtii *Or. de iure
summi imperii et lege regia in Opp. T. I. p. 548.* Leo-
pold. Metastafius *de lege regia, seu tabula aenea Capito-
lina, notis, animaduersionibus et variis quaestionibus
illustrata*, Rom. 1757. 4. Felix van Maanen *Diff. de
populi rom. ante principum constitutt. potestate et de lege
regia*, Lugd. Bat. 1760. 4. Chr. Dan. Beck, V. C. *Diatr.
de lege regia Romanorum.* Lips. 1780. 4.

g) §. 6. *Inst. de Iur. Nat. Gent. et Civ.*

h) *L. 1. pr. D. de const. princ.*

i) In primis id egit Martinus Schoockius in *Tractatu de
Quadruplici Lege Regia*, [Frcf. 1668. 12:] sed argu-
mentis haud parum imbecillis. [Idem facit Arnze-
nius *Obs.* p. 27.] Alios, qui eandem rationem defen-
derunt, v. apud Gerh. Coccei. *ad L. 2. D. de Or. Iur.*

§. IV.

Itaque id iam docendum est, fuisse Augusto,
sequentibusque [principibus], Legem latam, de po-
testate imperioque, quod ipsis Senatus Populusque
Romanus deferret. Id demonstrari potest primum
inde, quod veteres Auctores, in Augustum, tradunt,

consensu Senatus Populique omnem *) potestatem collatam esse †): quod sane nulla re, nisi Senatus consulto atque Lege populi, fieri potuit. Deinde de Vespasiani imperio diserte Senatusconsultum memorat Tacitus †), quo ei omnia principibus solita decreta sunt: extatque ipsa hodie in Capitolio Romae tabula aenea, in qua Lex de imperio Vespasiani perscripta est †) †); etsi aliqua pars perijt.

*) Non omnem: vid. *Ant. Schulting ad p. 60.*

†) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 507.*

†) *Tac. Hist. IV, 3. et 6.*

†) Ex ipsa tabula descriptum fragmentum Legis ediderunt *Gruter. Inscript. p. CCXLII.* Inde repositum est idem fragmentum a *Grauius in Orig. Jur. Civ. [p. 504.] Heincc. Ant. Jur. I, 2. fin. & pluribus aliis, ac nuper ad calcem Taciti ab Ernesto in Excursu.* Non defuerunt quidem, qui istius tabulae fidem et auctoritatem in dubium vocarent, argumentis sane non leuibus: sed omnes fere dubitationes dissoluit *Fabretti. Epistola apud Grauium in Orig. Jur. Civ. p. 231. et nuper Ernesti in laud. Excurs. ad Tacit. Interpretati sunt hoc fragmentum imprimis Schubart de sat. Jurispr. Rom. III, 19. sqq. ad fin. et Ernesti loc. laud.*

†) Sunt tamen adhuc quaedam grauiora dubia de genuina tabulae fide collecta a *Mich. Conr. Curtio Com. de senatu rom. (Hal. 1768. m. 8.) Libr. I. cap. 3. et imprimis Petr. van Spaan Spec. de Scto de Imperio Vespasiani apud Gruterum spurio, Lugd. Bat. 1768. 4. cf. Christophori Saxii; Senis Cel. Onomasticon, Trai, ad Rh. 1775. 8. Part. I. p. 259. sqq. et Anal. p. 576. et p. 577. vbi defenditur Legis Regiae inscriptio de imperio Vespasiani: caueas tamen ab Eiusdem Christoph. Saxii Oratione honoraria in legis regiae patronos, Ultraï, 1798, 4. vbi pag. 30. haec occurrunt: huiusmodi Scti formulam consilio et fallacia Tribeniani, in gratiam tyrannidis Caesarum, veteri incidi iussam aeri, parum abest, quin suspicer. Belle profecto ac lepide, vt nihil supra.*

§. V.

Sed quamvis anno V. DCCXXVII. Augusto Lege imperium datum essetⁿ⁾, ac summa potestas in republica; tamen cum adhuc ei quaedam viderentur ad summam omnium rerum desse, sensim paulatimque, interuallo temporum, diuersis legibus ac Senatusconsultis, alia ei iura, potestatisque partes plures triburæ sunt^{o)}. Sequentibus vero Imperatoribus, sub initia imperii, ea omnia, accumulatis etiam aliis nouis iuribus, vno Senatusconsulto vnaque Lege data sunt, quæ Augustus paulatim accepisset.

n) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 507.*

o) v. *I. F. Gronou. Orat. de Lege Regia, et Noctiti Orat. de iure summi imperii et Lege Regia. T. F. Opp. p. 548.*

§. VI.

iam, vt, quæ de potestate Augusti dixi, melius intelligantur, quibus quasi gradibus ad summum descenderit, lubet ostendere. Anno DCCXXVII, vt monui, datum est ei imperium^{p)}; Senatusque in eius acta iurauit^{q)}. Anno DCCXXX. decimo consulatu, solutus est legibus^{r)}, hoc est, lege Cincia. Anno DCCXXXI. decretum ei est, vt, quoties Senatus haberetur, etiamsi nullum gereret Consulatum, de quibuscumque rebus relationem facere posset, vt Proconsulatum etiam ingressu Romæ non deponeret, in omnibus denique prouinciis ei maior esset potestas, quam magistratibus^{s)}. Anno DCCXXXV. potestas ei concessa est emendandi omnia pro arbitrio, et, quas vellet, leges ferendi^{t)}. Vt alia minora taceam.

p) v. *Dion. Cass. l. c.*

q) quod quale sit, ostendit *Lips. ad Tac. A. XVI, 22.*

r) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 509.* Quamvis vero legibus solutus dicatur princeps Rom. tamen id non ita capiendum est, quasi omnibus legibus solutus fuerit. *Legibus*

bus enim solui dicitur etiam ille, qui vna tantum lege soluitur: haec est loquendi formula latina, v. I. F. Gronou. de *Lege Regia*, et *Noodt Or. de iure summi imp. l. c.* Tum vero ex historicis Romanis, ipsisque libris iuris nostri, doceri potest, principes numquam omnibus legibus solutos fuisse, sed quibusdam tantum: patet id etiam ex fragmento *Legis Regiae Vespasiani conf. Noodt. Obs. I, 3.*

*) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 519.*

†) *Dion. Cass. Lib. LIV. p. 604.*

§. VII.

Quemadmodum vero Augusto Lege datum imperium est*), cui deinde accessiones plures factae sunt, ita semper etiam sequentibus Imperatoribus imperium et potestas data est Lege, et Scto. Lex autem illa variis nouis capitibus subinde aucta est, fere eodem modo, quo Lex illa imperii, qua Imperatori Augustissimo German. summa defertur, quam *Capitulatio-nem* vulgo adpellant, Carpzouius autem non male *Legem Regiam* vocauit. *Legis Regiae* autem nomen non ante accepit haud dubie, quam iis temporibus, quibus ipsi Imperatores Romani cum a Graecis Βασιλεῖς, tum a suis *Rages*, omniaque, quae Imperatorum essent, regia, veluti *regiae vestes**)*, *regia domus*, et id genus alia, dici coepissent. Alias autem ista de imperio ac potestate Caesarum Lex appellatur etiam *Lex imperii*†), et *Augustum priuilegium* ‡).

*) cf. *Io. Car. van Wachendorf. Diss. Trias. Vltra. 1730, 8. Diss. I. de Principe leg. sol.*

***) v. *Casaub. ad Spart. Hist. c. 11. p. m. 100.*

u) *L. 3. C. de testam.*

x. *L. vn. §. 14. C. de cad. toll. conf. Schubart, de sal. iurisprud. Rom. III, 26.*

§. VIII.

Ab hac Lege Regia Senatusque consultis, de potestate Caesarum imperioque factis, diligenter fecerenda sunt illa Senatusconsulta, quibus tam Augusto, quam ceteris Imperatoribus, nomina et honores tribui consueverant¹⁾. Itaque iam, quibus nominibus summos honores, summamque potestatem acceperint Imperatores, tradendum est. Initium factum est ab Augusto. Is enim cum vereretur Dictaturam perpetuam, nomen valde inuidiosum, recipere, ex consilio Maecenatis, alia maluit magis popularia, et speciem antiquae libertatis referentia, adsumere²⁾,

1) Intelligitur id inde, quod Tacitus *Hist. IV, 3.* dicit, Vespasiano omnia, principibus solita, decreta esse: quo ostendat, honores, eorumque vocabula Vespasiano decreta fuisse, c. 6. autem de imperio Vespasiani decretum refert. v. Ernesti ad Tac. l. c.

2) v. Dion. Cass. *LIII. p. 307.*

§. IX.

Nomina autem, quibus Imperatores ab Augusto inde usque, sunt haec: nomen *Principis*, praenomen^{*)} *Imperatoris*, cognomen *Augusti*, *Tribunicia Potestas*, *Proconsulatus*, *Praefectura morum*, ac *Pontificatus Maximus*, quem Augustus, mortuo Lepido decessum, recepit: quae omnia erant nomina eiusmodi, quae mutatam rempublicam dissimularent, ac speciem atque imaginem veteris libertatis referrent. *Principis* quidem vocabulum, iam libera republica, quamvis magis civili sensu, usurpatum, ad significandam Imperatorum eminentiam, qua omnibus civibus antecellerent, adscitum est^{*)}. *Imperatoris* praenomen, a Iulio Caesare inventum, vim habebat eam, ut in omnes exercitus populi Romani imperium, inque belli et pacis, haberent, iusque vitae et necis, etiam

etiam in vrbe ^{b)}). Augusto id quidem datum est a V. DCCXXV ^{c)}). *Augusti* autem cognomen prae ceteris, quae in Senatu in deliberationem venerant, probatum atque receptum est, quo *sacrositas* quaedam, siue *maiestas*, atque *inviolabilitas* Caesari accederet ^{d)}). Iam *Tribunicia Potestas*, Augusto ceterisque Imperatoribus delata, summae fere potestatis vim significationemque habebat, ut quocumque tempore Senatum populumque conuocare, ad Senatum referre, agere cum populo, adpellari, adpellationesque cognoscere, sententias iudicum, decreta magistratum iniqua, impedire, infirmare, vel rescindere possent, et a nemine laedi ^{e)}). Atque ea potestas quantam summi imperii significationem habuerit, inde cognoscitur, quod anni ^{f)} tribuniciae potestatis, tamquam anni imperii, in Numis aliisque monumentis publicis numerantur ^{g)}). Ex eadem potestate tribunicia Caesares iurisdictionem exercuerunt ^{h)}). Id tamen hic obseruandum, Imperatores, quamuis potestate tribunicia vterentur, *Tribunos* tamen adpellari noluisse, sed alios adhuc tribunos, sine vi, creati passos. *Proconsulatus* ^{**}), Augusto ceterisque Caesaribus tributus, eam vim habebat, ut maiorem in omnibus prouinciis potestatem haberent, quam praesides ⁱ⁾): nomen tamen *Proconsulis* non fere, nisi extra urbem, usurpare solebant propterea, quod in vrbe, ex institutis reipublicae veteris, nullus esse poterat Proconsul. Itaque etiam nomen Proconsulis fere non, nisi in monumentis prouinciarum, reperitur ^{k)}). *Praefectura morum*, quae pars erat Censurae, cum ipsam Censuram accipere nolisset Augustus, ac fere plerique sequentes Imperatores ^{l)}, id dabat iuris, ut possent de dignitatibus omnium ciuium statuere, legere Senatores, Equites, indices; notamque addere iis, qui non probarentur. *Pontificatus Maximus* ^{m)}, ab Imperatoribus, exemplo Augusti,

Augusti,

Augusti, susceptus prudentissimo consilio, summam ipsis in sacris religionibusque potestatem adferebat; quo fiebat, ut religionem, efficacissimam ad imperium continendum rem, consiliis suis rationibusque adcommodare possent: semperque statim una cum imperio adsumebatur. Neque Constantinus M. alii- que Imperatores Christiani dubitarunt eum recipere, usque ad Gratianum, qui primus eum, tanquam Christiano principi minus convenientem, repudiavit. Augusto denique etiam *Patris Patriae* nomen, honoris causa, datum est Scto anno DCCLII, quod sequentes etiam Caesares receperunt, non tamen fere statim ab initio imperii *).

*) Imo elogium vel titulus, v. §. sequ. p. 288.

a) Dion. Cass. Lib. LIII. p. 496. Tac. Ann. I, 1. Spanhem. de Vsf. et Praest. Num. Diss. XII.

b) Dion. Cass. Lib. LIII. p. 508. 518. sq. Spanhem. de Praest. et Vsf. Numism. Diss. XII. p. 392.

c) Dion. Cass. Lib. LII. p. 493.

d) Nam *augustus* significat *sanctum*. Ouid. Fast. I, 609. cf. Dion. Cass. Lib. LIII. p. 507. Spanhem. de Praest. et Vsf. Numism. l. c.

e) Dion. Cass. Lib. LIII. p. 508. et p. 518. 519.

f) v. Dodwell. Prael. Cambd. XIX, 7. Spanhem. de Vsf. et Praest. Numism. Diss. XII. p. 433. T. II. Christ. Gottl. Schwarzii Diss. de Augustorum Caesarumque tribunicia potestate, Altorf. 1715. 4. [et in Diss. select. cura Theoph. Christoph. Harlet, (Erlangae 1778. 4.) p. 103. sq. Idem de numeranda tribunicia potestate Augustorum Caesarumque Romanorum, Altorf. 1721. 4. et in Diss. sel. p. 143.]

g) Dion. Cass. Lib. LIII. p. 508.

h) Nam etiam libera republica tribunos plebis iurisdictionem aliquam super adpellationibus habuisse, vidimus Lib. II. c. 1. §. 4. conf. Ernesti Excurs. ad Sueton. c. 43.

*) De proconsulari principum imperio vide Petr. Tronchin Disp. de variis capitibus iuris, in Supplem. Thef. Iur. Civ. et Can. Meerm. p. 599. seq. cap. I.

i) Dion.

- 5) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 508. et 519. n. Pag. Crit. Baron. ad a. Chr. 147. n. V. et Diss. Hyp. P. I. c. 3. §. 2. f.*
- h) *v. Pagi Diss. laud. c. 1. et Noris. ad Cenotaph. Pisan. p. 189. sq.*
- l) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 508. f. Non tamen omnes Censura abstinuisse, docet Phil. a Turre in monum. vet. Ant. I, 3.*
- m) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 508. cf. Io. Andr. Bossi Diss. de Pontificatu Maximo Imperatorum Christianorum, [Lips. 1654. 4. et in Graeuii Thes. Antiquitt. rom. T. V. p. 225.] Bohicrius in Diss. de Pontificatu Maximo Imperatorum Romanorum, quae est T. V. Hist. Acad. Inscr. [p. 307.] inserta et Sal. Ern. Cypriani Diss. de Maximiliano Pontificatum Max. adfessante. [add. Jac. Gothofredus Epist. de interdicta Christianorum cum gentibus communiione, et de pontificatu maximo imperatorum christianorum, Geneu. 1654. 4. Du Souverain Pontificat des Empereurs Romains par le Baron de la Bastie in Comm. Acad. Inscript. T. XVIII, p. 550.]*
- n) *Dion. Cass. Lib. LVI. p. 578. Spart. Hadrian. c. 6. cf. Pagi Diss. Hypat. P. II. c. 5. §. 9. Casaub. ad Sueton. Aug. c. 52. De anno, quo Patris Patriae nomen Scto accepit, vid. omnino Ernest. Exerps. ad Suet. Aug. c. 58.*

§: X.

In his tamen omnibus praecipuum erat [illud] *Augusti* nomen. Nam cum cetera nomina communicarentur cum iis, quos collegas fecissent, hoc vnum, certe vsque ad tempora Diuorum Fratrum, qui priui collegae Augusti pares extiterunt, vni proprium mansit. Quos enim collegas sibi exemplo Augusti adsciscibat, iis *Tribuniciam potestatem*, interdum etiam *Proconsulatum*, atque adeo praenomen *Imperatoris* dignitatemque concedebant: tamen Augusto ipso minores, eique subiecti. Sic Tiberius ab Augusto *Tribuniciam potestatem*, *Proconsulatum*, titulumque *Imperatoris* accepit, in consortium imperii

perii adscitus; sic eadem Titus a patre Vespasiano, Traianus a Nerua. *Imperatoris* autem titulus iis tantum, qui *Proconsulatum* adepti essent, tribuebatur, non item illis, qui solum sub nomine *Tribuniciae potestatis* in societatem imperii vocati. Propter *Proconsulatum* enim illi *Imperatoris* titulum habuerunt, veluti Tiberius, Titus ac Traianus^{p)}; Agrippa vero, qui *Tribuniciam* tantum *potestatem* acceperit, *Imperator* adpellatus non fuit. E quibus consequitur, ut in collegio imperii titulus *Imperatoris* spectet tantum imperium illud *Proconsulare*.

p) v. Pagi Crit. Baron. ad A. Chr. 71. [et A. C. 117. n. VIII. seq.]

§. XI.

Filii autem Imperatorum, antequam in partem imperii vocarentur, nomine *Principum Iuventutis*^{q)} honorabantur: quod erat vocabulum, quo dignitas solum aliqua praecipua, non potestas, significaretur.

q) v. Dodwell. Praelect. Cambd. XVIII, 9. f. XIX, 5. f.

§. XII.

Sed ad Augusti imperium reuertor. Is imperium non in perpetuum, sed quasi aliquando, constituta republica, redditurus, in quinquennia ac decennia recepit; ita quidem, ut, elapso primo decennio, aliud quinquennium, et cum hoc exiisset, aliud [rursus quinquennium, et post decennia] duo, decreta reperiantur^{r)}. Atque haec Augusti ratio festis *Quinquennialibus*, *Decennialibus*, e quibus plura alia manarunt, dedit originem^{s)}, quae deinde semper manserunt vsque ad Iustinum minorem^{t)}.

r) Dion. Cass. Lib. LIII. p. 506.

s) Dion. Cass. LIII. p. 506. conf. Pagi Diss. Hypat. P. II. c. 2. Novis. Diss. de Votis Decennialibus; [et Aug. Adolph.

T

Wendle-

Wendleri, V. C. Diff. de quinquennialibus et decennialibus Imperatorum Romanorum, Lips. 1789. 4.} Atque eorum festorum notitia cum vniuerse ad historiam, tum ad accuratam iuris ciuilibus intelligentiam necessaria est. v. *Pagi Diff. Hypat. P. II. c. 3. et seq. Ritter. Prolegom. Cod. Theod. p. 213. [not. y.]*

i) v. *Pagi Diff. Hypat. P. II. c. ult. §. 6.*

§. XIII.

Iam videndum est, quam mutationem in re publica fecerit Imperator, postquam, nomine Augusti et Lege Regia, tota ei respublica permilla esset*). Ea ad duo referri capita potest: ad veteres magistratus et honores, deinde ad nouos, ab eoque primum creatos, aliaque noua instituta**). Atque ea in re Augustus mirifica arte usus est, de consilio Maecenatis, quo plebs mutatam esse rempublicam non intelligeret: ipse autem potentiae securus esset. Nam primo, relictis omnium magistratum veterum nominibus, honoribus, commodis, potestatem omnem ad se traxit, aut illis dedit magistratibus, quos ipse primus instituisset; deinde magistratum creandorum potestatem ad se transtulit, ita, vt, quamuis rationem comitorum, a Caesare inuentam, retineret, tamen, cum commendationem eius populus teneretur obseruare, reuera ipse propemodum omnes crearet: porro prouincias cum Senatu et populo partitus est, ita, vt, remissis populo prouinciis minoribus atque tenuioribus, potentiores maioresque sibi reseruaret: militem denique perpetuum instituit, rem ad principatum firmandum opportunissimam).

*) cf. *Io. Koolii Orat. Quibus artibus Augustus calide rempublicam romanam inuasit, Trai. ad Rh. 1697. habita, et Ios. Toscani iuris publici romani arcana, siue de causis romani iuris, Neapoli 1767. VHL. Tom. III. 4.*

***) v. *N.*

***) v. M. Augustin. Caspianus de offic. et potestate magistratuum romanorum, Geneu. 1725. 4.

u) Dion. Cass. Lib. LIII. p. 511.

§. XIV.

In magistratibus et honoribus veteribus, primo exponemus, quid mutauerit. *Consules* quidem omnibus iis honoribus atque insignibus praeditos esse passus est, quibus antea vsi essent: sed potestatem imminuit, *suffectis Consulibus* creandis^{*)}, quo pluribus fidei cognitae gratificari, aliosque sibi deuincire posset: vnde discrimen *ordinariorum* Consulum et *suffectorum*: quorum illi Kalendis Ianuariis procedebant, nomenque anno dabant, ac prioribus tantum fere, mensibus fasces habebant: hi autem ceteris anni mensibus Consulatum gerebant. Tertium etiam genus *Consulum honorariorum*, quos *codicillares* postea dixerunt, qui, eum Consulatum non gessissent, ornamenta consularia haberent; a Caesare iam inuentum, ab Augusto sequentibusque Caesaribus creatum est^{*)}. Neque solum hac re potestatem Consularem imminuit, sed etiam eo, quod maximam potestatem in se transtulisset. Quare sub Caesaribus *iurisdictionem* aliquam, veluti de fideicommissis exercuerunt ac voluntariam, quam vocant.

x) v. Pagi Diss. Hypat. P. I. c. 1. et in Crit. Baron. ad a. Chr. 311. n. 7.

y) de his v. Pagi Diss. Hypat. P. I, 1. c. 8.

§. XV.

Praetorum numerum auxit fere vsque ad XII^{*)}, quamquam primo X, et aliquando XVI creauit^{*)}, maiore iurisdictionis et iudiciorum parte ad Praefectum Vrbi delata^{*)}. *Consores* creauit, qui censum agerent, *Praefectura* rectorumque *morum* in se translata. *Quaestoribus* Urbanis curam aerarii ademit, et

binis Praetoribus^{b)} vel *Praetoribus* dedit, vnde *Praetores aetarii* vsque ad Claudium. *Tribunos plebis* creauit, sine vi. In *Aedilibus* quid mutauerit, non inuenio. *Minores magistratus* veteres plerosque reliquit ille, quidem, sed ita, vt, *Decemuiris litibus iudicandis* additis, *Vigintiuiratum*, veluti primum ad honores gradum, constitueret^{c)}, eosque ex equestri ordine legeret.

z) *Dio Cass. Lib. LVI, 586.*

a) v. *Lips. ad Tac. Ann. I, 14. et Rupert. ad Pompon. p. m. 288.*

*) cf. *Schulting. Diss. de Recus. Iud. c. VII. §. 2. 3.*

b) *Dio Cass. Lib. LIII. p. 497. Sueton. Aug. c. 36. v. Lips. ad Tac. Ann. XIII, 18. Rupert. ad Pompon. p. m. 217.*

c) *Dio Cass. Lib. LIV. p. 540. v. Lips. ad Tac. A. III, 29. Casaub. ad Spartian. Iulian. c. 1. [et Ottocor. Hamer. Schediasm. Nomicaphil. p. m. 159.]*

§. XVI.

Horum magistratum, praeter Consules, omnium comitia cum populo partitus est, exemplo Caesaris, vt diximus. Nam Consules ab ipso solo designabantur. Hinc coepit dici *Ordinatio* Consulum et posterioribus temporibus *Nundinium*^{d)}. Reliquorum magistratum partem dimidiam ipse designabat, partem populo in comitiis creare permittebat, ita tamen, vt, quos ipse commendasset, necessario crearentur^{e)}. Atque id mansit vsque ad Tiberium, qui comitia omnia in Senatum transtulit.

d) v. *Pagi Diss. Hypat. P. I. c. 1. [et Iac. Guthierus de Officiis Domus Aug. Lib. I. c. 13. Claud. Salmastius vult sex per annum fuisse nundinia suffectorum Consulum.]*

e) *Sueton. Aug. 40.*

§. XVII.

Iam progredimur ad novos magistratus, quos e consilio Maecenatis instituit*). In quibus primum locum tenet *Praefectus Vrbi***) : cuius nomen quamuis iam libera republica satis cognitum fuisset, potestas tamen plane noua erat. Is ab Augusto institutus, e Consularibus fere, vt quietem, otiumque vrbis tueretur, seruitia compesceret^{f)}, querelas seruorum aduersus dominos audiret^{g)}. Mox omnem animaduertendi in nocentes homines, suppliciorumque irrogandorum accepit potestatem^{h)}. Quid? quod denique quasi proprius iudex Senatorum et Equitum factus est. Potestas intra Urbem, centesimumque lapidemⁱ⁾, exercenda, non vnum per annum, sed per totam saepe vitam ex arbitrio principis durabat. Ceterum Augustus ei adpellationes^{k)} in vrbe delegauit.

*) De magistratibus ab Augusto institutis vid. *Ios. Toscani Iuris Publici rom. arcana, Tom. I. cap. XII. et XIII.* p. 443 — 492.

**) Neque euanuit Praefectura latinarum feriarum sub Imperatoribus: patet cum ex aliis locis, tum vero ex *Capitolino in Anton. Philos. c. 4.* vbi mentio fit Antonini Philosophi, qui antea fuerat aliquando Praefectus Vrbi latinarum feriarum causa. accedit auctoritas Pomponii, qui in *l. 2. §. 33. D. de O. I.* suo adhuc tempore scribit quotannis id obseruari.

f) *Dio Cass. Lib. LII. p. 478. Tac. Ann. VI, II. Villt- cns vrbis* vocatur a Iuuenal. [*Sat. IV, 77.*]

g) v. *Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. c. 3.*

h) *L. 6. D. de interd. et releg.*

i) *L. 1. §. 4. D. de off. P. Urb. [Tac. l. c. Iuuen. Sat. XIII, 157.]*

k) *Suet. Aug. c. 33. De Praefecto Vrbi* erudita est *Differ- tatio Arn. Drakenborchii, Edit. II.* [(Franck. ad Viadr. 1752. 8.) et nouissime cum auctoris vita, cura *Io. Christ. Kappii* (Baruthi 1787. 8.)] *Io. Tob. Krebsii Epistola [de Praefecto Vrbi Romano in Opusc. (Lips.*

1778. 8.) n. IV. p. 109. sq. add. *Felix Contelorius de Praefecto Urbis in Sallengre Thes. Tom. I. p. 509. Io. Strauchii Diss. de centum lapidibus suburbicariis, seu, de praefectura urbicaria, in Opus. Tom. II. p. 193. Sed hos omnes longe superauit Eduard. Cossinus de Praefectis Urbis, Patis 1766. 4.]*

§. XVIII.

Praefectura Praetoriana altera noua potestas est, quam Augustus instituit: potestas plane militaris ab initio; vt *Praefectus Praetorio* militibus Praetorianis praesset ^{l)}. Duos, e consilio Maecenatis, ex equitibus Augustus creauit ^{m)}. Quem Tiberius ereauit, Seianus vim praefecturae valde intendit ⁿ⁾: deinde in numero saepe variatum ^{o)}. Procedente tempore etiam ciuilem potestatem nacti sunt Praefecti, ac tantam quidem in omnibus rebus, vt secundi essent ab ipsis Imperatoribus.

l) Nam *Praetorium* significat cohortes Praetorianas, v. *Iac. Perizon. Diss. I. de Praetor. §. 35.*

m) *Dio Cass. Lib. LII. p. 480.*

n) *Tac. Ann. IV, 2.*

o) v. *Io. Dan. Ritteri Historia Praefecturae Praetorianae [ab origine dignitatis usque ad Constantinum M. Vitemb. 1745. 4. in Praefat. ad Cod. Theodos. et in Geyh. Oelrichs Thes. nou. Diss. iur. select. Vol. I. Edit. nouae p. 1. sq.]. De Praefectis Praetorio vid. omnino P. Fabr. Semestr. I, 1. Scripsit etiam Arn. Drakenborchius Dissert. de Officio Praef. Praet. [Trai. ad Rh. 1707. 4. et in Geyh. Oelrichs Thes. Diss. Iurid. Selectiss. Vol. II. Tom. II. p. 49. sq.]*

§. XIX.

Praefectum porro *Vigilum*, item *Annonae* instituit. *Praefectus Vigilum* successit in locum Triumvirorum nocturnorum; habebatque septem cohortes vigilum ^{*}), qui incendia cauerent noctuque urbem tuerentur ^{p)}. Quare idem etiam cognitionem de incendi-

condiariis, effractoribus, furibus, et similibus, accepit. *Praefectus* autem *Annonae*, quum libera publica magistratus extraordinarius fuisset, ab Augusto ordinarius factus, annonae curam habebat ^{q)}, de criminibus circa eam commissis cognoscebat, per officia sua canonem frumentarium exigebat, tesserasque frumentarias aut panes diuidebat ^{r)}).

^{*}) Erant autem libertini Latini, quibus, ut diligentius vigilarent, constituta erant certa praemia lege *Visellia*, v. c. ut post sexennium iustam libertatem et civitatem romanam acciperent.

^{p)} *L. 1. D. de Praef. Vig. et Suet. Aug. c. 30.*

^{q)} *Suet. Aug. c. 37.* vocat *curatorem frumenuti diuidenti.*

^{r)} v. *Aueran. Interpr. Iur. Ciu. II, 3. Lips. Elect. I, 6.*

§. XX.

Quaestores Candidati ^{s)} *Principis*, qui etiam simpliciter *Quaestores Candidati* dicuntur, ab Augusto creati eam ob causam, quod, cum ipse Proconsul esset, atque Imperator, necessarii ipsi viderentur esse *Quaestores*, quos etiam antiquis Imperatoribus et Proconsulibus datos esse sciret. Officium eorum ab initio hoc, ut libellis, orationibus, epistolis Principis in Senatu recitandis vacarent ^{t)}, aerarium Principis curarent, rationes conficerent, ac referrent ^{u)}).

^{s)} *Candidati Principis* dicebantur, quoniam a Principe commendabantur; necessario designandi. Sic etiam ceteri, quos Princeps commendasset, dicuntur *Candidati*. *Praetores* quidem *Candidati* occurrunt *Grut. Inscr. p. CCCL. n. 7. v.* Epistolas amoeboeas *Sperlingii* et *Cuperi* in *Poleni Supplem. ad Thes. Vtrumque T. I. Candidati* vocantur, quod in candida petebant, cum ceteri in competitorum grege laterent; *Spartian. Hadr. c. 3. conf. Vales. ad Amorian. XX, 9.* [et lo. Frid. Mager *Diss. de candidatis principum*, Lips. 1733. 4.]

^{t)} *L. vn. §. 2. D. de off. Quaest. Dio Cass. Lib. LIV.*

- 4) v. Ritter. ad Heinecc. *Hist. Iur.* I, 200. et Dodwell, *Pract. Cambd.* X. p. 864.

§. XXI.

Iam ad minores ab eo institutos quasi magistratus veniendum est. Sunt autem hi: *Curatores operum publicorum* x), veluti *sartorum tectorum*, quae erat pars Censurae; *Curatores viarum* y) extra urbem, veluti *vias Appiae, Flaminiae*; *Curatores aquarum* z), siue aquaeductuum, veluti *aquae Martiae, Virginiae, Claudiae*, quae item antea pars Censurae fuit, qui *commentarios* impetrati *iuris aquarum* conficerent a), aquaeductus reficiendos tuendosue curarent: *Curatores aluei Tiberini* b) purgandi ac laxioris faciendi *); atque hi omnes etiam sub sequentibus Imperatoribus fuerunt.

x) *Suet. Aug. c. 37.*

y) *Suet. l. c.*

z) *Suet. l. c.*

a) *Frontin. de Aquaed. I, 20. cf. Caroli Godofr. Winkleri Diss. elegantissima atque doctissima de iure aquae impetratae, Lips. 1749. 4. [et in Opusc. minor. Lips. 1796. 8. Vol. II. Part. I. num. I. p. 1.]*

b) *Suet. Aug. l. c.*

*) Statuebant etiam terminos, quousque habitare in ripa et aedificia ponere licebat. Iam ante Augustum hoc munus existisse docet inscriptio apud *Fabricium Descript. urbis Rom. cap. XVII.*

§. XXII.

Extra ordinem etiam Augustus, quoties opus esset, creauit *Triumuiros legendi Senatus*, et alios *recognoscendi turmae Equitum* c), veluti *ὑποκριτὰς*, siue *Subcensores* quosdam, ut Dio vocat, ut hanc partem Censorii muneris sustinerent.

c) *Suet. Aug. c. 37. Dion. Cass. Lib. LII. p. 478.*

§. XXIII.

§. XXIII.

Iam quum sciret Augustus, maximam potentiam esse in prouinciis, eas cum Senatu populoque Romano ita partitus est, ut maiores quidem, et colligendis opibus; ad commodatas, aut hostibus bellisque obnoxias, sibi reciperet, reliquas quietas, et minores, Senatui relinqueret administrandas ^{d)}. Qua de causa etiam duplex aerarium esse voluit, alterum Populi, alterum suum ^{e)}, siue *fiscum* principis et suos cuique redditus ac uectigalia assignauit ^{f)}, v. c. *centesimam rerum venalium* post bellum civile statim ^{g)}.

d) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 503; Catalogum prouinciarum Caesarearum ex Strabon. Lib. XVII. c. xiv. exhibet Ernesti Exc. ad Suet. Aug. c. 47. subinde tamen permutatae sunt. De discrimine prouinciarum Caesaris et Senatus v. Lips. Exc. VI. ad Tac. A. I, 75. meliorem autem conditione fuisse prouincias Caesaris, quam Senatorias, docet Ernesti ad Tac. A. I, 75. Ceterum vero imperium potestatemque Proconsulum maiorem fuisse, quam Legatorum, ex Plinio epist. X. patet. cf. Cuiac. Obs. XX, 37.*

e) *Dion. Cass. Lib. LIII. p. 506.*

f) *Tac. A. I, 78. v. Lips. ad Tac. II, 42.*

§. XXIV.

Magistratus, qui in prouincias Senatus mittebantur, omnes *Proconsules* adpellabantur, siue e Consulatu, siue ex Praetura proficiscerentur ^{h)}: qui in prouincias Caesaris, *Legati Augusti Pro Praetore* ⁱ⁾, siue etiam *Praefides* ^{j)}. Ac illi quidem ampliores potestatem in prouinciis suis habuisse videntur; hi autem penitus ab arbitrio Principis, a quo mittebantur, pependisse ^{k)}. In minores etiam prouincias mittebantur interdum tantum *Procuratores Caesaris* ^{l)}, veluti in Iudaeam: a quibus differebant alii *Procuratores*, qui in prouinciis tam Senatus,

quam Caesaris reditus et vectigalia curabant¹⁾. Aegyptus autem ab Augusto singularem aliquam, et a ceteris diuersam, formam accepit. Nam quum et naturam regionis, et incolarum mobiles animos, subsidia rerum nouandarum cupidis praesidibus aptissima, metueret, ad eam regendam misit Equitem tantum, nomine *Praefecti Augustalis*²⁾, vetuitque, ne quis Senator, neu Eques illustris, sine suo permissu, eam prouinciam intraret. Alexandrinis autem, quos sciret esse ad rebellionem maxime procliuos, ius Senatus, magistratumque ademit, misitque in eam ciuitatem, iurisdictionis exercendae causa, magistratum, qui a munere *Iuridicus Alexandriae* diceretur³⁾.

f) v. *Schulting. ad πρωτ. Dig. tit. de Off. Procons. atque Legatos etiam habuere.*

g) v. *Spanh. de Vfs. et Praef. Numism. Diss. X. p. 179. et Schulting. πρωτ. Dig. tit. de Off. Praef. Legatos etiam habuisse, docet Strab. III. p. 253.*

*) item *Legati Consulares. v. Salmaf. ad Spartian. Hadr. c. 22. p. m. 199. f. De diuersis eorum nominibus cf. Iac. Gutherius de Offic. Dom. Aug. lib. I. cap. V. et sq. Guid. Panciroli de notit. imp. orient. cap. 155. et in vniuersum Io. Boreel de Mauregnault D. inaug. de officio praefidis prouinciae, Lugd. Bat. 1739. 4. et in Oelrichs Thes. Diss. Iurid. selectiss. Vol. II. Tom. II. p. 83. sq.*

***) cf. *Ge. Christ. Grbaueri Progr. de insigni differentia inter Proconsules et Legatos Caesaris, Goett. 1737. 4. et in Exercit. acad. (Erford. 1777. 4.) Vol. II. p. 701. sq.*

h) v. *Bynkershoek. Obs. II, 20. et Gotfr. Mascouii Exerc. de Procuratore Caesaris. [Altorf. 1724. 4. et in Opusc. iurid. et philol. cum animaduers. I. L. E. Püttmanni (Lips. 1776. m. 8.) Vol. I. p. 1.]*

i) v. *tit. Dig. de Off. Procur. et Lips. ad Tac. A. XII, 60. Exc. ult. quamquam Proconsulibus sui quoque fuerunt Quaestores. v. Strab. III. p. 253. Tac. Agr. c. 6.*

k) *Dion.*

- k) *Dion. Cass. Lib. LIII. tit. Dig. de Off. Praef. Aug.* ad quem v. *Schulting.* in *πρωτ.*
 l) *Strab. Geogr. Lib. XVI. p. 1147. f. ed. Almeloucen.* conf. de *Iuridico Ritter. Praef. ad Cod. Theodos. T. V.* et ad *Heinecc. Hist. Iur. I, 177.* Errant autem, qui eum toti Aegypto praefuisse dicunt.

§. XXV.

Rēm militarem porro ita constituit, ut, et ad tuendum imperium Romanum, et ad potentiam suam firmandam, esset potentissima. Nam primum militem perpetuum instituit^{m)}. Deinde *disciplinam* optime fundavit, laudaturque in ipsius libris iuris nostri *Disciplina Augusti*ⁿ⁾, militibusque commoda et privilegia multa concessit. Omne imperium militibus firmavit. Nam primo, ad maria tuenda, quatuor classes, *Ravennatensem, Misenensem, Ponticam, ac Foroiuliensem* locavit. Deinde, in finibus ac limitibus imperii aliis, *milites limitaneos* constituit; et quo celerius, quae in toto imperio agerentur, cognosceret, *vias militares* fecit^{o)}, in iisque stationes militum disposuit^{o)}. Delegit denique *cohortes Praetorianas*^{p)}.

m) *Dion. Cass. Lib. LII. p. 482.*

n) *L. 11. §. 1. D. de re milit.*

o) De viis militaribus vid. *Bergierius*, cuius amplissimus et doctissimus commentarius primum prodiit *Paris. 1622. 4.* deinde ab *Henr. Christiano Henninio* latine conuersus et a *Io. Baptista du Bos* illustratus extat in *Graevii Thes. Tom. X. p. 1.* nouissime tandem *Brussellis* editus inscribitur: *Histoire des grands chemins de l'Empire romain par Nicolas Bergier, à Bruxelles 1728. II. Tom. 4. add. Ady. Stegeri Diss. de viis militaribus Romanorum in veteri Germania, Lips. 1738. 4.*

o) *Suet. Aug. c. 49.*

p) v. *Dion. Cass. Lib. LV. p. 565. Perizon. Diss. II. de Praetorio.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Restat, vt reliqua Augusti ad constituendam ciuitatem instituta exponamus. Senatui et Populo sua iura reliquit*), ita, vt, si quid videretur e republica esse, vel SCto, vel Legibus, constitueret¹⁾. Constituit, ne plus, quam bis in mense, legitimus Senatus haberetur, Kalendis et Idibus²⁾. Senatum suppleuit *Lege Senia*³⁾: Equitibus illustribus latum clauum dedit⁴⁾. *Iudicia* ab iis magistratibus exerceri passus est, qui vel olim eam potestatem habuissent, vel ab ipso essent creati, veluti a Praefecto Vrbi. Iudices ipse a vicessimo aetatis anno adlegit, decuriasque conscripsit⁵⁾: ad tres decurias iudicum quartam addidit, ex inferiore censu, quae *Ducenariorum* vocaretur, iudicaretque de leuioribus summis⁶⁾. *Iurisditionem* intra fines suos Praetores, ac Praefectus Vrbi habebant: facta tamen est sub Caesaribus, inde ab Augusto, cum in quaestionibus, tum in iurisdictione, mutatio aliqua⁷⁾. Nam primum Caesares ipsi ius dicebant in iis causis, in quibus ab ordinariis magistratibus ad eos esset provocatum⁸⁾. Deinde factum est causarum, tam privatarum, quam publicarum, discrimen, vt aliae essent *iuris ordinarii*, agerenturque ad magistratus ordinarios⁹⁾, aliae autem *iuris extraordinarii*, de quibus Caesares ipsi, sine iudicibus, per se, adhibitis tamen consiliariis quibusdam¹⁰⁾, cognoscerent¹¹⁾. Porro et ipsi magistratus vel iure ordinario, vel extraordinario, ius dixerunt, vel cognouerunt. Inde tam crebra *cognitionum*, cum apud veteres auctores, tum in libris iuris nostri¹²⁾, mentio. In iudicio *centumuirali* ab Augusto porro id mutatum est, vt *Decumviri* hastam cogere, quam antea quaestura functi cogere consueuissent¹³⁾.

*) Com-

- o) Commendandus prae reliquis *Mich. Com. Curtius Comment. de senatu romano post tempora reipublicae liberae*, Hal. 1768. 8. splendide recus. *Genev.* 1769. 4. cuius tres libri priores ad haec potissimum tempora usque ad Constantinum M. pertinent.
- q) *Dion. Cass. Lib. LII.* p. 493.
- r) *Sueton. Aug. c. 35.*
- s) *Tac. An. XI, 25.*
- t) v. *Lips. ad Tac. A. XI, 4.* cf. *Masson. vit. Ouid. p. 35.*
- u) idque postea semper potestatis Caesarum mansit, cum republica libera esset Praetoris Urbani, v. *Ernesti Excurs. ad Sueton. Tib. c. 40.*
- x) *Sueton. Aug. c. 32.* Ceterum, si non sub Augusto, certe sub sequentibus Imperatoribus inualuit, ut iudicia publica saepe in Senatu haberentur. v. *Schulting. Diss. de recus. iud. cap. 7.*
- **) cf. *Ger. van Wesel Diss. de sanctitate iudiciorum ab Imperatoribus romanis partim restituta, partim labefactata*, Trai. ad Rh. 1759. 4. et in *Oelrichs Thes. nouo Dissertatt. Belgic. Vol. II. Tom. I. p. 268. sq.*
- y) *Sueton. Aug. c. 33.*
- z) *Sueton. Claud. c. 15.* ad q. 1. v. *Ernesti.*
- a) *Spartian. Hadr. c. 8.*
- b) v. omnino *Ernesti Excurs. ad Suet. Caes. c. 43.* id accurate explicantem, cf. *Salmas. de Mod. Vsur. c. 3. p. 111. sqq.*
- c) in *Digestis extraordinariae cognitiones* dicuntur, v. *tit. de extr. cognit. Salmas.* tamen *de Mod. Vsur. c. 3. p. m. 111. sqq.* existimat, vocabulum *extraordinariae* deberi Triboniano, male.
- d) *Suet. Aug. c. 36.* Atque eam ob causam haud dubie Decemuiros in Vigintiuiros et minoribus magistratibus locauit.

§. XXVII.

Ceterum instituit sibi sortiri consilia semestria, quibuscum de negotiis, ad frequentem Senatum referendis, ante tractaret^{o)}: quae deinde annua lecta sunt: idque ab ceteris Imperatoribus usurpatum est¹⁾: dicti *comites*²⁾: fuitque id consilium Principis priuatum, quo in consiliis capiendis, in causis audiendis,

diendis, vteretur. Inde haud dubie postea *Auditorium* vel *Conistorium* Principis extitit. Aerarium militare instituit^{h)}, certosque ad id reditus, ac vectigalia. *Miliarium* aureum in foro fecit^{*)}: Fastos, correxit; Saeculares ludos egit.

e) *Suet. Aug. c. 35.* quod et sequentes Imperatores imitati sunt: vnde libri *Semestrium D. Marci in L. 46. D. de pact. Seueri in L. 12. D. de adq. hered.*

f) *Suet. Tit. c. 70. Spartian. Hadrian. c. 18. vbi v. Salmas.*

g) v. *Ernesti Excurs. ad Suet. Tib. c. 46.*

h) *Suet. Aug. c. 49. v. Burnmann. de Vectigal. Pop. Rom. c. XI.*

*) v. *Scalig. ad Euseb. De milliaris ipso et eius lapidibus numerandis, diuersa ratione exponunt: Lucii Hollsteinus Diss. breuiss. de milliaris aureo, quae reperitur post eiusdem notas in Steph. Byzant. nec non in Graecii Thes. Tom. IV. p. 1805. et Otto Arntzenius Diss. inaug. de milliaris aureo, Trai. ad Rh. 1728. 4. et in Oelrichs Thes. Diss. iurid. Vol. I. Tom. II. p. 98. sq.*

§. XXVIII.

Iuris ciuilibus Legumque mutatio sub Augusto, sequentibusque Imperatoribus, quae facta sit, suis locis videbimus. Id vnum hic verbo monuisse sufficiat, nouam partem Iuri ciuili accessisse sub Caesaribus, *Constitutiones Principum*: quae quales fuerint, singulari capite tradetur. Ceterum autem forma reipublicae, ab Augusto constituta, fere in plebisque capitibus, subsistit etiam sequentibus sub Caesaribus fere vsque ad Constantium Magnum: si quibus in rebus tamen aliquid immutatum fuerit ab vno vel item altero Imperatore, suo loco exponemus.

§. XXIX.

Augusti res gestas quamuis in historia Iuris per censere non attineat, id tamen videtur faciendum,

vt,

ut, quas prouincias imperio Romano adiecerit, commemoramus. Perdomuit autem partim ductu, partim auspiciis suis, Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam, cum Illyrico omni: item Rhætiam, Vindelicos, ac Salassos, gentes Inalpinas: ceterum ab omni parte, victis hostibus, quietum ac securum præstitit Romanum imperium¹⁾, adeo quidem, ut etiam Parthi signa Crallis adempta reddiderint²⁾: atque Augustus Ianum ter clauerit. In quibus rebus quamquam mira felicitate usus est, tamen etiam graues ignominias elædesque duas omnino accepit in Germania, *Lollianam* ac *Varianam*³⁾. Florentissimum sub eo imperium, florentissima ciuitas fuit. In omnibus tamen, quibus eius imperium illustratum est, rebus, nulla est nobilior, aut illustrior, epocha *nati Christi*, quæ ex accuratiori ratione⁴⁾ incidit in annum V. C. DCCLIV, in annum mundi MMMIII, quo tempore Census in Iudæa factus est⁵⁾ is, qui fuit prior altero, qui sub *Quirino* Syriæ præside actus est⁶⁾.

1) *Suet. Aug. c. 21.*

2) *Suet. Aug. c. 21. Tac. A. II, 1. v. ibi Ernesti.*

3) *Suet. Aug. c. 23. de qua clade v. Fürstenberg Monum. Paderb. [et Christian. Vlr. Gruppen. Obs. de clade Variana, in Origin. German. (Lemgou. 1764. 4.) Tom. I. p. 99.]*

4) *Vsserii Chron.* quam pluribus argumentis tuetur et confirmat *Pagius in Appar. Chron. in Annal. Baron. p. 37. sqq. Crit. Baron. ad a. Chr. 34. T. I. p. 23.* Ceteras rationes collegit *I. A. Fabricius Bibliogr. Antiqu. p. 178.*

5) Nuperrime tamen, Censum hunc a *Quirino*, iterum legato Syriæ, institutum, ipsamque adeo *nati Christi* epocham in annum V. C. DCCXLVII. ponendam esse, magno doctrinae apparatu ex lapidibus aliisque rei antiquæ reliquiis eruit *Henr. Sanclementius, S. Congr. Exam. Episcop. a Secretis, in egregiis libris, quos de vulgaris æræ emendatione, Rom. 1793. m. f. edidit,*
qui

qui ad nodos rerum, Augusto imperante, gestarum expediendos, fastosque consulares in vniuersum corrigendos, plurimum faciunt.

- n) *Luc. II, 2. v. omnino Iac. Perizonii Diss. elegantissima de [Augustea] orbis terrarum descriptione [et loco Lucae eam commemorantis; Diss. IV. p. 313. sq.] adiecta eius Disquisitioni de Praetorio, et P. Wesselingii Diss. de Censu Quirini ad marmor. Murat.*

§. XXX.

Iam, vt et morum eius animique quandam imaginem, quasi in tabula quadam expressam, exhibeamus^{o)}; ille, quamquam et in pueritia et adolescentia nonnullorum dedecorum ac flagitiorum, et in Triumviratu etiam crudelitatis flagrauit infamia; tamen postea vitia magnis virtutibus pensauit, bonus paterfamilias, clemens dominus ac patronus, fidelis et comis amicus, continentissimus, ac frugalissimus, diligens atque bonus Princeps, verus Pater patriae denique: in omnibus rebus felix, praeterquam in familia sua^{p)}. Quam diligens Princeps fuerit, intelligitur inde, quod *Rationarium imperii*^{q)} a se confectum^{*}, vna cum indice rerum a se gestarum^{r)}, quem monumento suo vellet inscribi, reliquit.

o) *Suet. Aug. c. 61. sqq.*

p) *Stemina Augusti diligenter et accurate digestum explicatum exhibet I. A. Fabricius in Fragmentis Augusti Scriptorum, temporum mutatione, genere, [Hamb. 1727. 4.] p. 70. id etiam editioni Suetonii adiecit Ernesti.*

q) *Suet. Aug. c. 28. et ult. et Tac. A. I, 11.*

*) *v. Christoph. Frid. Wille, V. C. Diss. de rationario imperii romani, Lips. 1773. 4.*

r) *Suet. Aug. c. ult. Is index est celeberrimum illud monumentum Ancyranum, quod ad res gestas Augusti vnum omnium est fide dignissimum, descriptum primum a Husbequio^{**}), de inde a Paulo Luca, post a Cossonio, editum a Iac. Gronouio in Memoria Cossonia,*

niana, et I. A. Fabricio in *Fragmentis Augusti*, denique a Chishullo, denuo exactum ad ipsum marmor. Ad eius res gestas monumentum admodum certum est etiam id, quod nomen habet *Cenotaphia Pisana*, L. et C. Caesaribus posita; quae doctissimo atque vberissimo commentario instruxit Cardinalis Norisus; etiam Graevius editioni Suetonii addidit.

**) Rem ita tene. Repertum hunc anno 1555. et ab Augerio Busbequia acceptum rerum ab Augusto gestarum indicem primus luce publica donavit Andr. Schottus in *Scholiis ad Aurel. Victor.* ed. Antverp. 1579. 8. p. 70. sq. Deinde Ant. Verantii, Strigoniensis Archipraefulis, exemplum, ab eius nepote, Fausto Verantio, anno 1576. habuit Car. Clujus, Atrebas, a quo vicissim anno 1587, uti antea ab Auger. Busbequio acceptum, Iustus Lipsius in *Auctario ad Mart. Suetii Inscript.* Ant. vna cum emendationibus suis anno 1588. fol. p. 19. sq. exhibuit: Io. Leunclavius autem *Pandectis hist. Turo.* (Francof. 1588. 4.) p. 205. sqq. adiecit. Ex illo Lipsii Auctario deinceps repetiit et animadversionibus illustravit Is. Casaubonus ad *Suetonii Augustum*, Paris. 1596. 4. post quem suo *Inscriptionum corpori* inseruit Jan. Gruterus p. 220. sq. ediderunt etiam Jan. Rötgerhus *Vox Lat.* Lugd. Bat. 1618. 4. *Lib. II.* p. 163. sqq. et Ioach. Oldanus (vulgo Oudaan) in *Romana Magnitudine Dial. V.* p. 356. Tum e Dan. Cossonii schedis emendavit Iac. Gronovius in *Memoria Cossoniana*, Lugd. Bat. 1695. 4. Nec multo post Paulus Lucas, scriptor Hodoeporicus, edidit in *Itinere Graeciae*, (Par. 1712. 12.) *Tom. I.* p. 393. sqq. incepta tamen vsus Epigraphae: *Inscription nommée par les Critiques Lapis Ancyranus.* Porro Ios. Pitto Turnesfortis illius Propylaei Ancyranum imaginem depingendam curavit in suo *Itinere Orientis*, Lugd. 1727. III. *Tom. 8. Epist. XXI.* p. 315. eodemque anno Monumentum Ancyranum ad fidem utriusque exemplaris Busbequiani et Cossoniani restitutum a Iac. Gronovio, cum huius selectis, et suis animadversionibus denuo recensuit Io. Alb. Fabricius in *Augusti temporum notatione, genere et scriptorum fragmentis*, Hamb. 1727. 4. p. 213. sqq. B schedis tandem Turnesfortianis omnibus id numeris absolutissimum exhibuit Edm. Chishullus

hullus in Antiquitt. Afaticis Christianam aeram antecedentibus, Lond. 1728. fol. p. 165 — 207. cf. *Christoph. Saxius Onomast. literar. Trai. ad Rhen. 1775. m. 8. p. 205. sqq.*

§. XXXI.

Mortuus est Augustus a. V. DCCLXVII. a. Christi XIII. Ei TIBERIVS successit. Is iam dudum in spem imperii, post mortem C. et L. Caesarum, adeptus, Tribunicia potestate et Proconsulari imperio tum ornatus erat, cum moreretur Augustus. Ac primo quidem, quamuis statim occupasset principatum, impudentissimo mimo recusatum, tandem quasi coactus precibus Senatus recepit. Imperium autem bene atque clementer administravit, quamdiu vivebat Germanicus Caesar, quem ille, quod apud omnem populum gratiosum, et ab exercitu iam expectatum Augustum, minis etiam, ut susciperet imperium, propemodum coactum sciret, admodum timebat. Extincto eo autem, ad mores suos, dissimulatione antea tectos, rediit, tyrannumque exeruit.

§. XXXII.

Tiberii, circa statum reipublicae, noua ad stabiliendam firmandamque dominationem instituta haec sunt, quod et *Comitia* e campo in curiam transtulit¹⁾, et *castra Praetoriana*, ex consilio Seiani extra urbem aedificauit²⁾, et *iudicia maiestatis* instituit. *Comitia* quidem populo ademit, eam ob causam, quod, tanetsi potissima arbitrio Principis sciscebantur in comitiis, quaedam tamen etiam studiis tribuum [et centuriarum] fiebant³⁾: Senatus autem Principi obnoxius erat. Id quamuis aegre ferret plebs, Senatus tamen libens tenuit, quod sordidis ambitionibus exsoluebatur. Atque ab eo tempore *Comitia* non amplius in campo per populum, neque magistratibus creandis, neque legibus

gibus iubendis, facta sunt: ac sicubi Comitiorum legumque post id tempus apud scriptores mentio fit, id capiendum est de creatione magistratum per Senatum facta, ac de Senatusconsultis: nisi quod dicis causa, comitiis in Senatu habitis, sollennia comitiorum in Campo Martio usurpabantur¹⁾. Castra autem Praetoriana²⁾ extra urbem extruxit, in quibus etiam templum: quibus cohortes Praetorianae, vagae ad id tempus ac per hospitia dispersae, continebantur: cuius instituti causa fuit, quo magis metueretur. Erant enim milites Praetoriani subsidia atque instrumenta dominationis. Iudicia denique maiestatis³⁾, si quid aliud, maxime quoque ad dominationis firmamenta pertinebant, ne quis quid contra Principem diceret, aut sentiret. Atque haec iudicia valde diuersa sunt a iudiciis maiestatis in republica. Nam republica libera *Maiestas* erat, si dignitas atque amplitudo populi Romani violata atque imminuta videretur. Hoc autem tempore eam vim habebant, ut, qui quid contra Principem, eiusue dignitatem, fecisset, dixissetue, Maiestatem violantem iudicaretur: cum Principes *Maiestatem*, ac diuinitatem adeo aliquam, sibi adrogarent⁴⁾. Ac, postquam semel inuenta, dominationis exercendae, ac firmandae causa, vehementer frequentata sunt, delatoribus exortis, qui Principum cupiditatibus seruirent. Neque ullam grauius malum ciuitatem oppressit criminibus maiestatis, quibus maxime innocentes obruebantur; ut recte Plinius dicat, id solum fuisse et vnicum crimen eorum, qui crimine vacarent. Denique et id addendum, quod, *centesima* auctioinum sublata, instituit *ducentessimam*⁵⁾.

1) Tac. A. I, 15. Dion. Cass. Lib. LVIII.

2) Suet. Tib. c. 37.

3) Pomponius in L. 2. §. 9. D. de Or. Iur. tradit, causam fuisse hanc, quod difficile fuerit, tantam populi multitudinem in unum conuenire: quae quidem ratio, nisi

ad omnem Senatusconsultorum iam libera republica de iure faciendorum consuetudinem pertinet, quod non est improbable, continet causam, quam interferens Tiberius populum fallere cogitaret, ne mutata Comitiorum rationem, sibi que ademptam, aegre ferret. Sane Principes eiusmodi causas dominationi suae saepe praetextunt: easque, pro veris, scriptores aliqui tradunt. Exemplum est in praefectura urbana, a Messala deposita, apud *Eusebium Chron.* et apud *Tacitum A. VI, 11.* de qua v. *I. F. Gronou. Obseru. Eccl. c. 19. p. 209. sq.*

- x) *Vopisc. in Tac. c. 7. Suet. Domit. c. 10.*
- y) dicebantur etiam ipsa *Practorium.* v. *Perizon. Diff. R. de Practorio §. 17.*
- z) *Tac. A. I, 72. Suet. Tib. c. 58. Sen. Benef. III, 28.*
- a) v. nos in *Traiano p. 27. sqq.*
- b) *Tac. A. II, 42. v. Burmann. de Vezig. c. V. p. 70. sqq.*

§. XXXIII.

Septem postremis imperii annis, usque ad mortem, Capreis, in quam insulam secesserat, mansit, omnibus flagitiis, atque turpissimo vitae genere, crudelitate maxime, infamis; rapax denique, et auarus. Erat enim natura ad omne genus vitiorum, atque crudelitatem maxime, propensus: quae quidem, viuis Augusto, atque Germanico, metu coactus dissimularat. Ceterum miles atque dux belli egregius. In Diuos*) relatus non est^{c)}.

*) Ex instituto de diuinitate Caesarum ac diuinitatis Caesarum effectibus disputat *Heru. Cannegieter Obs. Iur. Rom. II, 1. p. 133. sq.* vbi eleganter demonstrat, duplicem Principibus diuinitatem delatam esse, terrestrem et coelestem, illam inter homines viuos eos exercuisse, hanc viuis exemptos inter deos. Quo posito, errores multi a multis commissi euitantur. Ipsam ἀποθέωσιν, aut consecrationem vna cum omnibus sollempniis habet *Herodianus Hist. I, 1.* omissus a Cannegietero.

c) Silent omnes scriptores: neque *Diuos* vel in *Digestis*, vel in iis monumentis dicitur, vbi cum ceteris Imperatori-

ratoribus memoratur, qui *Diui* dicuntur, veluti in fragmento Legis Regiae Vespasiani.

§. XXXIV.

Successit anno Urbis DCCXC. a. Chr. XXXVII. CAIUS CALIGULA, Germanici filius, monstrum hominis, ab Tiberio, occisis omnibus Germanici liberis, solus superstes relictus^{a)}. Primo bene, atque cum summa totius populi gratulatione, laudibusque imperavit: sed octavo mense post, in omne genus crudelitatis atque dedecorum erupit; cum in febrem ardentem incidisset, quae sanam mentem ei eriperat^{d)}. Cum prodigalitate summa Tiberii illud festertium vicies ac septies milies profudisset, ad omne genus rapinarum conuersus est. In crudelitatem autem incitatus esse dicitur a duobus regibus, Agrippa Iudaeo, et Antiocho Commageno^{e)}. Histrionibus maxime deditus fuit.

^{a)} cf. *Birgerus Thorlacius*, V. C. Disquis. historico-crit. quae inscribitur: *Suetonius, Dio Cassius, Iosephus et Philo, in imperio C. Caligulae, et inuicem et cum aliis comparati*, Copenhagen. 1797. m. 8.

^{d)} *Philo Iud. Legat. ad Cai.* cui potior fides, quam *Suet. Cai.* c. 50.

^{e)} *Dio Cass. Lib. LIX.* p. 646.

§. XXXV.

In bonis eius initiis nonnulla instituta sunt egregie. Nam primum Comitiorum more pristino revocato, suffragia populo reddere tentavit^{f)}. Magistratibus liberam iurisdictionem, et sine sui adpellatione, concessit^{g)}. *Quintam decuriam* iudicum addidit, quo minor iudicantibus labor esset^{h)}. *Ducen-tesimam* aucionum Italiae remisitⁱ⁾. Sed cum a se ipso sanaque mente desciuisset, multa inaudita et noua vectigalia instituit; pro eduliis, quae tota vrbe venirent;

rent; pro litibus atque iudiciis quadragesimam summae, de qua litigaretur^{h)}; ex gerulorum diurnis quaestibus octauam; ex capturis prostitutarum, quantum quaeque vno concubitu mereret: addiditque ad caput legis, vt tenerentur publico, et quae meretricium, et quae lenocinium fecissent, nec non et matrimonia obnoxia essentⁱ⁾. Omnem ICtorum scientiam abolere voluit, ne qui respondere possent, praeter se^{m)}.

f) Sed tentauit tantum. *Suet. c. 16. Dio Cass. Lib. LIX. p. 742.* Nam mox Tiberii institutum reuocauit, et populo suffragia ademit. *Dio Cass. l. c. p. 753.*

g) *Suet. c. 16.*

h) *Suet. l. c.*

i) *Suet. l. c.*

k) *Suet. c. 40. v. Burmann. de Vestigal.*

l) *Suet. l. c. v. ibi Ernesti.*

m) *Suet. Cal. c. 34: ad q. l. v. Ernesti.*

§. XXXVI.

Occiso Caligula, postquam triennium, X. menses, octo dies, imperauerat, an. V. DCCXCIV. Chr. XII. ad imperium vocatus est per milites T. I. CLAUDIVS, eius patruus, casu quodam; confirmatus deinde a Senatu populoque: cuius item bona initia fuerunt. Rescivit enim omnia acta Caii Caligulae^{g)}. Praetores duos de *Fideicommissis*^{h)} constituit^{o)}. Sanxit, vt pupillis extra ordinem tutores a Consulibus darentur^{p)}. *Rerum actum*^{q)}; diuisum antea in hibernos aestiuosque menses, coniunxit^{r)}. *Quaestorum* collegio, pro stratura viarum, gladiatorum munus iniunxit^{s)}, detractaque Ostiensi et Gallica prouincia, curam aerarii reddidit^{t)}. Equestres militias ordinauit^{u)}. Sed natura stupidus ac vecors, libertis atque vxoribus addictus, in plerisque non Principem se, sed ministrum, egit: multaque crudelitatis exempla edidit. Messalina, propter flagitia, occisa, in matrimonium duxit

duxit Agrippinam, fratris sui filiam, e Scto, quo eius generis matrimonia permitterentur^{x)}; priuignumque Neronem, quamuis naturalem haberet filium Britannicum, adoptauit^{y)}. Veneno, fraudibus Agrippinae, vt creditum est, sublatus est^{z)}, et post mortem in Deos relatus^{a)}).

n) *Suet. Claud. c. 11.* vnde haud dubie est, quod nulla eius constitutionum. in Digestis memoratur.

*) Cognouere tantum quoad quinquaginta aureos, reliquis causis fideicommissariis Consulibus relictis.

o) *L. 2. §. 32. D. de Or. Iur. Suet. Claud. c. 23.* dicit: *Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis et tantum in urbe delegari magistratibus solita, in perpetuum atque etiam per prouincias, potestatibus demandauit ad q. l. v. Ernesti.*

p) *Suet. l. c.*

q) hoc est, iudiciorum administrationem. v. *Ernesti ad Suet. Claud. c. 23.*

r) *Suet. l. c. v. ibi Ernesti.*

s) *Suet. Claud. c. 24. Tac. A. XI, 22.* mutauit Nero, *Tac. XIII, 5.* iterum reduxit Domitianus, *Sueton. c. 4. v. Lips. de Amphith.*

t) *Suet. l. c.*

u) *Suet. Claud. c. 25. v. Schel. ad Hygin. p. 69. 70.*

x) *Suet. Claud. c. 26. Tac. A. XII, 7.*

y) *Suet. Claud. c. 27.*

z) *Suet. Claud. c. 44.*

a) *Suet. Claud. c. 45.*

§. XXXVII.

Post eum Imperator factus an. V. DCCCXVII. a. Chr. LIV. NERO, priuignus, et adoptiuus Claudii filius. Primo quinquennio, auctore inprimis Seneca, praëptore, egregie imperauit, ita, vt Quinquennium Neronis in summis laudibus apud veteres scriptores feratur. Sed eo exacto, omnibus sceleribus, atque flagitiis immerfus est, vt omnes tyrannos improbitate, atque crudelitate facile vicerit. Hanc calamitatem populus Romanus, terrarumque orbis per-

pellus est, paullo minus quatuordecim annos: tandem destituit^{b)}. Nam cum Iulius Vindex in Gallia, et Galba in Hispania, defecissent, a Senatu hostis, iudicatus est; damnatusque, ut more maiorum puniretur^{c)}. Quo cognito, ferro in iugulum adacto, sibi necem conscivit.

b) *Suet. Ner. c. 40. sqq.*

c) *Suet. c. 49.*

§. XXXVIII.

Inde SERV. SULPICIVS GALBA, anno V. DCCCXXI. Chr. LXVIII in Hispania, audita morte Neronis, cognitaque erga se Senatus populique voluntate, suscepit *Caesaris* adpellationem^{d)}, deposito *Legati* nomine, quod, cum Imperator consalutatus fuisset, antea susceperat. Imperatoris deinde et Augusti nomen adsumsit. Cum vero propter avaritiam omnibus ordinibus inuisus esset, militesque in Germania eius imperium detrectarent; ratus orbitatem suam despectui esse, Pisonem Frugi Licinianum in castris pro concione adoptavit, *Caesaremque* fecit^{e)}. Qua adoptione facta, Saluius Otho, qui eandem spem animo iam deorasset, offensus, eum cum Pione occidendum curavit^{f)}, imperii mense septimo.

d) *Suet. Galb. c. 11.* quo primo exemplo *Caesaris* cognomen, e gentilitio ac priuato, factum est publicum dignitatis et imperii; idem deinde adsumsit Piso adoptatus. *Tacit. Hist. I, 29. v. Pag. ad a. Chr. 69. §. 4. Joseph. A. l. VIII, §. 1, 2. Ernesti ad Suet. Galb. c. 11.* Differt tamen illud ab eodem, quod Piso suscepit. Nam Pisonis vim habebat destinati imperii heredis ac successoris.

e) *Suet. Galb. c. 17. Tac. Hist. I, 15.* *Caesar* is dicitur ideo, quod destinatus successor esset: a quo exemplo deinde reliqui destinati successores idem nomen usurparunt.

f) *Suet. Galb. c. 17. 20. Oth. c. 6. Tac. Hist. I, 41.*

§. XXXIX.

§. XXXIX.

M. SALVIUS OTHO, Galbae parricida, a militibus Praetorianis, pollicitatione corruptis, consalutatus in castris Imperator, dies tantum quinque et nonaginta in possessione imperii, vi ac parricidio quaesiti, eaque semper litigiosa et controuersa, mansit. A. enim Vitellius, occiso Othone, ab exercitu Germaniciano Imperator adpellatus, aduersus eum bellum mouit: a quo cum superatus esset, salute et imperio desperato, pugione se transfixit ^a).

g) *Suet. Oth. c. 9. Tac. Hist. II, 49.*

§. XL.

Eodem anno igitur A. VITELLIVS, cum in Germania legatus esset, victo et ad desperationem adacto Othone, imperium vi adeptus est, homo natura saeuus, ac truculentus, gulae et abdomini deditus, ignauus denique. Itaque Vespasianum acrem aduersarium nactus, diuturnus esse non potuit. Sed, pace frustra cum eo tentata, arreptus a militibus, manibus ad tergum religatis, ad scalas Gemonias tractus, et confectus tandem, vncoque in Tiberim ductus ^b) est. Imperauit menses octo, quinque dies.

h) *Suet. Vitell. c. 18.*

§. XLI.

Horum trium Imperatorum dominatu turbulentissimus reipublicae et incertus status fuit, nedum ut constitueretur melius, aut emendaretur. Ex tanta igitur quasi fluctuanti iactatione respublica tranquillum nata tandem est Tito Flauio Vespasiano ad imperium vocato, portumque tenuit.

§. XLII.

T. FLAVIUS VESPASIANVS a. V. DCCCXXII.
a. Chr. LXX, ab exercitu Iudaico, cui tum praecerat,

V 5

Impe-

rent; pro litibus atque iudiciis quadragesimam summae, de qua litigaretur^{h)}; ex gerulorum diurnis quaestibus octauam; ex capturis prostitutarum, quantum quaeque vno concubitu mereret: addiditque ad caput legis, vt tenerentur publico, et quae meretricium, et quae lenocinium fecissent, nec non et matrimonia obnoxia essentⁱ⁾. Omnem Ictorum scientiam abolere voluit, ne qui respondere possent, praeter se^{m)}.

f) Sed tentauit tantum. *Suet. c. 16. Dio Cass. Lib. LIX. p. 742.* "Nam mox Tiberii institutum reuocauit, et populo suffragia ademit. *Dio Cass. l. c. p. 753.*

g) *Suet. c. 16.*

h) *Suet. l. c.*

i) *Suet. l. c.*

k) *Suet. c. 40. v. Burmann. de Velligal.*

l) *Suet. l. c. v. ibi Ernesti.*

m) *Suet. Cal. c. 34. ad q. l. v. Ernesti.*

§. XXXVI.

Occiso Caligula, postquam triennium, X; menses, octo dies, imperauerat, an. V. DCCXCIV. Chr. XII. ad imperium vocatus est per milites T. I. CLAVDIVS, eius patruus, casu quodam; confirmatus deinde a Senatu populoque: cuius item bona initia fuerunt. Rescudit enim omnia acta Caii Caligulaeⁿ⁾. Praetores duos de *Fideicommissis*^{o)} constituit^{o)}. Sanxit, vt pupillis extra ordinem tutores a Consulibus darentur^{p)}. *Rerum actum*^{q)}, diuisum antea in hibernos aestiuosque menses, coniunxit^{r)}. *Quaestorum* collegio, pro stratura vlarum, gladiatorum munus iniunxit^{s)}, detractaque Ostiensi et Gallica prouincia, curam aerarii reddidit^{t)}. Equestres militias ordinauit^{u)}. Sed natura stupidus ac vecors, libertis atque vxoribus addictus, in plerisque non Principem se, sed ministrum, egit: multaque crudelitatis exempla edidit. Messalina, propter flagitia, occisa, in matrimonium duxit

duxit Agrippinam, fratris sui filiam, e Scto, quo eius generis matrimonia permitterentur²⁾); priuignumque Neronem, quamuis naturalem haberet filium Britannicum, adoptauit³⁾). Veneno, fraudibus Agrippinae, vt creditum est, sublatus est⁴⁾), et post mortem in Deos relatus⁵⁾).

- n) *Suet. Claud. c. 11.* vnde haud dubie est, quod nulla eius constitutionum in Digestis memoratur.
- *) Cognouere tantum quoad quinquaginta aureos, reliquis causis fideicommissariis Consulibus relictis.
- o) *L. 2. §. 32. D. de Or. Iur. Suet. Claud. c. 23.* dicit: *Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis et tantum in urbe delegari magistratibus solita, in perpetuum atque etiam per prouincias, potestatibus demandauit ad q. l. v. Ernesti.*
- p) *Suet. l. c.*
- q) hoc est, iudiciorum administrationem. v. *Ernesti ad Suet. Claud. c. 23.*
- r) *Suet. l. c. v. ibi Ernesti.*
- s) *Suet. Claud. c. 24. Tac. A. XI, 22.* mutauit Nero, *Tac. XIII, 5.* iterum reduxit Domitianus, *Sueton. c. 4. v. Lips. de Amphith.*
- t) *Suet. l. c.*
- u) *Suet. Claud. c. 25. v. Schel. ad Hygin. p. 69. 70.*
- x) *Suet. Claud. c. 26. Tac. A. XII, 7.*
- y) *Suet. Claud. c. 27.*
- z) *Suet. Claud. c. 44.*
- a) *Suet. Claud. c. 45.*

§. XXXVII.

Post eum Imperator factus an. V. DCCCVII. a. Chr. LIV. NERO, priuignus, et adoptiuus Claudii filius. Primo quinquennio, auctore inprimis Seneca, praecptore, egregie imperauit, ita, vt Quinquennium Neronis in summis laudibus apud veteres scriptores feratur. Sed eo exacto, omnibus sceleribus, atque flagitijs immerfus est, vt omnes tyrannos improbitate, atque crudelitate facile vicerit. Hanc calamitatem populus Romanus, terrarumque orbis perpeffus

pellus est, paullo minus quatuordecim annos: tandem destituit^{b)}). Nam cum Iulius Vindex in Gallia, et Galba, in Hispania, defecissent, a Senatu hostis, iudicatus est; damnatusque, ut more maiorum puniretur^{c)}). Quo cognito, ferro in iugulum adacto, sibi necem consciiuit.

b) *Suet. Ner. c. 40. sqq.*

c) *Suet. c. 49.*

§. XXXVIII.

Inde SERV. SULPICIVS GALBA, anno V. DCCCXXI. Chr. LXVIII in Hispania, audita morte Neronis, cognitaque erga se Senatus populique voluntate, suscepit *Caesaris* adpellationem^{d)}), deposito *Legati* nomine, quod, cum Imperator consalutatus fuisset, antea susceperat. Imperatoris deinde et Augusti nomen adsumpsit. Cum vero propter auaritiam omnibus ordinibus inuisus esset, militesque in Germania eius imperium detrectarent; ratus orbitatem suam despectui esse, Pisonem Frugi Licinianum in castris pro concione adoptauit, *Caesaremque* fecit^{e)}). Qua adoptione facta, Saluius Otho, qui eandem spem animo iam deuorasset, offensus, eum cum Pione occidendum curauit^{f)}), imperii mense septimo.

d) *Suet. Galb. c. 11.* quo primo exemplo *Caesaris* cognomen; e gentilitio ac priuato, factum est publicum dignitatis et imperii; idem deinde adsumpsit Piso adoptatus. *Tacit. Hist. I, 29. v. Pag. ad n. Chr. 69. §. 4. Joseph. A. l. VIII, §. 1, 2. Ernesti ad Suet. Galb. c. 11.* Differt tamen illud ab eodem, quod Piso suscepit. Nam Pisonis vim habebat destinati imperii heredis ac successoris.

e) *Suet. Galb. c. 17. Tac. Hist. I, 15.* *Caesar* is dicitur ideo, quod destinatus successor esset: a quo exemplo deinde reliqui destinati successores idem nomen usurparunt.

f) *Suet. Galb. c. 17. 20. Oth. c. 6. Tac. Hist. I, 41.*

§. XXXIX.

§. XXXIX.

M. SALVIUS OTHO, Galbae parricida, a militibus Praetorianis, pollicitatione corruptis, consalutus in castris Imperator, dies tantum quinque et nonaginta in possessione imperii, vi ac parricidio quaesiti, eaque semper litigiosa et controuersa, mansit. A. enim Vitellius, occiso Othone, ab exercitu Germaniciano Imperator adpellatus, aduersus eum bellum mouit: a quo cum superatus esset, salute et imperio desperato, pugione se transfixit ^a).

a) *Suet. Oth. c. 9. Tac. Hist. II, 49.*

§. XL.

Eodem anno igitur A. VITELLIVS, cum in Germania legatus esset, victo et ad desperationem adacto Othone, imperium vi adeptus est, homo natura saeuus, ac truculentus, gulae et abdomini deditus, ignauus denique. Itaque Vespasianum acrem aduersarium nactus, diuturnus esse non potuit. Sed, pace frustra cum eo tentata, arreptus a militibus, manibus ad terguum religatis, ad scalas Gemonias tractus, et confectus tandem, vncoque in Tiberim ductus ^b) est. Imperauit menses octo, quinque dies.

b) *Suet. Vitell. c. 18.*

§. XLI.

Horum trium Imperatorum dominatu turbulentissimus reipublicae et incertus status fuit, nedum ut constitderetur melius, aut emendaretur. Ex tanta igitur quasi fluctuanti iactatione respublica tranquillum nata tandem est Tito Flauio Vespasiano ad imperium vocato, portumque tenuit.

§. XLII.

T. FLAVIVS VESPASIANVS a. V. DCCCXXII.
a. Chr. LXX, ab exercitu Iudaico, cui tum praecerat,

V 5

Impe-

Imperator lectus, consensu Senatus populique imperiusti tenuit *). Nam Senatus quidem ei omnia Principibus solita, imperiumque decreuit †), Lege illa Regia, cuius hodiernum insigne fragmentum in tabula Capitolina extat ‡). Ex diuturno quasi morbo re-creata ab eo respublica, remediis etiam vehementioribus, et grauioribus, omnibus partibus conualuit. Vrbem quidem, veteribus incendiis atque ruinis deformem, restituere et exornare §), ordinem vtrumque supplere, vel purgare, disciplinam militarem emendare, lites maiorem in modum auctas terminare ¶), vitia corrigere, inopiam subleuare, artes liberales fouere, Rhetoribus imprimis Graecis Latinisque centena annua **)) constituendo. Inprimis autem opus, memorabile nobis, suscepit, quod aerearum tabularum tria millia, quae incendio Capitolii conflagrauerant simul, restituit, conquisitis vndique exemplaribus, instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum; quo continebantur, paene ab exordio vrbs, Senatusconsulta, Plebiscita, de societate et foedere, ac priuilegio, cuicumque concessis °). Inopia autem aerarii, superioribus bellis, atque calamitatibus exhausti, quascumque, etiam graues, conficiendae pecuniae rationes persequi, et vectigalia instituire coactus est ††); vsque eo, vt etiam vrinae vectigal excogitarit †††). Imperator rei militaris gloria cumulatissimus, qui Hierosolyma, urbem munitissimam, a se oppugnari coeptam, per filium Titum, cepit, et cum templo incensam deleuerit: comis, liberalis, facetus, talis denique, qualem reipublicae bono esse oporteret, qui eam in suo statu reponere deberet. Mortuus est aetatis anno vndeseptuagesimo, cum nouem annos imperasset.

*) cf. Io. Henr. Tungii Diss. de *Vespasiano Imp. eiusque iurisprudencia*, Lugd. Bat. 1762. 4. *Petr. Span. Spec. hist.*

hist. iurid. de Scto de imperio Vespasiani, ap. Gruterum Tomo II. p. 242. spurio, Lugd. Bat. 1768. 4. et Andr. Guil. Crameri, V. C. D. Vespasianus, seu, de vita et legislatione T. Flauii Vespasiani Imp. Commentarius, Ien. 1785. 8.

i) Tac. Hist. IV, 3.

k) v. supra §. 4.

l) Suet. Vesp. c. 8. 9.

m) Suet. Vesp. c. 10.

n) Suet. l. c.

o) Suet. Vesp. c. 8.

p) Suet. Vesp. c. 16.

q) Suet. Vesp. c. 23. v. Burm. de Vestigal. c. ult.

§. XLIII.

Successorem reliquit TITVM filium^{*)}: qui cum collega patri et in tribunicia potestate, et Proconsulari imperio, Pontificatuque Maximo^{†)} fuisset, solus imperium suscepit anno V. DCCCXXXI, a. Christi LXXX, idque tam bene atque clementer, liberaliterque administravit, ut dictus sit Amor ac Delicium generis humani. Ex Praetoribus fideicommissariis, [quos Claudius constituerat,] binis, unum detraxit^{*)}. Mors praematura fuit, eum biennium ac duos menses, vigintique dies tantum imperasset, eo desiderabilior, quod Domitianus frater successit, Princeps exitiabilis atque flagitiosissimus.

*) cf. Io. Henr. Iungii Diss. de Tito Imp. eiusque iurisprudentia, Trai. ad Rh. 1761. 4.

†) v. Bohierius in Diss. de Pontificatu Maximo Imperatorum Romanorum Francogallice edita, qui demonstrat contra Pag. Crit. Bar. ad a. Chr. LXL n. 6. vere eum Pontificem Max. fuisse, viuo patre, quamvis nomine magis quam re, cum omnis potestas esset penes patrem.

§) L. 2. §. 32. D. de Or. Iur.

§. XLIV.

DOMITIANVS, anno Urbis DCCCXXXIV, Christi LXXXIII, imperium a lenitate et mansuetudine

dine exorsus, veluti alter Nero, sensim a tam bonis principis desciuit, et ad naturae saeuitiam rediit[†]). Hostis Christianorum acerrimus fuit^{u)}, avaritia vero sic exarsit, vt, quouis delatore, inprimis si quid contra Principis maiestatem factum dictumue diceretur, et viuorum et mortuorum bona diripi iuberet. Familiarium atque etiam vxoris coniuatone, in cubiculo trucidatus est anno imperii XV. et die sexto. Mortuum Senatus non solum contumeliosissimo et acerbissimo adclamationum genere lacerauit, sed etiam eradendos vbique titulos eius, abolendamque omnem memoriam, decreuit^{x)}).

†) *Suet. Domit. c. 10.*

u) v. *Pagi Crit. Bar. ad a. Chr. 90.*

x) *Suet. Domit. c. vii.* Vnde multi tituli hodie extant, nominibus eius grauis.

§. XLV.

In his prioribus XII. Caesaribus, quorum vitas Suetonius memoriae ac posteritati prodidit, non nisi tres, Augustus, et vterque Vespasianus, imperii genus ciuibus posteritatiue probarunt: ceterorum vero vita, atque administratio plane tyrannica exitit. Itaque vitae exitus etiam administrationi respondit. Illi sua, hi violenta, vel oblata, morte obierunt.

§. XLVI.

Domitiano occiso, anno V. DCCCXLIX, Christi a. XCVI, ad imperium vocatus M. COCCIVS NERVA^{y)}, exacta iam aetate; Princeps bonus, et mansuetus adeo, vt etiam mansuetudo atque lenitas in eo reprehenderetur, atque contemptui haberetur. Itaque cum annum vnum paullo amplius imperasset, filium sibi et Caesarem et tribuniciae potestatis collegam et successorem legit Traianum, qui tam apud Germanos exercitui cum imperio praesidebat, propter virtute.

virtutem omnibus probatissimum, et carissimum²⁾. Eius liberalitatis atque magnificentiae insigne documentum est, egregium illud Edictum, sub initia imperii promulgatum³⁾. quo beneficia superiorum Principum omnia confirmavit. Pueris puellisque⁴⁾ per Italiam alimenta constituit⁵⁾. *Praetorem Fiscalem*⁶⁾ instituit⁷⁾, qui ius inter fiscum Principis priuatosque diceret. Imperavit annum, menses duo et novem dies.

1) Vitam Nerae exposuit docto libello *Io. Abrahamus Ahasuerus*, Brem. 1749. [4.]

2) *Xiphilin. Lib. LXVIII. p. 771. Plin. Paneg. c. 6.*

3) Extat ap. *Plin. ep. X, 66.*

4) Meminit quidem huius liberalitatis Aurelius Victor, quem excitavit Bachius; sed minus recte. Traianus potius, a Nerva adoptatus, quem vtrumque confudisse videtur Aurelius Victor; rem alimentariam primus inuenit. Nerae Traiani enim, non Cocceii Nerae, patris adoptiui, hoc institutum fuisse commemorat *Dio Cassius*, qui in rebus romanis exponendis longe maiori auctoritate pollet. De Hadriano insuper haec omnia scriptores alii. Hunc enim *Spartianus* scribit pueris ac puellis, quibus *Traianus alimenta detulerat*, incrementum liberalitatis adiecisse. Traianum tandem puerorum alimentarium auctorem diserte loquuntur ipsa monumenta publica, quae, paucis abhinc annis reperta, prodierunt in dias luminis auras. cf. *Ludov. Ant. Muratori dell' insigne tavola di bronzo, spettante a i fanciulli e fanciulle alimentarii di Traiano Augusto nell' Italia*, in Firenze 1749. m. 8. Cui quidem libello, magna cum doctrinae copia conscripto et ex recentione *Ant. Franc. Gorii* edito, iungendus alius, isque nouissimus: *Delle celebratissima tavola alimentaria di Traiano, scoperta nel territorio Piacentino l'anno 1747. spiegazione, fatta da Secondo Giuseppe Pittarelli*, Turin, 1790. 4.

5) *Aur. Vict. in Neru. [Epit. cap. XII.]*

6) v. *Car. Beniam. Acoluth, Diss. de Praetore rom. fiscali*, Ien. 1758. 4.

- c) *L. 2. §. 32. D. de Or. Iur. quod institutum Schwarz-
zius ad Plin. Paneg. c. 36. refert ad Traianum; male:
vri docui in Traiano p. 33.*

§. XLVII.

EO mortuo, TRAIANVS a. V. DCCCL, Christi XCIX, Augustus factus est, imperiumque tanta probitate, innocentia, bonitate, atque lenitate administravit, vt, cum omnium vna et consentiente voce, tum Senatus decreto, *Optimus* adpellatus sit ^{d)}. Res, Domitiani improbitate atque impotentia dissolutas, atque disiectas, legibus atque disciplina constrinxit rursus, atque deuinxit; ita, vt tum demum Libertas atque Salus rempublicam respexisse videretur. Iudicium Praetoris Fiscalis, a Nerua instituti, diligentius constituit, meliusque fundauit ^{e)}. Crimina maiestatis delationesque compescuit; ad securitatem et otium vniuersos et singulos vocauit; omninoque rempublicam denuo condidit. Belli imprimis etiam gloria, expeditionibus, ac victoriis Germanicis, Dacicis, Parthicis, illustratus, fines imperii propagauit, adiectis prouinciis. Imperauit annos XIX, menses sex, dies quindecim. Obiit in Oriente, Selinunte.

d) Vitam eius persecutus sum in fronte Commentarii de Legibus Traiani, s. Diuo Traiano, [Lips. 1747. 8.]

e) *Plin. Paneg. c. 36.*

SECT. II.

D e L e g i b u s.

§. I.

Mutato reipublicae statu, rebusque ad vnum delatis, necesse erat, iura quoque legesque mutari ipsas: diuersus enim reipublicae status diuersa iura desiderat. Itaque in eo inprimis Augustus elaborauit, vt nouo statui leges describeret, ac iura eiusmodi, quae tum vnus potestati consentanea, tum rerum summae apta, corruptelisque tollendis idonea forent. Atque in eo quidem, vti in omnibus nouis institutis, callide admodum et quasi suspenso pede incessit, ne, omni iure ciuili palam euerso, inuidiam sibi conscisceret. Id enim non ignorabat, plebeculam fere libertatem suam in iuris legumque conseruatione positam existimare, ac tum maxime commoueri, vbi penitus mutari sentiat id, in quo propemodum omnem libertatem suam ponere soleat. Itaque, quae manifesta corruptela laborarent, vel vtilitatem conspicuam haberent, ita, vt etiam imperiti necessitatem legislationis intelligerent, ea palam legibus ad populum latis promulgatisue constituere: quae autem tam claris necessitatis vel vtilitatis signis impressa ac notata non essent, ea aut magistratuum iurisdictioni tradere, aut responsa prudentum permittere: alia autem suis constitutionibus quasi commendare. Atque eam fere rationem sequentes Caesares tenuerunt. Iam hic quidem de Legibus ad populum ab Augusto Tiberioque latis agemus *). Nam post Tiberium nulla Lex in comitiis populi lata ac iussa reperitur.

*) De legibus a Caesare Octauiano Augusto latis vid. *Ios. Toscani iuris publici romani arcana*, Tom. I. p. 241. sq.

§. II.

§. II.

Ac primum Augusti Leges trademus eas, quae certo anno Consulibusque suis adsignari possunt: tum deinde eas exponemus, quae ne vlla quidem temporis nota insignitae sunt. Anno igitur DCCXXXVII, C. Furnio et C. Iunio Silano Coss. a) lata est Lex LVIIIA, de *adulteriis*, qua id imprimis egit Augustus, ut, quum vellet ciues ad contrahendas iustas nuptias adigere, a quibus eos nimium abhorrere sciret, ante omnia causas eas tolleret, quae ciues vel deterrent, vel retinerent. Itaque non solum de *adulteriis* ac *stupris*, de *lenocinio*, omninoque de *pulicitia* b), hac in Lege cautum est, sed etiam de *fundo dotali* c) a marito non alienando d), oppignorandoue e). Vnde, quamuis a potissimo capite Lex *Julia de adulteriis* plerumque adpelletur, saepe tamen Lex de *pulicitia*, de *fundo dotali*, de *stupris*, et a ceteris capitibus, nominatur. Poena huius Legis fuit f), in mulieribus quidem, relegatio in insulam, cum publicatione dimidiae partis dotis, et tertiae bonorum; in adulteris vero viris, relegatio item in insulam, cum publicatione dimidiae partis bonorum f).

a) v. Io. Guil. Hofmann. ad *Legem Iul. de adult. cap. II.* p. 50.

b) Eandem enim esse existimo Legem Iuliam de *pulicitia*, quae memoratur ap. *Suet. Aug. c. 34.* et in *L. 9. C. de adult. cf. L. 29. §. 1. D. eod.* Neque mouet, quod apud *Sueton.* l. c. coniunguntur *de adulteriis et de pulicitia*. Nam saepe lex vna duos habet titulos: v. c. *Lex Cornelia testamentaria, numaria* apud *Cic. Verr. I, 42.*

c) v. *Heinecc. Comm. ad Leg. Pap. Popp. I, 19.* Atque hoc caput solet a veteribus Ictis vocari Lex *Julia de fundo dotali*, vnde ab Intt. singularis de *fundo dotali* Lex efficta est, v. c. ab *A. Augustin. de Leg. h. l. alii-* que. Alii autem de *fundo dotali* in Lege *Papia Poppaea* cautum fuisse putant, perperam. v. *Heinecc. Comm. ad Leg. Pap. Popp. l. c.*

*) cf.

- a) cf. *Pardulph. Pratrius ad legem Iuliam de fundo dotali in Ottonis Thes. Tom. V. p. 521.*
- b) *Paull. Sent. II, 21, 2. et L. 2, 6, 12, 13, 14. D. de fund. dotal.*
- c) *Paull. Sent. II, 26, 14. qui vnus est ex tota antiquitate locus de poena huius Legis. v. ibi Intt. et Ger. Noodt. Dioclet. et Maxim. c. 15.*
- f) De Lege hac scripserunt *Barn. Briffonius [Comm. ad leg. Iul. de adulteriis, Paris. 1557. 4.] Io. Guil. Hofmannus [ad legem Iuliam de adulteriis coercendis lib. singul. Francof. ad Viadr. 1732. 4. Edit. noua, Lips. 1752. 4. et in Fellenbergii iurispr. ant. Tom. I. p. 107 — 302. add. Io. Guil. van der Porzen Diss. ad legem Iuliam de adulteriis, Trai. ad Rh. 1740. 4. E. S. van Burmania Rengers Diss. de poena adulterii ex L. Iulia, Franegu. 1754. 4. Petr. Georg. de Biffignandis Disp. inaug. ad legem Iuliam de adulteriis coercendis, deque pudicitia, Mantuae, 1789. 8. et Ern. Frid. Haupt Diss. inaug. de poena adulterii ex lege Iulia de coercendis adulteriis, Lips. 1797. 4.]*

§. III.

Anno V. DCCXLV, Coss. T. Quinctio Crispino et Caesare Germanico, lata est ab altero Consule Lex QVINCTIA, de *poenis eorum, qui riuos, fistulas, castella, lacus, aquarum publicarum violarint vel corruperint*: quae Lex integra extat apud Frontinum ^{B)}.

- g) *Frontin. de aquaeduct. n. 129. p. 218. ed. Polen. Reines. Infer. VII, 10. illustrauit eam egregie Poleni ad Frontin. l. c.*

§. IV.

Anno V. DCCLVI, a. Chr. III, a Coss. Sex. Aelio Cato et C. Sentio Saturnino, rogata est Lex AELIA SENTIA, de *manumissionibus, et conditions, et differentia manumissorum*: cuius multa capita fuerunt, collecta ab Heineccio ^{h)}. Pertinebat ad coercendam manumissionum licentiam.

h) *Heinecc. Ant. Iur. I, 6. p. 115. sqq. de eo capite, quo minor XX. annis vindicta manumittere iussus est. v. Gebauer Excursf. III. ad Ord. Inst. p. 226. sqq. Eadem fuisse cautum, vt liberi, ex impari matrimonio, deterioris parentis conditionem sequerentur, putat Nordkerk. Obs. c. VIII. p. 153. sqq.*

§. V.

Anno V. DCCLIX, a. Chr. VI, Coss. M. Aemilio, L. Aruntio ¹⁾, promulgata est Lex IULIA, de *vicefima hereditatum* ²⁾, ad locupletandum aerarium militare, ab Augusto institutum ex Caesaris commentariis, cum et aliquando ante fuisset constitutum id vectigal, sane leue, nec molestum. Cautum ea erat, vt *vicefima hereditatum*, legatorum, [et donationum mortis causa,] in aerarium penderetur ab omnibus, exceptis proximis agnatis, (*πλην τῶν πᾶνυ συγγενῶν*) et pauperibus ³⁾. Ceterum ciues tantum obligabat ⁴⁾. Male nonnulli vocant *Legem Vicefimanam*, inducti corruptis locis ^{m)} Digestorum.

i) *Dio Cass. Lib. LV. p. 565.*

* cf. *Io. Phil. Slevogt Disp. de vicefima hereditatis, Ien. 1709. 4. De vicefima hac, in vsum denuo deducenda, consilia proposuit Bouchaud de l'impot du vingtieme sur les successions chez les Romains, à Paris 1772. 8.*

k) *Dio Cass. l. c. Plin. Paneg. c. 37. v. Salmas. de Fern. Trapez. p. 640. 643.*

l) Illustrarunt hanc Legem *Fr. Ramos del Manzano in Comm. ad Leg. Pap. Popp. Lib. I. c. 7. sqq. T. V. Thes. Meerm. p. 68. Fr. Balduinus [in Heinecc. iurisprud. rom. et att. Tom. I. p. 227.] P. Burmann. de Vexig. P. R. c. XI. cf. Wicling. Lex. Iur. Civ. II, 32. quaeque dicta sunt a me in Traian. p. 122. sqq. et in Diss. de iure transactionis super controuers. ex testamento, non inspectis ultimis tabulis, [Lips. 1752. 4. et in Opusc. p. 75. sq.]*

m) L.

- m) L. 13. D. de transact. et L. 37. de religiof. vbi haud dubie legendum est vel *Legem Vicefimariam*, vel *Legem Vicefimae*, aut *vicefimarum*, v. I. F. Gronou. de Pet. Vet. III. 13. p. 218. sq.

§. VI.

Anno V. DCCLXI, a. Chr. VIII, a C. Caninio Gallo, et M. Furio Camillo, successis Consulibus, lata videtur n) *Lex FUSIA CANINIA*, de numero *seruorum testamento manumittendorum* o): ad coercendam manumittendi licentiam item comparata.

- n) v. Reiz. ad *Theoph. Inst. de Leg. Fus. Canin.* p. 77. et Ritter. in *epistola ad Reizium in Add. [et Corrigend.] ad Theoph. Reizii.* [Tom. I. p. LXV. sq.]
- o) *Inst. de Leg. Fus. Can. totl. Vlpian. Fr. I, 24. Paul. Rec. Sent. IV, 15. Cai. Inst. I, 2. pr.* Scripsit de ea *Dissertationem Ephr. Gerhardus* Ien. 1708. quae tamen magis ad politicas eius Legis rationes spectat. cf. *Maians. Disput. Iur. III.* quae est de *Legi Fusia Caninia.*

§. VII.

Omnium nobilissima Lex est IULIA et PAPIA POPPAEA, de *maritandis ordinibus*, quae maximas in vniuersam iurisprudentiam mutationes intulit: cuius iam origines diligentius sunt persequendae *). Iam sub initia imperii Augustus eam ferre cogitauerat, cum et ipsum Caesarem Dictatorem idem consilium habuisse sciret. Sed frustra fuerat. Itaque anno DCCXXXVII, post Legem de adulteriis, eam seuerius emendatam p) rogauit: sed perferre non potuit prae tumultu recusantium. Pertulit eam deinde, concessa triennii, et postea biennii, vacatione, leuitate et adempta parte poenarum, auctisque praemiis, an. DCCLVII. Atque haec est Lex IULIA, de *maritandis ordinibus*, quae praemiis poenis-

poenisque propositis ciues ad matrimonia iusta contrahenda vel adlicere, vel adigere volebat. Postea vero, cum Equites eam abrogari flagitassent, anno V. DCCLXII, a. Chr. IX, eius iussu a M. Papio Mutilo, et Q. Poppaeo Secundo, Coss. suffectis, lata est Lex PAPIA POPPAEA⁹⁾, de *maritandis ordinibus*, in qua cum Lex Iulia seuerius ac diligentius sancita est, vnde Lex *Iulia et Pappia Poppaea* dicitur, tum multa noua capita ad locupletandum aerarium adiecta, de *caducis, vacantibus, ereptitiis*, aliisque. Itaque eius duae potissimae partes, *nuptialis* vna, et altera *caducaria*, fuerunt. Singula capita saepe *Legis Iulias* nomine adpellantur pro more veterum Ictorum; tamquam *Lex Iulia decimaria*, *Lex Iulia caducaria* ^{r)}).

*) cf. *Traité des loix politiques des Romains du tems de la republique par M. de Pilati de Tassulo.* (à la Haye 1780. 8.) Tom. II. chap. XIV. p. 181. sq.

p) *Suet. Aug. c. 34.* quo loco male *Heinecc. Comm. Leg. Pap. Popp. I, 3.* legit: *cum seuerius mandasset.* nam *mandare Legem* non dicitur. v. *Ernesii ad Sueton. l. c.*

q) *Dio Cass. Lib. LVI. p. 578.* Historiam *Legis* diligenter explicat *Heinecc. Comm. ad Leg. Pap. Popp. I, 3.*

r) *Legem* hanc illustrarunt *Fr. Balduinus* in *Comm. de Legibus*, [in *Heineccii iurisprud. rom. et att. Tom. I. p. 191.*] *B. Brissonius* de *Iure connubii*, *Lipsius* ad *Tac. A. Excurs. A. Augustinus* de *Legibus*, ceterique, qui de *Legibus* scripserunt. Omnibus tamen palmam praeripuerunt *Triumviri doctissimi*, *Iac. Gothofredus* in *Quatuor Fontibus Iuris Ciuilis*, [Geneu. 1616. 4. et in *Ottonis Thes. Tom. IV. p. 1.*] *Fr. Ramos del Manzano*, cuius ad hanc *Legem* *Commentarius*, [Madrid. 1678. 4.] insertus est *Meermannii Thes. Iur. C. et Can. T. V p. 1.* et denique *Io. G. Heineccius* [*Comm. ad legem Iuliam et Papiam Poppaeam*, Amstel. 1726. Ed. II. *ibid.* 1731. 4.] qui, quoniam capita diligentissime

tissime distinxit, ordinemque optime restituit, principatum mereri videtur. [Addendi tamen: Io. de Pareis Comm. ad legem Iuliam et Papiam, vna cum Eius Otio quadrimestri, Salmant. 1591. 4. Lacu. Torrentius Excurs. in Lucubratt. ad Horatium, et Ios. Toscani Iuris publ. rom. arcan. Tom. I. cap. III. pag. 255 — 359.

§. VIII.

Quum vero hæc Lex in Iurisprudentiâ Romana omnium nobilissima sit, et iurisprudentiam in multis capitibus vehementer immutauerit, adeo, ut ius Romanum nemo recte perspicere possit, nisi qui eam animo perceperit, totamque imbiberit, ipsam Legem secundum Heineccium hic adiiciendam putauimus.

LEX
 IVLIA ET PAPIA POPPAEA
 PARS PRIMA
 N U P T I A L I S.

CAPVT I.

De Senatorum eorumque liberorum nuptiis.

QVI SENATOR EST, QVIVE FILIVS NE-
 POSVE EX FILIO PRONEPOSVE EX FILIO
 NATO, CVIVS EORVM EST, ERIT, NE QVIS
 EORVM SPONSAM VXOREMVE SCIENS DOLO
 MALO HABETO LIBERTINAM, AVT EAM,
 QVAE IPSA, CVIVSVÉ PATER MATERVE
 ARTEM LVDICRAM FECIT, FECERIT. (Go-
 thofr. addit: *Item eam, quae palam corpore quaesum
 facit, fecerit*).

NEVE SENATORIS FILIA NÉPTISVE EX
 FILIO, PRONEPTISVE EX NEPOTE FILIO
 NATA, LIBERTINO, EIVE, QVI IPSE, CV-
 IVSVE PATER MATERVE ARTEM LVDI-
 CRAM FACIT, FECERIT, SPON&A NVPTAVE
 SCIENS DOLO MALO ESTO, NEVE QVIS
 EORVM DOLO MALO SCIENS SPONSAM VXO-
 REMVE EAM HABETO,

*L. 62. D. ad L. Falc. L. 5. 6. et 7. de Senat. L. 25. de
 Stat. hom. L. 207. de R. I. L. 4. de colluf. det. L. 6. de
 iur. aur. ann. L. 129. de V. S. L. 32. 44. 47. et 49.
 de Rit. nupt. L. 8. de agn. et. alend. lib.*

C A P V T II.

(Gothofr. cap. I.)

De ingenuorum nuptiis.

OMNIBVS reliquis INGENVIS, PRAETER SENATORES EORVMQVE LIBEROS, LIBERTINAM VXOREM HABERE LICETO, neue quid eis, qui duxerint, liberisue ex eo matrimonio natis, fraudi ignominiaeue esto. (Gothofr. *Caeteris ingenuis libertinas uxores ducere ius esto, neue quid eis, qui eos duxerint, fraudi ignominiaeue esto, liberisue eorum legitimi sunt*).

At ne quis ingenuus EAM, QVAE PALAM QVAESTVM CORPORE FACIT, FECERIT (Gothofredus haec superiori capiti intexuit). LENAM, A LENONE MANVMISSAM, AVT IVDICIO PVBLICO DAMNATAM, AVT IN ADVLTERIO DEPREHENSAM, ET QVAEVE ARTEM LVDICRAM FACIT, FECERIT, sponfam vxoremue sciens dolo malo habeto.

L. 23. et 43. D. de rit. nupt. L. 4. de collus. deteg.

C A P V T III.

(Gothofr. cap. II.)

De sexagenariis, quinquagenariis, spadonibus.

Omnes puberes virique potentes matrimonium liberorum quaesendorum causa inire tenentor. (Gothofr. *haec omisit*). Sexagenarii masculi, quinquagenariae feminae et SPADONES a poenis huius legis liberi sunt. (Gothofr. *sexagenario masculino, quinquagenariae feminae nuptias contrahere ius ne esto; Post eos tantum annos coniuges poenis huius legis*

*legis soluuntor. SPADONIBVS item nuptias contra-
here ius ne esto).*

L. 13. D. de probat. L. 128. de V. S.

C A P V T I V.

(Gothofr. omisit.)

D e c o n c u b i n a t u.

Quas personas per hanc legem vxores habere non licet, eas concubinas habere ius esto: ingenuam honestam in concubinato habere ius ne esto.

L. 1. D. de concubin.

C A P V T V.

(Gothofr. cap. III.)

D e s p o n s a l i b u s.

Sponsam post H. L. decenni minorem nemo habeto, desponsam intra biennium domum ducito: ni duxerit, praemiis maritorum ne fruior. (Gothofr. *Quicumque sponsam habebit, ultra biennium eam ne habeto, qui ultra biennium habuerit, praemiis maritorum ne fruior. Decenni minorem sponsam ne habeto*). Feminis a morte viri biennii, a repudio anni et sex mensium vacatio esto. (Addit Gothofredus: *Pontifex Max. arbitrato suo virgines XX. non maiores quam X. annos natas e populo legat, sortitioque in concione ex eo numero fiat, et cuius virgo ducta erit, eam pontifex max. capiat, eaque Vestae fiat*).

L. 17. D. de sponsal. L. 29. de poen.

C A P V T V I.

(Gothofr. cap. IV.)

D e p o e n i s i n i u s t a r u m n u p t i a r u m.

Si qui scientes dolo malo aduersus hanc legem coierint, (Gothofr. *si qui sciens D. M. contra hanc legem*

legem impares, uti supra dictum, nuptias contraxerit), nec vir, nec vxor, nec socer socrusue, nec gener nurusue intelliguntor: (Gothofredus haec omittit). Liberi quaesiti nativae legitime et heredes sui ne sunt, neque parentibus profunto: neque HEREDITATEM, QVAE EIS LEGE OBVENERIT, legatumne ipsi coniuges, neque inter se quidquam capiunt: mortuaque muliere dos caduca esto.

L. 130. et 146. D. de V. S. L. 79. de adquir. her. L. 5. de iur. et fact. ignor. L. 4. de test. L. 37. de op. libert. L. 38. de mort. caus. don.

C A P V T VII.

De privilegiis maritorum et parentum in gerendis honoribus.

Qui (Gothofr. hic praemittit caput sequens et illud hinc septimo iungit.) plures liberos, quam collega, aut in sua potestate habebit, aut bello amisit, ei priori ex consulibus fasces sumendi potestas esto: si par utriusque numerus liberorum erit, maritus, aut qui in numero maritorum est, praefertor: si omnes et mariti et patres erunt, tum, qui maior natu erit, fasces prior capito.

L. 16. D. de spons. L. 30. de rit. nupt.

C A P V T VIII.

(Gothofr. cap. VII.)

De eorundem privilegiis in petendis honoribus.

Qui candidatorum plures liberos secundum H. L. habebit, praefertor: petentibusque honores SINGVLI ANNI PER SINGVLOS LIBEROS DEMITTUNTOR, eisque honores citius, quam per leges annarias licet, petere sine FRAUDE SVA liceto. (Gothofr. hoc postremum comma omisit).

L. 131. D. de V. S. L. 2. de min.

C A P V T IX.

(Gothofr. cap. VIII.)

De immunitate ob liberorum numerum.

Qui secundum H. L. liberos tres ROMAE NATOS INCOLVMES, (Gothofr. *superstitas*.) qui quatuor in Italia, quinque in prouinciis habebit, omnium munerum personalium immunitatem habeto.

L. 16. D. de prob. L. 147. de V. S. L. 21. de rit. nupt.

C A P V T X.

(Gothofr. cap. IX.)

De iure Quiritium ob liberos consequenda.

Latinus, cui ex Latina filius filiae natus natae, et ANNICVLVS ANNICVLAVE factus factae erit, (Gothofr. addit: *At latina, si TER ENIXA FVERIT.*) iura Quiritium consequitor.

L. 52. D. de legat. II. L. 134. D. de V. S.

C A P V T XI.

(Gothofr. cap. X.)

De liberatione liberti ab operis ob liberos.

QUI LIBERTINVS DVOS PLVRESVE LIBEROS A SE GENITOS NATOSVE IN SVA POTESTATE HABEBIT, PRAETER EVM, QUI ARTEM LYDICRAM FECERIT, QVIVE OPERAS SVAS, VT CVM BESTIIS PVGNARET, LOCAVERIT, NE QVIS EORVM OPERAS, (Gothofr. *omittit operas*) DONI, MVNERIS, ALIVDVE QVIDQVAM LIBERTATIS CAUSA PATRONO, PATRONAE, LIBERISVE EORVM, DE QVIBVS IVRAVERIT, VEL PROMISERIT, OBLIGATVSVE ERIT, DARE, FACERE, PRAESTARE DEBETO. ET SI NON
EODEM

EODEM TEMPORE DVO IN POTESTATE HABEBIT, VEL VNVM QVINQVENNEM, OPERARVM OBLIGATIONE LIBERATOR.

L. 35. et 37. D. de oper. libert.

C A P V T XII.

(Gothofr. cap. XI.)

De mulierum liberatione a tutela ob numerum liberorum.

Ingenua TER ENIXA, vel ius trium liberorum consequuta, libertina quatuor liberorum iure tutela liberator. Eidem sine patroni auctoritate, dum pro numero liberorum sibi superstitum virilem partem ei relinquunt, testari fas est. (Paullo aliter Gothofredus: *Ingenua trium liberorum iure legitima tutela; libertina quatuor liberorum iure tutela patroni liberantur, ideoque iam absque tutorum auctoritate testari eis, resque suas administrare licet, eisque, quibus quid ita datum legatumque, eam pecuniam sine fraude sua capere licet*),

L. 137. D. de V. S.

C A P V T XIII.

(Gothofr. cap. VI.)

De diuortio libertae prohibito.

NE DIVORTII FACIENDI POTESTAS LIBERTAE, QVAE NVPTA EST PATRONO, QVAMDIV IS EAM VXOREM ESSE VOLET, NEVE INVITO ILLO ALII NVBENDI POTESTAS ESTO. (Longe aliter Iac. Gothofredus: *si secundum H. L. nuptiae contractae fuerint, DIVORTII FACIENDI POTESTAS LIBERTAE, QVAE PATRONO NVPTA EST, INVITO PATRONO*

TRONO. *cumque altero connubii ius, QVAMDIU PATRONVS VXOREM EAM ESSE VOLET, NE ESTO. GENER SOCERVE inusti in reos testimonium ne dicunt. Liberta, quae patroni voluntate nupta erit. operarum obligatione liberator. Quae in concubinato patroni erit, ab inuito eo discedere, alterique se in matrimonium vel concubinatum dare ius esto.*

L. ult. D. de diuort. L. 27. 29. 45. et 50. D. de rit. nupt. L. 4. D. de iur. aur. ann. L. 2. D. de concubin. L. 63. D. solum, matr.

C A P V T X I V .

(Gothofr. V.)

De tutore mulieri dotis causa dando.

Ei mulieri virginiae, quam ex H. L. nubere oportebit, tutor ad DOTE M DANDAM, DICENDAM PROMITTENDAMVE, si legitimum tutorem pupillum habeat, (Gothofredus: *si legitimum tutorem non habeat*) a praetore urbano datur.

L. 6r. D. de iur. dot.

C A P V T X V .

(Gothofr. XII.)

De iure decimam capiendi nomine matrimonii.

Viro et vxori inter se matrimonii nomine decimam capere ius esto.

L. 23. D. quando dies legat. ced. L. 63. et 67. ad L. Falc.

C A P V T X V I .

(Gothofr. XII.)

De decimis pro liberorum numero adiiciendis.

Si ex alio matrimonio liberos superstites habebunt, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, (omittit)

(omittit hoc commo Iac. Gothofredus,) totidem decimas numero liberorum capiunt.

L. 62. D. de condit. et demonstr.

C A P V T X V I I .

(Gothofr. XII.)

De decimae capacitate ob communem filium amissum.

Idem communis filius filiae post nomen diem, (Gothofredus: *nonum diem*) amissus amissae decimam adiecit, duo post nomen (Gothofr. *nonum*) diem amissi duas decimas adieciunt.

L. 135. D. de V. S. L. 9. de capt. et possim. L. 208. et 209. de R. I. L. 10. de his, qui sui vel al. iur. L. vlt. de adopt.

C A P V T X V I I I .

(Gothofr. cap. XII.)

De usufructu et parte proprietatis legatis.

Praeter decimam etiam usufructum tertiae partis bonorum coniugis praemortui, (Gothofr. *partis bonorum eius*) et quotcunque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem capere ius esto.

L. 29. D. de usufr.

C A P V T X I X .

(Gothofr. XII.)

De praelegato dotis.

Hoc amplius mulieri, praeter decimam, dotem legatam sibi petere, ius esto.

L. 53. D. de legat. II.

C A P V T XX.

(Gothofr. cap. XIII.)

De solidi capacitate inter coniuges ob aetatem.

Viro et vxori solidum inter se capiundi ius esto, si vterque vel alteruter nondum eius aetatis sit, qua liberi ex hac lege exiguntur.

C A P V T XXI.

(Gothofr. cap. XIII.)

De solidi capacitate ob diuturnitatem matrimonii.

Item si vtrique finitos H. L. annos in matrimonio excefferint, solidum inter se capiundi ius esto.

C A P V T XXII.

(Gothofr. XIII.)

De solidi capacitate ob cognationem.

Item si cognati inter se coierint, vsque ad sextum gradum, eis solidum inter se capiundi ius esto.

C A P V T XXIII.

(Gothofr. XVIII.)

De solidi capacitate ob absentiam reip: caussa.

Si vir abest reipublicae caussa, donec abest, et intra annum, postquam abesse desiit, libera inter eum et vxorem testamenti factio esto. (Gothofr. Si vir commodi sui caussa absit, ex bonis vxoris suae solidum ne capito. At si sine detractione reipublicae caussa aberit, κ. τ. λ.)

C A P V T XXIV.

(Gothofr. XIII.)

De solidi capacitate ob liberos.

Item qui filium filiamue communem superstitem habebunt, aut quatuordecim annorum filium, vel filiam duodecim, vel qui duos trimos, vel tres post nominum diem, aut qui intra annum et sex menses etiam unum cuiuscumque aetatis impuberem amiserint: eis solidum inter se capiendi ius esto. (Gothofredus alio plane sensu: *Vel si tres post nonum diem amiserint, intra annum tamen et sex menses. Etiam unus cuiuscumque aetatis impubes amissus solidi capiendi ius praestato*).

L. 5. et 6. D. de vulg. et pupill. subst. L. 134. D. de V. S.

C A P V T XXV.

(Gothofr. XIII.)

De solidi capacitate ob postumum.

Item vxori, quae post mortem viri intra decem menses ex eo peperit, solidum ex bonis eius capiendi ius esto.

L. 133. D. de V. S.

C A P V T XXVI.

(Gothofr. XIII.)

De solidi capacitate ob ius liberorum.

Item qui quaeue ius liberorum (Gothofr. *communium liberorum*) a senatu (Gothofr. *a populo*) impetrauerint, solidum inter se capiunto.

CAPVT

C A P V T XXVII.

(Gothofr. XIV.)

De solidi capacitate patris solitarii ex alterius testamento.

Ex aliorum testamentis **FATER SOLITARIVS** solidum capito.

L. 72. D. de her. instit.

C A P V T XXVIII.

(Gothofr. XIV.)

Item femina ingenua, si tres liberos habebit, et libertina, si quatuor, solidum ex aliorum testamentis capiunt.

C A P V T XXIX.

(Gothofr. cap. XVII.)

De legato sub conditione caelibatus relicto.

Si quis caelibatus aut viduitatis conditionem heredi legatarie iniunxerit: heres legatarius ea conditione liberi sunt, neque eo minus **DELATAM HEREDITATEM** legatum ex H. L. consequuntur.

L. 151. D. de V. S. L. 63. et 64. D. de cond. et demonstr.

L. 25. D. de donat. inter vir. et vxor.

C A P V T XXX.

(Gothofr. XVI.)

De iureiurando libertis remittendo.

Si patronus iusiurandum liberto in hoc imposuerit, ne uxorem ducat, vel libertae, ne nubat: iusiurandum illud permittitur, nuptiasque ex H. L. contrahendi, liberto libertaeue ius (Gothofr. *et potestas*) esto.

L. 14. D. de iur. patr. L. 31. D. qui et a quib. manum.

CAPVT

C A P V T XXXI.

(Gothofr. omisit.)

De iure adfinitatis inter vitricum etc.

Adfinitas, præterquam inter nouercam et priuignum, vitricum et priuignum, nec non SOCERVM SOCERVMVE, et GENERVM NVRVMVE, morte diuortioque soluitur.

L. 6. D. de grad. et adfin. L. 136. de V. S. L. 5. de test.

C A P V T XXXII.

(Gothofr. cap. XVIII.)

De priuilegiis absentium reipublicae causa.

Qui REIPUBLICAE CAUSSA sine detractione absunt, donec absunt, et intra annum, postquam abesse desierunt, vacationem legis habent: Reliqui, qui sui commodi causa absunt, poenis ex hac lege tenentur. (Gothofredus hic demum locum fuisse putat capiti, quod supra dedimus, XXIV.)

L. 35. 36. 37. et 38. D. ex quib. causis. maior. L. 23. de rit. dub. L. 8. de ann. legat.

C A P V T XXXIII.

(Gothofr. cap. XIX.)

De indulgentia Senatus.

Si cui Senatus gratiam huius legis faciet, ei nuptiae iustae, liberique legitimi sunt, et omnia praemia ex H. L. capere ius esto. (Gothofr. Si cui populus prohibitas H. L. nuptias contrahere permiserit: nuptiae legitimae sunt, neus quid ei, qui huiusmodi nuptias contraxerit, fraudi ignominiae esto.)

L. 31. D. de rit. nupt.

CAPVT XXXIV.

(Gothofr. cap. XX. XXI. XXII.)

De diuortii modo et poena.

Soluta citra culpam vxoris matrimonio, si mulier ob mores viri diuortit, vir eam dotem, quae annua bima trima die reddi debet, ob maiores mores praesentem; propter minores senum mensium die reddito. Quod ad eam dotem, quae praesens reddi solet, et dotale praedium Italicum, et QUID QUID EX BONIS VXORIS vel libertorum eius AD EVM PERVENIT, VT ET, SI DOLO MALO FACTVM ERIT, QVO MINVS PERVENIRET, QVANTA PECVNIA ERIT, TANTAM ipse eiusue heres PECVNIAM DATO, et vir simul fructum quadriennii praestato. Sin mulieris culpa discidium factum: morum quidem nomine maritus, grauiorum quidem sextam; leuiorum, octauam dotis partem retinet. (Gothofredus plane aliter: Cap. XX. *Fundum dotalem Italicum maritus inuita uxore ne alienato, neue, consentiente ea, obligato.* Cap. XXI. *soluta citra culpam vxoris matrimonio, vir, quidquid ex vxoris eiusus libertorum bonis ad EVM PERVENIT, AVT DOLO MALO EIVS FACTVM ERIT, QVO MINVS PERVENIRET, tam ipse, quam heres eius, QVANTA PECVNIA ERIT, TANTAM PECVNIAM vxori DATO.* Cap. XXII. *De dotis repetitione et retentionibus, ut existimo.*)

L. 97. et 139. D. de V. S. L. 64. solut. matr. dos quem adm. pet.

L. 33. et 48. D. de rit. nupt. L. 7. de cens. L. 8. de captis. et possim.

C A P V T XXXV.

(Gothofr. XV.)

De cogendis parentibus, ut liberos elocent.

QUI LIBEROS, QUOS HABENT IN POTESTATE, INIVRIA PROHIBEBUNT, DUCERE VXORES VEL NUBERE, (Gothofr. *vel qui dotem dare volunt*) in matrimonium EOS (Gothofr. *addit: GENERO NUKVIVE*) COLLOCARE, PER PRAETOREM VRBANVM COGVNTOR.

L. 45. D. de adoption.

C A P V T XXXVI.

(Gothofr. XXIII.)

De poenis caelibatus.

Caelibes, nisi intra centum dies huic legi paruerint, neque HEREDITATEM, neque LEGATVM, ex testamento, nisi proximorum genere, capiunto. (Gothofr. *legatum testamento relictum capiunto.*)

L. 3. D. de castr. pecul. L. 15. ad L. Corn. de sic. L. 138. de V. S.

L. 87. D. de legat. III.

C A P V T XXXVII.

(Gothofr. cap. XXIII.)

De poenis orbitatis.

Si qui coniugum masculus, (vltra XXV. annum,) femina (vltra vicelesimum,) orbi erunt, semissem relictorum tantum capiunto. Qui genere proximi erunt, vsque ad gradum sextum, quod relictum est, iure antiquo capiunto. (Gothofr. *At quo minus, qui genere proximi erunt, vsque ad sextum gradum relictum iure antiquo capere possint.* (*) E. H. L. N. R.)

(*) ex hac lege nihil rogatur.

340 *Lib. III. Cap. I. De Iurisprudencia noua*

L. 51. D. de legat. II. L. 141. de V. S. L. 36. de mort. caus. don.
L. 61. D. de cond. et dem.

C A P V T XXXVIII.

(Gothofr. cap. VI.)

De liberta ob nuptias ab operis liberanda.

Liberta, quae patroni voluntate nupta erit, operarum obligatione liberator.

L. 32. D. qui et a quib. manum. L. 14. de oper. libert.

C A P V T XXXIX.

(Gothofr. cap. XXIV.)

De liberta centenaria minore.

In bonis liberti centenariae minoris patronus patronique liberi masculi, si libertus liberos non habebit, ius antiquum habent. Sin liberos habebit, ius nullum in bonis liberti habent.

L. 143. et 148. D. de V. S. L. 4. de tut. et curat. dat. L. 5. de iur. aur. ann.

L. 24. D. qui et a quib. man. L. 38. de bon. lib. L. 10. de iur. patr. L. 4. de bon. poss.

C A P V T XL.

(Gothofr. cap. XXV.)

De liberta centenaria.

In centenariae liberti bonis, qui vnum duosue liberos habebit, siue is testamento facto, siue intestatus decedat, patrono patronique liberis masculis VIRILIS PARS seruatur: sin tres liberos habebit, patronus, patronique liberi masculi nihil iuris in bonis liberti habent.

L. 11. et 16. D. de iur. patr. L. 145. de V. S.

CAPVT

C A P V T X L I.

(Gothofr. XXVI.)

De filia patroni.

Patroni filia, si ius trium liberorum habebit, eadem iura, quae et ipse patronus patronique filii edicto Praetoris habent, habeto.

L. 39. D. de bon. libert.

C A P V T X L I I.

(Gothofr. XXVII.)

De libertae bonis.

In bonis libertae etiam quatuor liberorum iure subnixae, pro numero liberorum libertae mortis eius tempore superstitum, VIRILIS PARS patrono patronique liberis masculis debetur.

L. 37. D. de bon. libert. L. 36. de oper. lib. L. 17. de iur. patr.

L. 153. D. de V. S. L. 46. de rit. nupt.

C A P V T X L I I I.

(Gothofr. XXVIII.)

De patronae successione.

Patrona ingenua duobus liberis honorata, libertina tribus, idem ius, quod patronus ex edicto praetoris habet, habento.

L. 150. D. de V. S.

C A P V T X L I V.

(Gothofr. XXVIII.)

De patronae liberis.

Liberi quoque ingenuae patronae, trium liberorum iure honoratae, idem ius habento.

P A R S A L T E R A
C A D V C A R I A

CAP. LEG. XLV. vel CADVCAR. I.

(a Gothofr. omissum.)

De aditione hereditatis, et quando dies legatorum cedat.

Hereditatem, si plures sint coheredes extranei, tabulis testamenti apertis demum, adire liceto, neque ante dies legatorum, pure vel in diem certum relictorum, cedito.

L. 80. D. de adquir. vel omitt. her. L. 20. de iur. codicill. L. un. §. 1. C. de caduc. toll.

CAP. XLVI. vel II.

(Gothofr. XXIX.)

De iis, quibus caduca iure antiquo deferuntur.

Si quis, testamento factò, decedit, isque liberos suos parentesue vsque ad tertium gradum heredes habebit, siue alios quoscumque, qui liberos habebunt, heredes instituet: hi caduca, iure antiquo, capiunt. (Gothofred. *Si quas hereditas, si quòd legatum post H. L. caducum erit, heredibus amplius ne deferatur, extra quam, si quis testamento factò decedat, isque liberos suos heredes parentesue habebit. Liberi namque parentesue vsque ad tertium gradum heredes instituti, quod quis ex eo testamento non capiat, capiunt. Item, si alii quicumque heredes instituti liberos habebunt, caducum ex eo testamento iure antiquo capiunt.*)

L. 19. D. de legib. L. 191. de R. I. L. 40. de bon. libert. L. 10. de adsign. libert. L. 13. de suis et legit. hered. L. 149. de V. S.

CAP.

CAP. XLVII. vel III.

(Gothofr. XXX.)

De his, quae pro non scriptis habentur.

Quae (Gothofr. *Item ea quae*) ab initio deficient, vel in quibus testator postea mutauerit voluntatem, ea pro non scriptis habentur, eaque ii, a quibus relicta sunt, iure antiquo capiuntur. (Gothofr. *ab initio deficient, et pro non scripto inutiliae erunt, vel in quibus testator voluntatem suam postea mutauerit, ii, a quibus etc.*)

L. 4. D. de his quae pro non ser. L. 21. de liberat. leg. L. 71. de her. instit. L. 88. de legat. III. L. 6. de adim. vel transf. leg. L. vn. S. 2. 3. C. de caduc. toll.

CAP. XLVIII. vel IV.

(Gothofr. XXX.)

De causa eaduci.

Si quicumque hominum heres legatariusue, viuo testatore, post testamentum conditum decedet, conditione deficient, relictum IN CAUSSA CADUCI esto, et populo quasi caducum defertor. (Gothofredus: *Superioribus personis et causis cessantibus, cuiusque homini privato delata hereditas legatumus ex sequentibus causis caducum caducane erit, populo defertor. Si viuo testatore, post testamentum conditum, heres legatariusue viuo testatore etc.*)

L. 27. et 57. D. de legat. II. L. 59. de cond. et dem. L. 37. de legib. L. 152. de V. S. L. 23. de vs. et usufr. leg. L. vn. S. 4. C. de cad. toll.

CAP. XLIX. vel V. ;

(Gothofr. XXX.)

De caducis ob heredem vel legatarium ante apertas tabulas decedentem.

Sive heres pro parte, legatariusue, quibus pure vel in certum diem hereditas legatumue relictum erit, post mortem testatoris, ante apertas tabulas testamenti, decedet, vel pereger fiet, ea hereditatis pars legatumue caduca sunt, populoque deferuntur.

L. 80. et 81. D. de acquir. vel omitt. her. L. 10. 11. et 12. test. quemadm. aper. L. 7. de seruit. L. 14. de iur. ffs. L. 49. de legat. II. L. vn. §. 5—9. C. de caduc. toll.

CAP. L. vel VI.

(Gothofr. XXX.)

De caducis, ob heredis vel legatarii incapacitatem.

Sive caelibis, vel alteri cuius, plus, quam ex H. L. licebit, relictum erit, et id caducum esto, populoque vindicator.

L. 64. D. ad L. Falc. L. 54. et 55. de legat. II. L. 18. de manumiss. L. 28. de LL. L. 29. de reb. auct. iud. poss. L. 4. pro hered. L. 1. de Reg. Caton.

CAP. LI. vel VII.

(Gothofr. XXXI)

De caducis, ob heredem vel legatarium ante euentum conditionis decedentem.

Sive heres legatariusue post mortem testatorum, ante euentum conditionis, deficiat, hereditas legatumue caduca sunt, populoque deferuntur.

L. 73. D. de her. inst. L. 69. de cond. et dem. L. 31. de stat. lib.

CAP.

CAP. LII. vel VIII.

(Gothofr. XXXI.)

De bonis ereptitiis.

Quae hereditas, quodue legatum, tanquam indigno erepta ereptumue erit, illa illudue populo defertor. (Gothofr. *Si velut indigno hereditas legatumue ereptum erit, populo vindicator.*)

L. 9. D. de his quae ut indign. L. vn. §. 12. C. de cad. solh.

CAP. LIII. vel IX.

(Gothofr. XXXII.)

De bonis vacantibus.

Si ante aditam hereditatem, agnitumue legatum, per damnationem, sinendi modo, vel per praecptionem relictum, (Gothofred. *has species omittit*) heres legatariusue decedat, (Gothofred. *addit: hereditas legatumue seu vacantia, populo vindicator. Item si*) siue heres legatariusue ius suum omittat repudietue: hereditas legatumue, seu vacantia, populo vindicator, neue heredibus (Gothofredus *addit eorum*) deferuntor.

L. 16. D. de opt. legat. L. 59. D. de legat. II. L. 14. D. de suis et legit. hered.

CAP. LIV. vel X.

(Gothofr. XXXIII.)

De fraudibus aduersus H. L. commissis.

Ne quis in fraudem H. L. quo magis caduca et ereptitia (Gothofredus *omittit ereptitia,*) is, qui capere non potest, capiat, quidquam admittere velit,

L. 22. D. de vs. et usufr. leg. L. 35. et 37. de mort. caus. donat. L. 82. de acqu. vel omitt. her. L. 12. eod. tit. caus. dat. caus. non sequit. L. 29. de liberat. leg. L. 29. de legat. I. L. 65. ad L. Falc. L. 140. de V. S.

CAP. LV. vel XI.

(Gothofr. XXXIV.)

De iure ad crescendi.

Ante apertas tabulas aditamque hereditatem, inter coniuñctos heredes legatariosue, ius ad crescendi in iis, quæ caduca vel in caussa caduci sunt, excepto usufructu legato, ne esto. (Gothofr. *Inter coniuñctos heredes legatariosus ius ad crescendi ne esto.*)

L. 80. et 89. D. de legat. III. L. 17. de opt. leg. L. 58. de legat. II. L. 53. de acquir. vel omitt. her. L. 142. de V. S. L. vn. §. 10. §q. C. de cad. toll.

CAP. LVI. vel XII.

(Gothofr. omisit.)

De transmissione legatorum.

Legatum pure aut in diem certum per vindicationem relictum, post apertas tabulas; reliqua, non nisi agnita; conditionalia denique, post conditionis euentum, ad heredes transmittuntur.

L. 56. et 60. D. de leg. II. L. 24. quando dies leg. ut L. vn. §. 13. C. de caduc. toll.

CAP. LVII. vel XIII.

(Gothofr. XXXV.)

De tacitis fideicommissis.

Si quis heres legatariusue in fraudem H. L. a testatore tacite rogatus sit, ei restituere, qui per H. L. capere prohibetur, isque sciens, dolo malo, tacitam fidem testatori adcommodauerit, hereditate legatoue sibi relicto priuator, eaque populo vindicantur.

L. 29. D. de legat. II. L. 6. de iur. et fact. ignor. L. 83. de acquir. her. L. 1. de ademt. libert. L. 5. de oper. seru. L. 10. de his, quas ut indign. erip. L. 90. de legat. III.

CAP.

CAP. LVIII. vel XIV.

(Gothofr. XXXVI.)

De praemiis delatorum.

Si quis incapaci relictum ad aerarium detulerit, et conuicerit, is praemii nomine ---- partem bonorum consequitur.

L. 13. 15. et 16. D. de iure fiso.

CAP. LIX. vel XV.

(Gothofr. XXXVII.)

De oneribus fisci.

Caduca, non nisi deducto aere alieno, iisque conditionibus, et oneribus, quibus relicta erunt, populo adquiruntor. (Gothofredus: *Supra dictis tamen casibus omnibus, bona caduca, deducto aere alieno etc.*)

L. 66. D. ad L. Falc. L. 61. de legat. II. L. 60. de cond. et dem. L. 21. de us. et usufr. leg. L. 7. si cui plus quam per L. Falc.

§. IX.

Anno V. DCCLXII, Christi XIX, M. Iunio Silano, et C. Velleio Tutore, Coss. successis¹⁾, Lex IVNIA VELLEIA, testamentaria, rogata est²⁾, de postumis heredibus instituendis³⁾; cuius duo capita extant.

1) v. Nordkerk. *Disq. de Leg. Petron.* c. 3. p. 93. sq. cuius rationes mihi potiores sunt sententia Schullingii in *Iurispr. Anteiust.* p. 640. referentis eam ad imperium Claudii.

2) de hac Lege scripserunt Laelius Taurellus, cuius comm. extat *A. Augustin. Emendat.* adiecta, et in *Ottom. Thes. Iur. Civ. T. IV.* [p. 1603.] et *Car. Godofr. Winklerus* doctissima disputatione [*de lege Iunia Velleia,*] edita Lipsiae 1745. [4.] [et inserta *Opusc. minoribus,* (Dresd. et Lips. 1792. 8.) *Vol. I. Part. II. num. 4. p. 256.*]

u. L.

- a) *L. Gallus 29. D. de lib. et post.* [cf. *Gabrielis Vallii Liber singularis ad hanc Legem in Ev. Ottonis Thef. Jur. Tom. I. p. 397. sqq.* Refertur ea lex inter damnatas.]

§. X.

Iam venimus ad Leges IULIAS, ab Augusto rogatas, quae nullo anni argumento insigniuntur. Lex IULIA, *de vi publica*, in eos, qui potestate aliqua praediti ciuem Romanum prouocantem necassent, vel alio aliquo supplicio adfecissent^{x)}, poena deportationis vel ultimi supplicii proposita: item in eos, qui telis, armatisque hominibus vim fecissent^{y)}, maxime ad rem publicam conturbandam.

- x) *Paull. Sent. V, 26, 1.* Ibiq. *Schulting.* qui tamen confundit cum *Lege Iulia, Caesaris Dictatoris, de vi et maiestate*, de qua supra.

- y) *Dig. ad L. Iul. de vi publ.*

§. XI.

Lex IULIA, *de vi priuata*, aduersus priuatos, qui cum armis tum sine armis, priuatae rei causa, vim fecissent, sancita^{z)}. Multis postea supplementis, per SCta, Constitutiones principum; interpretationemque Ictorum, non minus, quam illa *de vi publica*, aucta est: tamen, pro more, nomen Legis Iuliae etiam accessiones retinent. Poena huius Legis fuit publicatio partis tertiae bonorum, cum omni honoris et exillimationis priuatione coniuncta. Caput huius Legis fuisse videtur etiam illud, quo vetabatur rerum vi possessorum vsucapio^{a)}, male a plerisque ad *Legem Iuliam Caesaris Dictatoris* relatum. Ingentem capitum numerum habuit^{b)}. Ceterum valde difficile est, distinguere, quae ad *Legem de vi publica*, et ea, quae ad alteram *de vi priuata*, pertinnerint^{c)}.

z) v. tit.

- 2) v. *tit. Dig. ad L. Iul. de vi priu.* Ceterum monendum hic est, quamquam saepe numero coniuncte dicitur *Lex Iulia de vi publica et priuata*, duplicem tamen fuisse: intelligitur id eo, quod duobus diuersis titulis Digestorum de vtraque agitur.
- a) §. 2. *Inst. de usucap.*
- b) *Collat. Leg. Mos. et Rom. IX, 2.* [vbi cap. LXXXVII. et LXXXVIII. afferuntur.]
- c) *Schulling. Jurispr. Anteiust. p. 522.*

§. XII.

LEX IULIA, *maiestatis* ^{d)}, de qua in Digestis proprius est titulus, aduersus eos, qui maiestatem populi Romani imminuissent, vel violassent, factis improbis ^{e)}. Sed postea haec Lex Tiberii iussu ^{e)}, et exemplo, ad eos traducta est, qui non factis solum, sed verbis etiam et dictis, dignitatem ac maiestatem Imperatoris laessissent: cum Lex de factis tantum sanxisset ^{f)}. Inde tot crimina maiestatis ^{g)}.

- d) Quam plerique confundunt cum *Lege Iulia de vi et maiestate*, *Cic. Phil. I, 9.* a Caesare Dictatore lata: cum tamen illius primum aliud argumentum fuerit, et deinde ab Antonio post mortem Caesaris fere sublata: haec autem subsisterit semper.
- e) In vniuersum notandum, capita huius legis varia a malis principibus aucta, a bonis immiuta esse.
- e) *Suet. Tib. c. 58. Tac. Ann. I, 72.*
- f) *Tac. l. c. v. Schulling. ad Paull. Sent. V, 29, 6. Nordkerk. Obs. c. 9. p. 170. sq. Gronou. ad Tac. l. c.*
- g) v. quae dixi in *Traiano* p. 27. sqq. De hac Lege scripserunt *Fr. Balduinus in Comm. de Legibus* [et in *Heineccii iurisprud. rom. et att. Tom. I. p. 993.*] et *Nic. Hier. Gundlingius in Singularibus ad Legem Maiestatis*, [itemque, *de silentio in hoc crimine*, *Hal. Magd. 1721. rec. Lips. 1737. 4. add. Ant. Contius Comm. ad legem Iuliam maiestatis*, *Spirae 1594. 8. et in Opp. p. 356.*] *Alb. Gentilis* [Comm. ad leg. Iul. maiest.] *Hanov. 1607. 8.* [*Ant. de Felbagha Praelect. ad leg. 5. Cod. h. t. Pinciae, 1649. 4. scriptum rarissimum. Iac. Gothofredi Discurs. histor. ad leg. Quisquis Cod.*

CAP. XLIX. vel V. ;

(Gothofr. XXX.)

De caducis ob heredem vel legatarium ante apertas tabulas decedentem.

Siue heres pro parte, legatariusue, quibus pure vel in certum diem hereditas legatumue relictum erit, post mortem testatoris, ante apertas tabulas testamenti, decedet, vel pereger fiet, ea hereditatis pars legatumue caduca sunt, populoque deferuntur.

L. 80. et 81. D. de acquir. vel omitt. her. L. 10. 11. et 12. test. quemadm. aper. L. 7. de seruit. L. 14. de iur. fise. L. 49. de legat. II. L. vn. §. 5—9. C. de caduc. toll.

CAP. L. vel VI.

(Gothofr. XXX.)

De caducis, ob heredis vel legatarii incapacitatem.

Siue caelib, vel alteri cuius, plus, quam ex H. L. licebit, relictum erit, et id caducum esto, populoque vindicator.

L. 64. D. ad L. Falc. L. 54. et 55. de legat. II. L. 18. de manumiss. L. 28. de LL. L. 29. de reb. auct. iud. poss. L. 4. pro hered. L. 1. de Reg. Caton.

CAP. LI. vel VII.

(Gothofr. XXXI)

De caducis, ob heredem vel legatarium ante euentum conditionis decedentem.

Siue heres legatariusue post mortem testatorum, ante euentum conditionis, deficiat, hereditas legatumue caduca sunt, populoque deferuntur.

L. 73. D. de her. inst. L. 69. de cond. et dem. L. 31. de stat. lib.

CAP.

CAP. LII. vel VIII.

(Gothofr. XXXI.)

De bonis ereptitiis.

Quae hereditas, quodue legatum, tanquam indigno erepta ereptumue erit, illa illudue populo deferretor. (Gothofr. Si velut indigno hereditas legatumue ereptum erit, populo vindicator.)

L. 9. D. de his quae ut indign. L. vn. S. 12. C. de cad. toll.

CAP. LIII. vel IX.

(Gothofr. XXXII.)

De bonis vacantibus.

Si ante aditam hereditatem, agnitumue legatum, per damnationem, sinendi modo, vel per praeeptionem relictum, (Gothofred. *has species omittit*) heres legatariusue decedat, (Gothofred. *addit: hereditas legatumue seu vacantia populo vindicator. Item si*) siue heres legatariusue ius suum omittat repudietue: hereditas legatumue, seu vacantia, populo vindicator, neue heredibus (Gothofredus *addit eorum*) deferuntor.

L. 16. D. de opt. legat. L. 59. D. de legat. II. L. 14. D. de suis et legit. hered.

CAP. LIV. vel X.

(Gothofr. XXXIII.)

De fraudibus aduersus H. L. commissis.

Ne quis in fraudem H. L. quo magis caduca et ereptitia (Gothofredus *omittit ereptitia*,) is, qui capere non potest, capiat, quidquam admittere velit,

L. 22. D. de us. et usufr. leg. L. 35. et 37. de mort. caus. donat. L. 82. de acqu. vel omitt. her. L. 12. condic. caus. dat. caus. non sequit. L. 29. de liberat. leg. L. 29. de legat. I. L. 65. ad L. Falc. L. 140. de V. S.

CAP. LV. vel XI.

(Gothofr. XXXIV.)

De iure ad crescendi.

Ante apertas tabulas aditamque hereditatem, inter coniunctos heredes legatariosue, ius ad crescendi in iis, quae caduca vel in caussa caduci sunt, excepto usufructu legato, ne esto. (Gothofr. *Inter coniunctos heredes legatariosue ius ad crescendi ne esto.*)

L. 80. et 89. D. de legat. III. L. 17. de opt. leg. L. 58. de legat. II. L. 53. de acquir. vel omitt. her. L. 142. de V. S. L. vn. §. 10. §q. C. de cad. toll.

CAP. LVI. vel XII.

(Gothofr. omisit.)

De transmissione legatorum.

Legatum pure aut in diem certum per vindicationem relictum, post apertas tabulas; reliqua, non nisi agnita; conditionalia denique, post conditionis euentum, ad heredes transmittuntur.

L. 56. et 60. D. de leg. II. L. 24. quando dies leg. ul. L. vn. §. 13. C. de caduc. toll.

CAP. LVII. vel XIII.

(Gothofr. XXXV.)

De tacitis fideicommissis.

Si quis heres legatariusue in fraudem H. L. a testatore tacite rogatus sit, ei restituere, qui per H. L. capere prohibetur, isque sciens, dolo malo, tacitam fidem testatori adcommodauerit, hereditate legatoue sibi relicto priuator, eaque populo vindicantur.

L. 29. D. de legat. II. L. 6. de iur. et fact. ignor. L. 83. de acquir. her. L. 1. de ademt. libert. L. 5. de oper. seru. L. 10. de his, quas ut indign. erip. L. 90. de legat. III.

CAP.

CAP. LVIII. vel XIV.

(Gothofr. XXXVI.)

De praemiis delatorum.

Si quis incapaci relictum ad aerarium detulerit, et conuicerit, is praemii nomine ---- partem bonorum consequitur.

L. 13. 15. et 16. D. de iure fiso.

CAP. LIX. vel XV.

(Gothofr. XXXVII.)

De oneribus fisci.

Caduca, non nisi deducto aere alieno, iisque conditionibus, et oneribus, quibus relicta erunt, populo adquiruntur. (Gothofredus: *Supra dictis tamen casibus omnibus, bona caduca, deducto aere alieno etc.*)

L. 66. D. ad L. Falc. L. 61. de legat. II. L. 60. de cond. et dem. L. 21. de us. et usufr. leg. L. 7. si cui plus quam per L. Falc.

§. IX.

Anno V. DCCLXII, Christi XIX, M. Iunio Silano, et C. Velleio Tutore, Coss. successis¹⁾, Lex IUNIA VELLEIA, testamentaria, rogata est²⁾, de postumis heredibus instituendis³⁾; cuius duo capita extant.

1) v. Nordkerk. *Disq. de Leg. Petran.* c. 3. p. 93. sq. cuius rationes mihi potiores sunt sententia Schullingii in *Iurispr. Antieust.* p. 640. referentis eam ad imperium Claudii.

2) de hac Lege scripserunt Laelius Taurellus, cuius comm. extat A. Augustin. *Emendat.* adiecta, et in Otton. *Thef. Iur. Ciu. T. IV.* [p. 1603.] et Car. Godofr. Winklerus doctissima disputatione [*de lege Iunia Velleia,*] edita Lipsiae 1745. [4.] [et inserta *Opusc. minoribus,* (Dresd. et Lips. 1792. 8.) *Vol. I. Part. II. num. 4. p. 256.*]

u. L.

- 2) *L. Gallus 29. D. de lib. et post.* [cf. *Gabrielis Vallii Liber singularis ad hanc Legem in Ev. Ottonis Thes. Iur. Tom. I. p. 397. sqq.* Refertur ea lex inter damnatas.]

§. X.

Iam venimus ad Leges IULIAS, ab Augusto rogatas, quae nullo anni argumento insigniuntur. Lex IULIA, *de vi publica*, in eos, qui potestate aliqua praediti ciuem Romanum prouocantem necassent, vel alio aliquo supplicio adfecissent^{x)}, poena deportationis vel ultimi supplicii proposita: item in eos, qui telis, armisque hominibus vim fecissent^{y)}, maxime ad rem publicam conturbandam.

- x) *Paull. Sent. V, 26, 1.* Ibiq. *Schulting.* qui tamen confundit cum *Lege Iulia, Caesaris Dictatoris, de vi et maiestate*, de qua supra.

- y) *Dig. ad L. Iul. de vi publi.*

§. XI.

Lex IULIA, *de vi priuata*, aduersus priuatos, qui cum armis tum sine armis, priuatae rei causa, vim fecissent, sancita²⁾. Multis postea supplementis, per SENA, Constitutiones principum; interpretationemque ICTORUM, non minus, quam illa *de vi publica*, aucta est: tamen, pro more, nomen Legis Iuliae etiam accessiones retinent. Poena huius Legis fuit publicatio partis tertiae bonorum, cum omni honoris et existimationis priuatione coniuncta. Caput huius Legis fuisse videtur etiam illud, quo vetabatur rerum vi possessarum vsucapio^{a)}, male a plerisque ad *Legem Iuliam* Caesaris Dictatoris relatum. Ingentem capitum numerum habuit^{b)}. Ceterum valde difficile est, distinguere, quae ad *Legem de vi publica*, et ea, quae ad alteram *de vi priuata*, pertinerint^{c)}.

2) v. tit.

2) v. *fit. Dig. ad L. Iul. de vi priu.* Ceterum monendum hic est, quamquam saepe numero coniuncte dicitur *Lex Iulia de vi publica et priuata*, duplicem tamen fuisse: intelligitur id eo, quod duobus diuersis titulis Digestorum de vtraque agitur.

a) §. 2. *Inst. de usucap.*

b) *Collat. Leg. Mos. et Rom. IX, 2.* [vbi cap. LXXXVII. et LXXXVIII. afferuntur.]

c) *Schulting. Iurispr. Anteiust. p. 522.*

§. XII.

Lex IULIA, *maiestatis* ^{d)}, de qua in Digestis proprius est titulus, aduersus eos, qui maiestatem populi Romani imminuissent, vel violassent, factis improbis ^{e)}. Sed postea haec Lex Tiberii iussu ^{e)}, et exemplo, ad eos traducta est, qui non factis solum, sed verbis etiam et dictis, dignitatem ac maiestatem Imperatoris laessissent: cum Lex de factis tantum sanxisset ^{f)}. Inde tot crimina maiestatis ^{g)}.

d) Quam plerique confundunt cum Lege *Iulia de vi et maiestate*, *Cic. Phil. I, 9.* a Caesare Dictatore lata: cum tamen illius primum aliud argumentum fuerit, et deinde ab Antonio post mortem Caesaris fere sublata: haec autem subsisterit semper.

e) In vniuersum notandum, capita huius legis varia a malis principibus aucta, a bonis immiuta esse.

f) *Suet. Tib. c. 58. Tac. Ann. I, 72.*

g) *Tac. l. c. v. Schulting. ad Paull. Sent. V, 29, 6. Nordkerk. Obs. c. 9. p. 170. sq. Gronou. ad Tac. l. c.*

g) v. quae dixi in *Traiano p. 27. sqq.* De hac Lege scripserunt *Fr. Balduinus in Comm. de Legibus* [et in *Heineccii iurisprud. rom. et att. Tom. I. p. 993.*] et *Nic. Hier. Gundlingius in Singularibus ad Legem Maiestatis*, [itemque, *de silentio in hoc crimine*, *Hal. Magd. 1721. rec. Lips. 1737. 4. add. Ant. Contius Comm. ad legem Iuliam maiestatis*, *Spirae 1594. 8. et in Opp. p. 356.*] *Alb. Gentilis* [Comm. ad leg. Iul. maiest.] *Hanov. 1607. 8.* [*Ant. de Febaghæ Praelect. ad leg. 5. Cod. h. t. Pinciae, 1649. 4.* scriptum rarissimum. *Iac. Gothofredi Discurs. histor. ad leg. Quisquis Cod.*

God. ad leg. Iul. maiest. Geneu. 1654. 4. et in Opp. iurid. minor. a Chr. Henr. Trotzio, Lugd. Bat. 1733. f. editis pag. 1. Io. van Beuker Diss. de crimine maiestatis, Franequ. 1729. 4. et in Oelrichs Thes. nouo Diss. iurid. Vol. II. Tom. I. p. 75.]

§. XIII.

Leges IULIAE, iudiciariae, siue iudiciorum, duae sunt, altera iudiciorum publicorum, priuatarum altera^{b)}, quarum mentio in Pandecte¹⁾. In vtraque formam iudiciorum, qualitatem, aetatem, numerumque iudicum, et tempus iudicii habendi, constituit^{b)}: altera autem etiam de Patronis quaedam cauit¹⁾.

b) Capita ex Digestis collegit *Briffon. Ant. Iur. Sel. IV, 77 et Grauius. Orig. Iur. Ciu. de Leg. et SCtis §. 99. [cf. Matth. Temminck Comm. ad fragmenta quaedam legis Iuliae de iudiciis, Trai. ad Rh. 1757. 4. et in Oelrichs Thes. nouo Diss. iurid. Vol. II. Tom. II. p. 27.]*

i) *Gell. N. A. XIV, 2. et A. de caus. corr. eloq. 38. v. Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. c. 2. p. 37. sq.*

k) confunduntur ab omnibus cum Legibus Iuliis Iudiciariis Caesaris Dictatoris, de quibus est apud *Cic. Phil. I, 8. Suet. Caes. c. 40. Augustum autem iudiciarias tulisse, intelligitur e Suet. Aug. c. 32. et Macrobi. I, 10. aliisque: in quibus quamuis, pro more nouarum legum, Iuliae Caesaris maxime repetitae fuerint, multa tamen etiam noua capita extiterunt. In Pandecte autem has memorari nouissimas, vnusquisque intelligit. Sed certius res definiri potest, ita, vt nullus dubitationi locus relinquatur. Augustus instituit, vt iudices a vicessimo aetatiq. anno adlegereantur, id est, quinquennio maturius, quam solebant, *Suet. Aug. c. 32. Atqui nominatim id tribuitur Legi Iuliae iudiciorum in L. 41. D. de recept. qui arbitr. recep. cf. Cuiac. Obs. XX, 32. male igitur Cuiac. ad L. 1. C. qui aetat. se excus. p. m. 205. negat, minores XXV. annis Lege Iulia ad munus iudicandi admitti.**

d) *Gell. l. c. v. Wieling. Iurispr. restit. p. 388. T. I.*

§. XIV.

§. XIV.

Eiusdem Augusti sunt Lex IULIA, de ambitu^m), Lex IULIA, de sacrilegio, peculatu, et de residuis^o): et IULIA, de annonae^o), aduersus eos, qui quid contra annonam fecissent; Lex SENIA^o), de patriciis^p), IULIA theatralis^{**}).

m) Sueton. Aug. c. 34. Dio Cass. Lib. LIV. p. 531. Dig. b. t. Ceterum de ambitus Legibus conf. [Ios. Gabaleonis] Comitis Sarmatorii [Salmourii] Commentat. [ad legem Iuliam] de ambitu, Lips. 1743. 4. [et in Dan. Fellenbergii iurisprud. ant. Tom. I. p. 447. add. Io. Henr. van Groen Diss. de lege Iulia de ambitu, Lugd. Bat. 1680. 4. sed omnes longe superauit Buchaldus, Antecessor Paris. scripta Diatribe doctissima: Recherches sur la Loi Iulia de ambitu par Bouchaud, et inserta Commentar. Acad. Inscript. Tom. XXXIX. p. 382. sq.]

n) Sueton. Aug. l. c. §. 9. et 11. Inst. de publ. iudic.

o) tit. Dig. de Leg. Iul. de annon.

p) Sunt, qui hanc legem pro Scto habent: sed refutauit eos Io. Guil. Hoffmann in Singular. capit. triumuiratus §. XXIII. in Fellenbergii iurisprud. ant. Tom. II. p. 321. sq.

q) Tac. A. XI, 25.

**) Suet. Aug. c. 44. cf. Libellus noster singularis de legibus Romanorum theatralibus, Lips. 1805. 8. cap. III.

§. XV.

Tulit idem IULIAM, sumtuariam^q), qua sumtus coenarum festis profestisque diebus coërcuit. Ad eundem Augustum refero Legem IULIAM^o), de cassione bonorum^r). Ad eandem Augusti aetatem, non improbabili coniectura, Lex PETRONIA, de seruis^s), reuocatur a Nordkerkio^t): neque mihi improbabile videtur, Legem IUNIAM PETRONIAM, de paribus iudicium sententiis^u), esse ad eandem aetatem reuocandam, forteque ab eodem Petronio profectam^x). Cautum hac fuit, ut, si dissonantes pares iudicium

iudicum existerent sententiae, pro libertate pronuntiareretur. Eiusdem fere aetatis *Lex MENSA* **) esse videtur ¹⁾, quae ex alterutro peregrino natum deterioris conditionis parentem sequi iussit ²⁾.

q) *Suet. Aug. c. 34. Gell. N. A. II, 24.*

*) In hac lege fit quidem mentio beneficii legis Iuliae de bonis cedendis; sed non tribuitur Augusto: vade istam bonorum cessionem potius ad legem Iuliam a C. Iulio Caesare a. V. DCCV. latam supra censuimus esse referendam.

r) *L. 4. C. qui bon. ced. Alciat. Parerg. I, 4.*

s) *L. 11. §. 2. D. ad L. Corn. de fidei.*

t) [*Hermannii*] *Nordkerk*, [*Acti, Specimen Ictionum,*] seu *Disquisitio de Lege Petronia*, [*Amst. 1731. 8.*] cap. III. p. 99. sq.

u) *L. 24. D. de manum. cuius sententiam egregie explicauit Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. cap. II. [p. 19.]*

*) *Nordkerk. l. c. p. 35.* nomen *Legis Iuniae Petroniae* in *L. 24. de manum.* corruptum esse, et, quoniam in libro Florentino scriptum inueniatur *Lege Iunia Patronis*, eam adpellatam *Legem Iuliam Patronorum*, sicque adeo scribendum, censet, vt nempe intelligatur *Legis Iuliae de iudiciis* caput illud, quod de *patronis* sanxerit. Sed vt ei concedamus, *Legem Iuliam Patronorum* dici posse caput *Legis de Patronis*, qui sciamus, et alias capita *Legum* singula nomen *Legum* ipsarum tulisse: tamen hoc quidem caput, cuiuscumque tandem *Legis* sit, *Legem patronorum* dici non posse, adfirmamus. Non enim de *patronis*, sed de *iudicium sententiis*, constituit. Itaque potius dicendum, librarii Florentini errationem fuisse ab nomine *Patroniae*.

**) cf. *Alb. Dieter. Trebell. Select. Antiquitt. Rom. Hag. Comit. 1744. in. 8. Part. I. Cap. III. p. 36. sqq. et Christiani Rau, Diss. doctissima eademque elegantissima de Lege Mensa, Lips. 1786. 4.*

g) Pertinet enim argumentum huius *Legis* ad *Augusti consilium*, quo ciuitatem Romanam a peregrino sanguine incorruptam seruare, multisque difficultatibus eius adeptionem impedire laborauit: v. *Suet. Aug. c. 40.*

c. 40.

c. 40. Non absurdum fuerit, credo, si quis contendat, legendum *Lex Sentia*; cum praesertim *Mensiae* gentis apud Romanos nullum occurrat vestigium: propterea- que *A. Augustinus de Leg. h. l.* dubitare videatur, vtrum potius *Messia* dicenda sit. Ceterum de hoc argumento, in *Lege Aelia Sentia* aliquid cautum fuisse, arbitratur *Nordkerk. Obs. C. VII. p. 152. sqq.*

2) *Vlpian. Fr. V, 8. conf. Cuiac. Obj. XV, 13. Nordkerk. l. c. [et Heinnecius ad L. Iul. et Pap. Popp. Lib. II. cap. 9. §. 5.]*

§. XVI.

Tiberii imperio factae sunt haud dubie *Lex IV- NIA NORBANA*, et *Lex VISELLIA*. Ac illa quidem lata a. V. DCCLXXII, anno Chr. XIX, a *Coss. M. Iunio Silano, et C. *) Iunio Norbano^{a)}*, cauitque, vt minus solenniter manumissi Latinorum coloniariorum iure haberentur^{b)}: vnde *Latini Iu- siani* huiusmodi libertini dicebantur. Altera autem rogata videtur a *L. Visellio Varrone*, qui anno V. DCCLXXVII, anno Chr. XXIV, cum [*Sexto*] *Corne- lio Cethego* Consul fuit^{c)}. Sanxit, vt *militio ius Qui- ritium acciperet Latinus, si inter vigiles Romae sex an- nis militauisset; inprimisque, vt ne libertini ea, quas ingenuorum essent, adrogare sibi vellet^{d)}*.

*) Sic ponit *Pagius Crit. Baron. sp. 16.* cum iuxta fastos *Almelouenii* legatur: *L. Norbanus Balbus*,

a) v. *Io. Guil. Hofmann. de Leg. Iul. de adult. cap. V. p. 107.* qui refellit *Nordkerkium Disquis. de Leg. Pe- tron. p. 91.* ad liberam reipublicam referentem.

b) *Vlpian. Fr. I, 10. Cai. Inst. I, 1, 2.*

c) v. *Io. Godofr. Richteri Diss. de Lege Visellia, c. 2. Lips. 1736.* quo refellitur *Nordkerkii Disquis. de Leg. Petron. c. 3. p. 91.* hanc Legem ad Augusti imperium referentis, opinio.

d) *Vlpian. Fr. III, 5. cf. omnino Richteri Diss. laud. L. r. C. ad L. Visell. Paull. Rec. Sent. V, 25. 12. et Fr. Ra- mos del Manzano Comm. ad L. Iul. et Pap. II, 1. T. V. Thes. Meermann. p. 279.*

Z

§. XVII.

§. XVII.

Praeter has Leges, nullas alias, neque sub Tiberio, neque post eum, rogatas reperimus, propterea, quod ille Comitia in Curiam transtulit, ex eoque tempore omnia SCtis sancita sunt. Quae ergo reperiuntur post id tempus *Leges* adpellatae, illae nomine tantum Leges, re autem vera SCta fuerunt: Legesque adpellantur, quia SCta vim Legum habuerunt, atque adeo vsurpandae vetustatis causa eadem omnia in Curia obseruata sunt, quae olim in campo Martio *): et post perfectum SCTum, videtur in comitiis populi dicis causa ad populum res lata esse^{f)}. Itaque Legem *CLAVDIAM, de tutela mulierum, PETRONIAM, de abolitionibus, Legem Agrariam Neruae, Legemque VECTIBVLICI*^{g)}, in numerum SCTorum referimus, et in loco de SCtis de iis exponemus.

e) v. Gronou. ad Tac. Hist. II, 91, vnde etiam *legem ferri* de relatione dicitur ap. Tac. H. IV, 47.

f) v. Wieling. *Leß. Iur. Ciu. I, 3.*

g) Legem *Pesulaniam, de cane*, de qua est apud Paull. *Sent. I, 15, 1.* hic plane non curamus, propterea, quod librorum scriptorum ea in Lege adpellanda magna est varietas, nihilque de ea dici potest^{h)}, nisi quod Paullus de ea tradidit. v. *Schulting. ad Paull. l. c.*

*) Consulenda tamen, quae de *Lege Pesulania* habent *Ant. Augustinus de Legibus p. 117. Pard. Prateius iurisprud. vet. in Ottonis Thes. Tom. IV. p. 412. et Bouchaud Comment. sur la Loi des douze Tables, p. 178. et edit. nouiss. Tom. I. p. 00. sqq.*

SECT. III.

De Senatusconsultis.

§. I.

Expositis Legibus, ab Augusto Tiberioque latis, sequitur, ut de Senatusconsultis ab Augusto usque ad Hadrianum tradamus: ac primo quidem univ[er]se, deinde de singulis *). Sub Augusto quamvis de iure Senatusconsulta facta sint, de consilio Maecenatis**), tamen mansit vetus ratio Leges in Comitibus rogandi. Tiberius autem quum Comitibus e campo in curiam transtulisset b), Leges in Comitibus, nisi forte dicis causa, rogari desitae c), et Senatusconsultis omnem ius constitui coeptum, inualuitque mos ille, ut ad orationem d), vel ad Libellum, epistolamque Principis, Senatus decerneret plerumque; Princeps autem SCta Edicto e) suo populo promulgaret. Ac si forte Senatus aliquid censuisset, non ante SCtum ratum erat, quam voluntate Principis adprobatum esset f). Ceterum SCtis actiones civiles improbari non potuisse, statuit Brenemannus g).

*) cf. Mich. Conr. Curtius Comment. de senatu romano post tempora reip. liberae, cum praefat. Christ. Adolph. Klotzii, Hal. 1768. m. 8. Lib. III. cap. II. p. 99.

a) Dio Cass. Lib. LII. p. 485. qui suaserat, in quibus rebus per populum sanciri nollet, de iis per decreta Senatus statueret, propterea quod populus nihil tam aequo animo ferret, quam Senatus decreta.

b) Tac. A. I, 15.

c) Dubitatio ex eo esse potest, quod, cum Tiberius statim initiis imperii Comitibus in curiam traduxisset, Leges tamen adhuc sub eius imperio duas; Iuniani Norbanam, et Viselliam, reperimus: quae causa fuit Nordkerkio in Disquis. de Leg. Petron. c. 3. p. 91. f. has Leges ad superiora tempora, et illam quidem ad liberae reipublicae, hanc ad Augusti aetatem, reuocandi.

candi. Quae dubitatio sic dissolui potest, vt dicamus, Tiberium, etiam mutato iure comitorum, tamen de his rebus ad populum ferri iussisse, in quibus sciret, populum facile suae voluntati obsecundaturum esse: atque id fuisse ex artibus dominationis, vt populum falleret, sic mentis iacturam iuris sui sensurum, cum in leuibus negotiis rogaretur; adfuesceretque sensim paulatimque damnis suis. Quare etiam, vt supra diximus, peracta re iam in Senatu etiam sub sequentibus Principibus dicis causa ad populum laetum est. v. Tac. A. XII, 25. et 26.

- d) Inde factum est, vt *Orationes Principum* pro ipsis Sctis ponantur in Digestis. v. *Schubart, de Fat. Iurispr. Rom. Exc. III. p. 575. Christ. Otto a Boeckelen Diss. de Orat. Princip. [in Opusc. (Lugd. Bat. 1678. 12.) pag. 109.] Dodwell. Prael. Cambd. X. Talis oratio Claudii, de ciuitate et iure Senatorum Gallis in vrbe dando, quam exprimit Tac. A. XI, 24. hodie in tabula aenea extat Lugduni: quam primus edidit Lipsius ad Tac. A. Lib. XI. Excurs. A. descriptam postea et explicatam Iac. Sponius dans la Recherche des Antiquités et curiosités de la ville de Lyon c. VIII. p. 170. sqq. Oratio autem vel ab ipso Principe habebatur, vel plerumque a Quaestore Candidato recitabatur. v. L. 1. D. de off. Quaest. Tac. A. XVI, 27.*
- e) v. *Burmänn, de Vestigal. Pop. Rom. c. VI. p. 85. sqq. et quae dicta sunt in Traiano p. 42.*
- f) Tac. A. XIII, 26. aliisque locis. Ceterum iam his temporibus initium sumsit mos Senatorum, *adclamationibus* sententiam suam siue consensum Principi testificandi: quod sequenti aeuo, aucta seruitute, crebrius factum est. Multa harum *Adclamationum*, quae etiam in acta Senatus referrentur, exempla sunt in *Scriptoribus Histor. Augustae* minoribus. v. *Ferrax, de Adclamationibus*; [et *Salmas. ad Capitolin. Auid. Cass. c. 13. p. 466. sq.*
- g) *Brenemann, de Heurimat. Modestin. c. 3. p. 53. quod non puto *)*, cum Sctis sint leges,
- *) Recte vero Brenemannus: Bachius autem, praecudicata opinione deceptus, Sctis vim legum tribuit.

§. II.

Iam de singulis Senatusconsultis exponemus. Primum sub Augusto anno V. DCCXXXVII, C. Furnio, C. Iunio Silano Coss. factum SC TVM, quo Lex Cincia reducta est, quique ob causam orandam quidpiam cepisset, quadruplum restituere iussus^{h)}. Anno V. DCCLXIII, Christi X, Coss. P. Cornelio Dolabella, C. Iunio Silanoⁱ⁾, factum Senatusconsultum SILANIANVM^{k)*)}, de quaestione de familia, propter necem domini^{l)}, ante apertas tabulas testamenti habenda^{m)}: anno autem DCCLXIV, Christi XI, Coss. T. Statilio Tauro, M. Aemilio Lepido, aliud in eandem rem factum est SC TVM, ut quaestioni isti quinquennio praescriberetur, nisi plane quaeretur de parricidioⁿ⁾.

h) Dio Cass. Lib. LIV. p. 533. cf. Brummer. ad Leg. Cinc. c. 3. Cuiac. Obs. VI, 18. tamen putat, novam Legem Iuliam fuisse.

i) v. Cuiac. Obs. I, 18.

k) sub Augusto demum invaluit consuetudo Senatusconsulta a Consylibus adpellandi, et quidem haud dubie ab eo, qui relationem fecisset. Nam in libera republica eam rationem non inuenimus.

*) v. Io. Ignei Comm. in Tit. II. de Siliano et Claudiano SCto, Lugd. et Aurel. 1539. II. Part. fol.

l) id iam libera republica obtinuisse, intelligitur e Cic. ad Div. IV, 12. hic mos relatus, additumque nouum hoc, ut ante apertas tabulas quaestio haberetur; qua non habita ab herede, hereditas erepta in aerarium redigeretur. conf. quae a nobis dicta sunt in Traiano. p. 123. sqq.

m) v. tit. Dig. de SCt. Silanian. et Tac. A. XIV, 42.

n) L. 13. D. de SCt. Silan.

§. III.

Tiberii imperio plura facta sunt SCta. Anno quidem Urbis DCCLXVIII, Christi XV, Coss. Druso Caesa-

Caesare et C. Norbano SENATVSCONSVLTVM*),
de disciplina spectaculorum °).

*) cf. Libellus noster de legibus Romanorum theatralibus,
(Lips. 1805. 8.) cap. IV.

o) Tac. Ann. I, 77. ad q. l. v. Lipsus. Ex eo SCTo
est haud dubie id, quod tradit ICTus in L. 28. §. 3.
D. de poen.

§. IV.

Anno Urb. deinde DCCLXIX, Christi XVI, Coss.
T. Statilio Tauro, et L. Scribonio Libone, factum
est SCTum LIBONIANVM, de falso, quo poena
Legis Corneliae, de falso, irrogatur ei, qui quid
aliud, quam testamentum, falsum, sciens^{p)}, signarit
signarius curarit^{q)}. Eodem etiam cautum fuisse vi-
detur, ne quis sibi in testamento alieno legatum ad-
scriberet. Aliud de mathematicis eiiciendis*).

p) Hoc SCTo primum additum fuisse videtur, vt, qui
dolo malo falsum signasset, Lege Cornelia teneretur,
cum ante et, qui sine dolo signassent, tenerentur.
Suet. Aug. c. 33. cf. Traian. p. 11. sq.

q) Sic Senatusconsulti verba exhibentur Coll. Leg. Mos.
et Rom. VIII, 7. L. 9. §. 3. D. ad L. Corn. de fals.
conf. Cuiac. Parat. C. ad L. Corn. de fals. P. Fabr.
Semestr. I, 25. p. 743. Salmas. ad Ius Att. et Rom.
c. 30. p. 877. Ceterum Heineccius Hist. Iur. I, 201.
aliud in eandem rem SCTum, Licinio V. et Tauro
Coss. a. V. DCCLXXX, factum, cum hoc in vnum con-
stauit, quod tamen diuersum esse patet e Collat. Leg.
Mos. et Rom. l. c. De SCTo Liboniano est elegantissima
et eruditissima Dissertatio Io. Iac. Mascouii [de his, qui
sibi adscribunt in testamento ad explanationem SCTi Li-
boniani; Lips. 1734. 4.] Io. Guil. Markarti Diss. de
his, qui sibi adscribunt in testamento alieno, [in Exer-
citi. acad. Harderouici 1751. 4. p. 131. sqq. add. Eiusd.
Probab. recept. lexi. iur. ciu. Trai. ad Rhen. 1737. 8.
Part. I. p. 151. sq.]

*) Tac. Ann. II, 32. quod idem esse videtur ei, quod
est ap. Coll. Leg. Mos. et R. XV. v. Lips. Exc.

§. V.

§. V.

Anno V. DCCLXXII, Christi XIX, M. Iunio Silano, et Norbano Coss. factum S C T V M, quo cautum, ne quassum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus, Eques Romanus fuisset¹⁾: in quo S C to et alia fuisse videntur de iis, qui, quo minus Legibus tenerentur, famosi iudicii notam sponte subirent²⁾. Ceterum in foeminas [prostratae pudicitiae] statutum, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui, more maiorum, de communi sententia animadverterent³⁾.

1) Sueton. Tib. c. 35. et Tac. A. II, 85. v. Lips. ad h. l. Causa, quod matronae, quo dignitate matronali, ad evitandas Legum poenas, exsoluerentur, licentiam stupri, vel lenocinium apud Aediles profiteri coeperant, more inter veteres recepto, qui satis poenarum adversum impudicas in ipsa professione credidissent.

e) Suet. l. c.

f) Suet. l. c.

§. VI.

Anno V. DCCLXXIII, Chr. XX, M. Aurelio Cotta, M. Messala Coss. S C T V M factum est⁴⁾, ut, si qui coisissent ad occisionem innocentum, Lege Cornelia de falsis tenerentur⁵⁾. Alio item S C to cautum, si servus reus postularetur, eadem observarentur, quae si liber esset⁶⁾.

a) Collat. Leg. Mos. et Rom. VIII, 7.

x) Marcianus in L. 1. §. 1. D. ad L. Corn. de fals. habet ad obligationem, quod explicat atque tuetur Bynkershoek. Obs. III, 19. sed rectius est occisionem apud Patriotorem Legis Mosaicae et Rom. l. c. vid. quae dixi in Traiano p. 12. Nam occisionem, necem, uti occidere, iugulare, interficere, et similia, de periculo capitis dicunt eleganter antiqui auctores.

y) L. 12. §. 3. D. accus. cf. Cuiac. Obs. VI, 30.

§. VII.

Anno Urbis DCCLXXIV, Christi XXI, Tiberio Aug. IV. et Druso II. Coss. facta duo S C T A sunt: quorum vno cautum, *ne decreta patrum ante diem decimum ad aerarium deferrentur* ^{z)}: idque vitae spatium damnatis propagaretur ^{a)}: altero ius moremque asylorum Tiberius sustulit ^{b)}.

z) S C T a enim vim suam capiebant ab eo tempore, quo in aerarium delata: v. *Lips. ad Tac. l. c.*

a) *Tac. A. III, 51. Sueton. Tib. c. 75. Dio Cass. Lib. LVII. p. 617. id spatium Theodotius M. deinde L. 20. C. de poen. in XXX. dies propagauit* ^{*}). v. *Lips. ad Tac. l. c. et Idsing. Var. Iur. Ciu. c. 19.*

^{*}) Duplex error Bachii: alter in auctore legis, in quo quidem nec ipse sibi constat, vid. *infra Cap. III. Sect. II. §. 8.* alter in argumento legis, quae capienda est de poena ab irato principe extra ordinem irrogata: hoc autem S C T um de damnatis a senatu recepto publicorum iudiciorum ordine et poena ordinaria. cf. *Chr. Gottlob Richter. Exerc. iur. ciuil. de poena ab irato principe extra ordinem imperata in diem tricesimum differenda ad l. 20. C. de poenis, Lips. 1781. 4.*

b) *Tac. A. III, 60. Suet. Tib. c. 37. quorum dissensum egregie componit Ernesti Excurs. XII. ad Suet. Tib. c. 37.*

§. VIII.

Anno V. DCCLXXVII, Christi XXIV, Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. factum S C T um, vt, *quamquam insontes magistratus, et culpa alienae nescii, prouincialibus uxoribus criminibus, periude quam suis, plerentur* ^{c)}.

c) *Tac. A. IV, 20. L. 4. §. 2. D. de Off. Procons. vbi pro: Cotta et Messalino Coss. legendum haud dubie ex Tacito l. c. Cotta Messalino consulente cf. Cuiac. Obs. VI, 30.*

§. IX.

§. IX.

Anno Urbis DCCLXXX, Christi XXVII, Coss. M. Licinio Crasso et L. Calpurnio^{d)}, factum SC-TVM est, ad Legem Corneliam de falsis, ut eius poenis teneretur, qui falsas testationes faciendas, testamentarue^{e)} falsa inuicem dicenda, aut consignanda, dolo malo curauerit^{f)}: item qui ob fruendam aduocationem testimoniaue pecuniam acceperit, pastusue fuerit, societatem coierit, aut aliquam delationem interposuerit^{g)}.

d) Consules in *Coll. Leg. Mos. et Rom. VIII, 7.* eduntur *Licinius V.* et *Taurus*, quorum *Taurus* suffectus, haud dubie fuit: numeralis nota autem vitiosa est. v. *Schulting.* ad h. l.

e) legendum haud dubie est *testimonia* ex *L. 9. §. 3. D. ad L. Corn. de fals.* a librario vicinia vocabuli *testamentum* confusum.

f) *Coll. Leg. Mos. et Rom. VIII, 7.* Hoc *Heineccius Hist. Iur. I, 201.* incuria, tamquam partem, retulit ad SCtum §. IV. recensitum. Ceterum de hoc SCto eiusque scriptura v. *Cuiac. Parat. C. ad L. Corn. de fals. Salmas. ad Ius Att. et Rom. c. 30. p. 775. sq. Bynkershoek. Obs. III, 18.* imprimisque *Schulting. in Jurisprud. Anteiust. p. 763.* [add. *Herm. Cannegieter Comm. ad Coll. Legg. Mos. et Rom. (Franqu. 1765. 4.) cap. XVI. et Io. Cannegieter Not. ad Coll. Leg. Mos. et Rom. (Lugd. Bat. 1774. 4.) p. 224. sq.*]

g) *Collat. Leg. Mos. et Rom. l. c. et L. 1. §. 1. et L. 20. D. ad L. Corn. de fals.* Tribonianus autem videtur haec, a §. IV. ad hanc usque memorata, SCta, confudisse et conflauisse. De verbis et re ipsa v. viros doctos paullo ante laudatos, imprimisque *Schulting. p. 764.* [et *Cannegieteros locis laud.*]

§. X.

Anno V. DCCLXXXII, Christi XXIX, duobus Geminis Coss. factum SENATVSCONSVLTVM, ut, si quis ob venundandum, vel denudandum^{h)}, non

remittendumus testimonium pecuniam acceperit, poena Legis Corneliae adficiatur ¹⁾).

h) vitiosum hoc vocabulum *) quomodo corrigendum sit, disputant Intt. v. *Schulling. l. c.*

*) Mihi quidem planum videtur. Est enim *denudare* idem, quod *indicare, aperire, patefacere*: cf. *Liu. XXXV, 32. Cic. Or. post red. in Sen. c. 30.* Innuunt igitur verba S^CTi: si quis pecuniam acceperit ob veritatem vel dicendam, vel filendam, *x. r. l.*

s) *Collat. Leg. Mos. et Rom. VIII, 7. et L. 1. §. 2. D. ad L. Corn. de fals. cf. Salmas. l. c. Herald. ver. iud. aud. I, 6. Grot. Flor. Spars. ad L. ult. D. de concuss. Bykershoek. Obs. III, 19. Schulling. Iurispr. Anteiust. p. 765. [Cannegieteri loc. II.]*

§. XI.

Anno V. DCCLXXXIV, Christi XXXI, Sulla et Trione Coss. suffectis ⁴⁾ factum S^CTVM, ex sententia Lentuli, *ne Legatum Caesaris, id est, praesidem prouinciae, accusare liceret.*

k) *L. 12. pr. D. de accusat.* Hos autem Coss. eo anno suffectos fuisse, docet *Noris. Epist. Consul. Tom. XI. Thes. Ant. Rom. p. 404. cf. H. Brenemanni Epist. de consulibus, quorum in Pandectis fit mentio, in Append. Fastor. Almelouen. p. 611.*

§. XII.

Anno Urbis DCCLXXXVI, Christi XXXIII, Seru. Galba, L. Sulla Coss. factum S^CTVM, *de foenore, quo sancitum, ut foeneratores duas patrimonii partes in solo* ¹⁾ *collocarent, debitores totidem aeris alieni statim soluerent* ^{m)}).

l) *Solum dicitur simpliciter pro solo Italico. v. quae dixi in Traiano p. 6.*

m) *Suet. Tib. c. 48. et Tac. A. VI, 17.* Similes Leges ab aliis etiam Imperatoribus factae. conf. *Iac. Gothofred. Comm. Cod. Theod. p. 44. T. II. ed. Ritteri.*

§. XIII.

§. XIII.

Anno Urbis DCCLXXXVII, Christi XXXIV, Coss. Paulo Fabio Persico, L. Vitellio, factum SCtum PERSICIANVMⁿ) *), ad Legem Papiam Poppaeam, cautumque, ut sexagenariorum, et quinquagenariorum nuptias nec essent, ac proinde vir et uxor perpetuis castibatus poenis tenerentur^o).

*) sic enim legendum esse docet Perizon. *Diss. de Leg. Vocon.* p. 157. pro vulgato nomine Pernicianum.

*) De hoc SCto, aliisque rebus ad hoc argumentum pertinentibus elegans est disputatio in *Henr. Io. Arntzenii Miscellaneis*, Trai. ad Rhen. 1774. 8. cap. VII. p. 76. sq.

o) *Vlpian. Fr. XVI, 3.* et *Sust. Claud. c. 23.* vide *Perizon. Diss. laud. Heineccius Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. II, 3. 5.* p. 159. et *Zach. Richteri Diss. de Leg. Iulia Miscella, eiusque usu hodierno*, Lips. 1754. me praeside defensa, p. 23. [et in *Opusc.* p. 214.]

§. XIV.

SCtum, de quasi usufructu^p), Tiberii imperio factum esse, probabile est, propterea, quod Sabinus et Nerua de eo responderunt^q), cum Ciceronis aetate nondum esset usufructus earum rerum, quarum abusus est^r).

p) *L. 1. L. 2. L. 8. D. de usufr. ear. rer. quae usu conf.*

q) *L. 3. L. 5. §. 4. D. eod.*

r) *Cic. Top. c. 3. conf. Galuan. de Usufr. c. 3. Noadt. de Usufr. I, 20.*

§. XV.

Caio Caligula imperante *) quae facta sint Senatusconsulta, cum non reperiamus, progredimur ad imperium Claudii, cuius auctoritate plura facta sunt. Primum trademus ea, quae quo tempore facta, constat; deinde reliqua.

*) Cali-

- *) Caligulae acta enim rescissa et memoria abolita a Claudio Imp. teste *Sueton. Claud. c. 11.* De rescissione actorum ipsa et abolitione memoriae cf. *Chr. Henr. Trotz Traët. de memoria præpagata*, Trai. ad Rh. 1734. 8 et, qui coeptam ab hoc telam egregie pertextuit, *Christoph. Frid. Wölle*, V. C. in binis Dissertationibus elegantissimis pariter ac doctissimis: *de damnata memoria*, Lips. 1776. 4.

§. XVI.

Anno primo Claudii, Urbis DCCXCV, Christi XLII, Claudio Aug. II, et C. Caecina Largo Coss. factum SCtum LARGIANVM *), *ut liberi manumissoris, non nominatim exheredes scripti, extraneis heredibus in bonis Latinorum praeferrentur* **) .

- *) cf. *Io. Christ. Franckii ad iurisprudentiam Tiberii Claudii Imp. Commentatio*, Witteb. 1770. 4. Multa etiam, eaque egregia *Pet. Faber* de SCtis sub Claudio conditis sigillatim proposuit, ut taceam caeteros.

- §) *L. vii. §. 12. et 13. C. de Lat. lib. toll. v. Anton. Augustin. de SCtis h. l.* [et *Baldwin. Iustinian. p. m. 273. sqq.*]

- **) Olim bona libertorum Latinorum omnia ex lege Iunia Norbana a manumissoribus post eorum mortem detinebantur: quod sublatum est a Iustiniano in *Cod. tit. de Latina libertate toll.* Caeterum locus a Bacio laudatus nil probat, nisi coniungatur cum §. ult. *L. de success. libert.*

§. XVII.

A. V. DCCXCIX, Christi XLVI, Velleio Rufo et Ostorio Scapula Coss. factum SCtrum, *de adsignandis libertis* t).

- t) *L. i. pr. D. de adsign. libert.* De Consulibus v. *Bynkershoek. Obs. III, 7. Brenemann. Epist. de Consul. in Append. Fast. Almelouen. p. 607. et Reiz. ad Theophil. III, 8. p. 587.*

§. XVIII.

§. XVIII.

Anno V. DCCXCIX, Christi XLVI*), Cn. Hofidio Geta et L. Vagellio Coss. suffectis, SC T V M factum, de aedificiis negotiationis causa non diruendis^{u)}).

*) Imo anno V. C. DCCCI, Christi XLVIII.

u) quod extat ap. Iulium Capac. *Hist. Neap. II, 9. Reines. Inscr. VII, 11.* cf. de eo Reines. *Epist. ad Rupert. 36. p. 292.* emendatius aliquanto edidit Gorius *Inscr. p. 84.* Ceterum plura in eandem sententiam facta sunt SCTa, de quibus v. Cuiac. *Obs. V, 26.* *Burmänn. de Vedigal. c. V. p. 85. sq. de Back, Diss. ad L. 2. C. de aedif. [add. I. G. S. (Io. Gottfr. Senf) Comm. ad SCTa, Cn. Hofidio Geta, L. Vagellio Coss. Q. Volusio Saturnino, P. Cornelio Scipione Coss. de aedificiis negotiationis causa non diruendis, Lips. 1756. 4.]*

§. XIX.

Anno V. DCCC, Christi XLVII, Coss. Claudio Aug. IV. et L. Vitellio LII, SC T V M CLAVDIANVM factum est, ad Legem Cinciam, quo pecuniis ob causas orandas capiendis positus modus, usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur^{x)}. Eodem anno factum SC T V M MACEDONIANVM^{*)}, quo saevitia creditorum coercita est, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum foenori darent^{*)}. Dicitur Macedonianum, a Macedone improbo foeneratore, qui causam dedit huic SCTo^{*)}, non a filio familias, uti tradit Theophilus^{*)}.

x) *Tac. A. XI, 7.* qui causam mutationis huius addit. Libera republica necesse erat, gratuitam clientibus operam praestare, quia is aditus ad gratiam et honores adeo. Mutata republica, cum princeps honores largiretur, nulla apud populum gratia esset, nullus patrocini fructus: quis alienam causam susciperet sine honorario? Ceterum vide de hoc SCTo *Lips. ad Tac. l. c. Brummer. de Leg. Cinc. c. 4. p. 41. sqq.* et quae dicta sunt in *Traiano p. 92.*

*) cf.

- a) cf. *Petr. Faber Semestr. I, 25. Bern. Henr. Reinold* Diff. ad *SCtum Macedonianum*, Frcf. 1717. 4. et in *Opusc. varior.* ex edit. Io. Frid. Iugleri, Lugd. Bat. 1755. 8. p. 412. sq. *Ferd. Aug. Hommel* Disp. de *matuo filii familias iam ante SCtum Maced. inualido*, Lips. 1726. 4. *Conr. Anton. van Wachendorf.* Diff. de *SCto Macedoniano*, Trai. ad Rh. 1730: 4.
- y) *Tac. A. XI, 13.* Attribuitur idem *Vespasiano* Imperatori a *Sueton. c. 11.* Sed hic tantum renouauit, ac reduxit. cf. *Ernesti ad Sueton. l. 8.* Ceterum verba ipsa supersunt in *L. 1. D. ad SCt. Macedon.* [sed non directe, verum relatiue tantum, ita, vt publici monimenti fidem vix possint tueri.]

12) v. *L. 1. D. ad SCt. Macedon.*

- a) *Theophil. Paraphr. Inst. §. 7.* quod cum eo, qui in alim. potest. Potior enim debet videri auctoritas *SCti ipsius*, veluti publici monimenti, quam *Theophili* longe posterioris scriptoris fides. Quidquid itaque dicat *Heineccius Hist. Iur. I, 219.* aliique, ad defendendam fidem *Theophili*, contortum est, et a ratione latini sermonis alienum. [v. *Menagii Amoenit. iur. cap. XXXIX.* p. 297. ex edit. Io. Guil. Hoffmanni, et *Io. Iac. Scherzii* Diff. de *Macedoniani SCti origina*, Argentor. 1732. 4.]

§. XX.

Anno V. DCCCII, Christi XLIX, Coss. C. Pompeio, Q. Verannio factum *SCTYM*, quo, propter nuptias *Claudii* et *Agrippinae*, iustas inter patruos fratrumque filias nuptias etiam in posterum stabantur^{b)}.

- b) *Tac. A. XII, 6. Suet. Claud. c. 26.* cf. *Cuias. Obs. XIII, 16. Ge. Arnaldus Var. Coni. II, 19. Zach. Huber. Diss. V. in Diss. Iurid. P. II, p. 169. sqq. Reinold. Var. c. 21. sq.*

§. XXI.

Anno V. DCCCV, Christi LII, Fausto Sulla, Saluio Othone Coss. factum *SCtum CLAUDIANVM*^{a)}, de poena feminarum ingenuarum, quae seruis coniunge-

iungerentur, quo statuebatur, ut mulier ingenua serui alieni amore bacchata, si invito et denunciante domino in eo contubernio perseverauerit, ancilla esset^{c)}. Eius S^Cti repertor libertus Claudii, Pallas, fuit^{d)}, S^Cto propterea honoratus^{e)}. Iustinianus S^Ctum abrogauit^{f)}.

^{a)} Est disputatio de hoc S^Cto apud *Io. Dan. van Hoven* in *Otiis litterar. ad Isalam*, Campis 1761, 4. *Fasc. I.* qui Suetonium et Tacitum bene conciliauit. Contendit nimirum, Claudium statuisse, ut talis mulier statim, nulla antecedente denunciatione, ancilla fieret; Vespasianum autem trinam denunciationem sollemnem, coram septem testibus, adiecisse. Haec disputatio non innotuit *Andr. Gul. Cramero* V. C. in *Diss. de S^C. Claudiano*, praef. Adolph. Frid. Trendelenburg, *Kil.* 1782. defensa. Inserta quoque legitur in *Crameri Dispunct. Iuris ciu. Libr. singul.* Suerini et Wismar. 1792. 8. *cap. XIII. p. 101. sqq.*

^{b)} *Paull. Rec. Sent. II, 11, 2. Tac. A. XII, 53.* qui ita exprimit S^Ctum, ut ignaro domino ad id prolapsa in seruitutem sui consensisset, et qui nati essent, pro libertis haberentur. Sed locus iste haud dubie vitiosus. *Lipshus* quidem emendat: ut ignaro domino ad id prolapsa, in seruitute: si consensisset, pro liberta haberetur: ut duplex sit S^Cti caput: idque probarunt doctissimi *Intt. cf. Intt. ad Paulli Rec. Sent. l. c. in Schulting. Iurispr. Anteiust.* p. 305. sqq. Ceterum hoc S^Ctum parum prospexisse honestati mulierum, sed tantum dominis seruorum, censent *Iac. Gothofr. ad Cod. Theod. L. 1. ad S^Ct. Claud. et Ge. Arnald. Var. Coni. I, 20.* Denique id adiiciendum, quod *Suet. Vesp. c. 11.* tribuat Vespasiano, id ita capiendum esse, ut hic S^Ctum renouauerit, ac reduxerit. Nam *Fabr. Semestr. I, 25.* conciliatio locum habere non potest. cf. *Hagenbuch. Epist. Epigraph.* p. 179.

^{d)} *Tac. A. l. c.*

^{e)} *Tac. l. c.* Extat ap. *Plin. ep. VII, 6.* fragmentum eius S^Cti, quod cum ipse tum *Plin. H. N. XXXV. penult.* valde exagitat.

^{f)} *L. vn. C. de S^Ct. Claud. toll. §. 1. I. de success. subl.*

§. XXII.

Anno V. DCCCVI, Christi LIII, D, Iunio, Q. Haterio Coss. SC T O decretum est, *parem vim rerum habendam a procuratoribus Caesaris iudicatarum, ac si ipse statuisset* ^{a)},

- g) *Tac. A. XII, 60. ad q. l. v. Lips. et Ernesti. Suet. Claud. c. 12. [v. Goifr. Mascouii Exerc. de procuratore Caesaris, Altorf, 1724. 4. et in Opus. iurid. et philol. c. animadu. I. L. E. Püttmanni, (Lips. 1776. m. 8.) Vol. I. p. 1.]*

§. XXIII.

Sub Claudio alia quoque SCta CLAVDIANA, sed incertum, quo anno, facta sunt; veluti id, quo obrogatum SCto *Perficiano* ^{b)}, ad Legem *Papiam Poppaeam*, cautumque, *ut maior sexagenario, si minorem quinquagenaria duxisset, perinde haberetur, ac si minor sexagenario duxisset uxorem* ^{c)}; item hoc, quo *negotiatoribus certa lucra proposuit* ^{d)}, *suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset, et naues mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit pro conditione cuiusque: cui vacationem Legis Pappiae Poppaeae, Latino ius Quiritium, feminis ius quatuor liberorum* ^{e)}; cuius SCti etiam hoc caput fuisse videtur, *ut, si quis ex naufragio clauos, vel unum ex his, abstulisset, omnium rerum nomine teneretur* ^{f)}; denique illud ^{g)}, quo *vetuit milites domos Senatorias salutandi causa ingredi.*

h) *Suet. Claud. c. 23.*

i) *Vlpian. fr. XVI, 3. v. Perizon. Diss. de Leg. Vocan. p. 153. sq. [add. Heinecc. Comun. ad Leg. Iul. et Papp. Popp. II, 3. 6. et Arntzenius Miscell. p. 87. sq.]*

*) *Intelligendum de iis tantum, qui annonam Romam essent aduecturi.*

k) *Suet. Claud. c. 18. Vlpian. fr. IV, 1, 6. L. 3. D. de vacat. et excus. mun. L. 5. §. 3. D. de iur. immunit.*

l) L. 3. §. 8. D. de incend. ruin. naufr.

m) Surt. Claud. c. 25. Ceterum non improbabile est, etiam Scto Claudiano cautum fuisse de his, qui pretii participandi causa se venundari passi essent; vti colligitur ex L. ult. D. quib. ad lib. procl. **) v. Arnaldi Diss. de his qui pretii partic. c. 7.

**) Ex huius legis nimirum inscriptione, quae est ex Pauli libr. sing. ad Sct. Claudianum.

§. XXIV.

Eiusdem Imperatoris S C T V M est etiam haud dubie Lex CLAUDIA, quae vocatur ⁿ⁾, quae tutela mulierum legitima sustinebatur ^{o)}. Eiusdem quoque aetatis est S C T V M VELLEIANVM ^{p)}, de intercessionibus mulierum ^{q)}, quod post edictum Claudii factum esse tradit Vlpianus ^{r)}.

n) L. 3. C. de legit. tutel. Vlpian. fragm. XI, 8.

o) v. Heinecc. Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. II, 11, 3. p. 237. et Christian. Guilielm. Küstneri Epitola elegantissima de tutela officia, Lips. 1745.

p) cf. Jacques Le Chassier Diatr. ad SC. Velleianum in Opp. Paris. 1657. 4. Ios. Aueranius Interpret. iur. II, 5. et Ant. Schultingius ad Vlpiani fragm. XXII, 19. in iurisprud. anteiustin. p. 640. vbi probauit, factum esse S C T V M Velleianum anno V. C. ICCCIC, Christi XLVI. Fata Senatusconsulti exposuit Iust. Frid. Lud. Engelbrecht in Diss. quae inscribitur: Historia SC. Velleiani et de eius renunciatione generali, Gotting. 1749. 4.

q) Verba ipsa sunt in L. 2. §. 1. D. ad Sct. Vellei. de quorum scriptura v. I. Gothofred. Animadu. Iur. Ciu. c. 9. Noodtius Obs. I, 18.

r) v. Nordkerk. Disquis. de Lege Petron. p. 94. Maians. Disput. Iur. XXV.

§. XXV.

Est etiam aliud S C T V M CLAUDIANVM, de quaestione seruorum ^{s)}, quod male tribuitur Neroni ^{t)}; etsi de sententia eius non constat.

r) rubric. tit. *Dig. de SCTo Silan. et Claud.*

s) *P. Faber Semestr. I, 25. Cuiac. Obs. I, 18.* Neroni attribuunt propterea, quod hic quoque propter adoptionem Claudius fuerit: Neronis autem tempore de eodem argumento SCTum factum esse e *L. 8. D. de SCT. Silan.* constet id, quod *Neronianum* et *Pisonianum* vocatur. Sed nondum a me impetrare potui, vt his rationibus adfentirer. Nam etti pleno nomine Nero quoque Claudius adpellatus est in solennibus scripturis, tamen vsu vulgari id nomen non habuit: solent autem ex vulgaribus nominibus Imperatorum monumenta vocari. Neque necessitas est statuendi, *Claudianum* et *Neronianum* SCTum idem esse, cum saepissime de eodem argumento a duobus Imperatoribus constitutum sit. Ceterum pleraque SCTa *Claudiana* interpretatus est *P. Faber Semestr. I, 25.*

§. XXVI.

Sequuntur SCTa sub Nerone facta. Primum anno Urbis DCCCVIII, Christi LV, Nerone, L. Antistio Vetere Coss. factum SCTVM est, *ne quis ob causam orandani mercede aut donis emeretur* ¹⁾).

1) *Tac. A. XIII, 5. Sueton. autem Neron. c. 17.* dicit, cautum fuisse, vt *litigatores pro patrociniis certam iustamque mercedem, pro subselliis autem nullam omnino darent, praebente aerario gratuita.* Quae cum valde discrepare videantur, olim in *Traian. p. 92. sq.* existimabam, diuersis temporibus eodem de argumento SCTa sub Nerone facta esse: atque illud quidem, quo penitus prohiberetur honorarium patronorum, initii imperii, quibus Nero minum boni principis egit, quibusue id diserte Tacitus attribuit: alterum autem, quo certa merces statuebatur, posterioribus temporibus. Nam quamquam sciebam, *Taciti* verba posse interpretatione eodem modo capi, quo *Suetonii* locus, cum saepe scriptores vetitum dicant illud, quod certa tantum ratione cohibitum est: tamen inprimis mouebat illud, quod *Tacitus* addit, aduersatam fuisse *Agrippinam, quasi acta Claudii subuerterentur.* *Claudius* autem capi ad certum modum permiserat, *Tac. A. XI, 7.* Ceterum cum hoc in loco memoria lapsum tradant

tradant Suetonium Ner. c. 17. interpretes, [et inter hos Io. Gottl. Heineccius *Hist. iur. p. 313.*] id egregie retulit Ernesti ad Suet. l. c. et *Excursf. XXIV.*

§. XXVII.

Anno V. DCCCIX, Christi LVI, Q. Volusio, P. Scipione Coss. factum SCTUM VOLVSIANVM, de aedificiis negotiationis causa non diruendis^{u)}; item aliud, quo statutum, quantum Aediles curules, quantum plebei; pignoris caperent^{x)}. Huc etiam referatur aliud VOLVSIANVM, de his, qui improbe in litem alienam coiissent^{y)}.

u) L. 52. D. de contrah. emt. Gruteri *Inscr. p. IX, 4.* Reines. VII, II. v. supra ad §. XVIII.

x) Tac. A. XIII, 28. [cf. Christ. Guil. Küstneri *Diss. II. de ritu pignorum capiendorum apud veteres Romanos*, Lips. 1742. et 1743. 4.]

y) L. 6. D. ad L. Iul. de vi priuat. Alii autem hoc ad Volusium Maecianum ICTUM referunt. v. Io. Wunderlich *Diss. de [L.] Volusio Maeciano [ICTU, itemque] SCTO Volusiano* [Hamb. 1749. 4. et Io. Gottfr. Senf *Comm. ad SCLa, Cn. Hosidio Geta, L. Vagellio Coss. Q. Volusio Saturnino, P. Cornelio Scipione Coss. de aedificiis negotiationis causa non diruendis*, Lips. 1756. 4.]

§. XXVIII.

Anno Urbis DCCCX, Christi LVII, Nerone Aug. II, et L. Pisone Coss. factum SCTVM PISONIANVM, quod et NERONIANVM dicitur²⁾, ut, si quis a suis seruis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manumissi sub eodem testamento mansissent, inter seruos supplicia penderent^{a)}; item, ut, occisa uxore, de familia viri, et, viro occiso, de uxoris seruis quaestio haberetur^{b)}; et ut, si poenae obnoxius seruus venisset, quandoque in eum animaduersum esset, venditor pretium praestaret^{c)}.

- z) *Paull. Rec. Sent. III, 5, 5.* Idem etiam *Claudianum* dictum putant, auctore *Cuiacio Obs. I, 18.* quod haud dubie diuersum est. v. *Supra ad §. 24.*
- a) *Tac. A. XIII, 32. L. 3. §. 16. D. de Scto Silan.*
- b) *Paull. Rec. Sent. III, 5, 5.*
- c) *L. 8. pr. D. de Scto Silan.* cf. quae dicta sunt in *Traiano p. 123. sq.*

§. XXIX.

Anno V. DCCCXIII, Christi LX, Nerone IV, Cossio Cornelio Lentulo Coss. factum S C T V M, vt, qui a priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent, eiusdem pecuniae periculum facerent, cuius, qui imperatorem adpelloissent: nam ante vacuum id, solumque poena fuerat ^{d)}.

- d) *Tac. A. XIV, 28. ad q. l. v. Lipsf. cf. Huber. Digress. I, 21.* Paulo aliter narrat *Sueton. Ner. c. 17.* qui tradit, cautum, vt omnes adpellationes a iudicibus ad Senatum ferent. Videtur vtrumque coniungendum esse: ita, vt alter ab altero omissum tradat, pro more historicorum, *Cuiac. Obs. XXI, 33.*

§. XXX.

Anno V. DCCCXIV, Christi LXI, C. Caesonio Paeto, C. Petronio Turpiliano Coss. S C T V M T U R P I L L I A N V M factum est, de tergiuersationibus, ac praeuaricationibus, vt qui talem operam emitasset, vendidissetue, perinde poena teneretur, ac si publico iudicio calumniae condemnatus esset ^{e)}: in quo etiam de abolitionibus ^{*)} cautum est ^{f)}. Eodem anno factum CALVISIANVM S C T V M ^{g)} putatur.

- e) *Tac. A. XIV, 41. L. 2. D. et L. 2. C. ad Sct. Turpill. L. 3. §. ult. D. de praeuaricat. v. Brenemann. Diss. de Leg. Remm. c. 20. in Thes. Otton. T. III. p. 1628. Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. p. 138. meque in Traiano p. 128.*

*) Cautum nempe fuit, vt pro tergiuersantibus et praeuaricatoribus haberentur, qui ab accusatione aliter desistissent, quam secuta abolitione.

f) Ban-

f) Eandem cum hoc Scto puto Legem Petroniam de abolitionibus in L. 16. C. ad L. Iul. de adult. Nam et sententia et nomen conuenit. Lex autem sub Imp. etiam vocatur Sctum, vt supra monui. Eandem sententiam defendit magnus Cuiac. Paratitl. C. vt intra cert. temp. **). Rem ipsam docte persequitur Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. c. 4.

**) Ibi non de Sctis, sed de lege Petronia loquitur Cuiacius.

g) Caluifum enim Consulem suffectum e Grut. Inscr. p. LXIV, 9. ponunt hoc anno: nondum tamen certum est.

§. XXXI.

Anno Urbis DCCCXV, Christi LXII, Annaeo Seneca, Trebellio Maximo Coss. [suffectis] factum Sctvm TREBELLIANVM *), de fideicommissis hereditatibus ^{h)}).

*) v. Dan. van Eversdyck Disp. ad SC. Trebell. Lugd. Bat. 1709. 4. et Io. Aug. Bachii Disp. iur. cin. de his, quae imputantur in quartam fiduciarii, Lips. 1756. 4. et in Opusc., p. 432. §. III.

h) §. 6. l. de fideicom. hered. L. 1. §. 2. D. ad Sct. Trebell. v. Brenemann. de Heuremat. Modest. c. XI.

§. XXXII.

Anno V. DCCCXVI, Christi LXIII, C. Memmio Regulo, L. Virginio Rufo Coss. Scto MEMMIANO, de simulatis adoptionibus, cautum est, ne simulata adoptio in ulla muneris publici parte inuaret, ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset ¹⁾).

1) Tac. A. XV, 19. L. 51. §. 1. D. de legat. II. L. 76. D. de condit. et demonstr. v. Heinecc. Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. II. p. 204.

§. XXXIII.

Facta etiam Scta sub Nerone alia, quorum annus et Consul incertus est: veluti aduersus falsarios, ad Legem Corneliam, ne tabulas, tam testa-

mentorū, quā priuati publicique contractus^{k)}, nisi pertusae, ac ter lino per foramina traiecto, obsignarentur^{l)}: item, ut in testamentis primae duae cerae, testatorum modo nomine incripto, vacuae^{m)} signaturis ostenderenturⁿ⁾: item, ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet^{o)}: et ut rerum actū, ab aerario causae ad forum, ac recuperatores, transferrentur^{p)}: CALVISIANVM porro^{q)}, quo cautum, ut, quae quinquagenaria maiori minori sexagenario nupserit, quique minor sexagenario maiorem quinquagenaria duxerit, iis impar illud matrimonium ad accipiendas hereditates dotesque legatū non proficeret, sed dos, mortua muliere, caduca haberet^{r)}: denique NERONIANVM^{s)}, quo cautum, ut, quod minus patris uerbis legatum, perinde esset, ac si optimo iure legatum esset.

k) *Paull. Sent. V. 25, 6. ad q. l. v. Schulting. Tabulas enim Sueton. adpellat simpliciter.*

l) *Sueton. Ner. c. 17. Paull. Sent. V. 25, 6. qui ait, ob signari debere, ut exteriores scripturae fidem interiori seruent: quod quomodo intelligendum sit, docet Masfeus Hist. Diplom. p. 33. quod intelligi posse negat Schulting. ad l. c. v. Ernesti ad Suet. l. c.*

m) *Heredum sc. nominibus, ut testator addere posset nomina heredum, quos non necesse, neque utile adeo, scire signaturos testes, cum sufficiat scire, esse testatoris tabulas. cf. Claud. Salmafii Tract. de subscribendis et signandis testamentis, Lugd. Bat. 1648. 81*

n) *Suet. l. c.*

o) *Suet. l. c. In quo quidem Suetonium memoria lapsū putant viri docti, propterea, quod ICti in Digestis idem Edicto D. Claudii cautum tradant, v. c. Brummer. de Leg. Cinc. c. V. p. 54. At ego non existimo, Suetonium diligentem historicum errasse. Neque uero inde, quod Claudius Edicto idem sanxerit, consequens est, non idem quoque SCto a Nerone constitutum esse. Quid enim vetat credere, renouatum a Nerone, eum saepe leges atque constitutiones a sequentibus prin-*

principibus sciamus repetitas esse. conf. *Ernesti* ad *Sueton.* l. 6.

- c) *Suet.* l. 6. ibique *Ernesti*.
 p) Ita enim legendum est haud dubie. v. *Perizon.* *Diff. de Leg. Vocon.* p. 153. pro vulg. *Caluitiano* **): quod gens *Caluitia* non fuit Romae. Ceterum quamvis *Caluisium* *Cof.* *suffectum* adeoque *SCtum Caluisianum* referant ad a. V. 815, tamen in *SCtis* incerti anni malui numerare, propterea, quod ista coniectura est, neque testimoniis satis certis nititur.
 **) Neque etiam, quod *Cuiacius* suspicatus est, legendum *Claudianum*: v. *Schulting.* ad *Vlpiani* *Fragm.* XVI, 4. in *Iurisprud. Anteiust.* p. 615. et *Henr. Io. Arntzenius* *Miscellan.* cap. VII. p. 89.
 q) *Vlpian.* *Fr.* XVI, 4. cf. *Perizon.* l. 6. et *Heinecc. Comm.* ad *Leg. Jul. et Pap. Popp.* II, 3. p. 163.
 r) *Vlpian.* *Fr.* XXIV, 11. cf. *Schulting.*

§. XXXIV.

Trium Imperatorum, qui Neronem secuti sunt, tam breue, tamque turbulentum fuit imperium, vt de Legibus ac *SCtis* nihil cogitarint *). Itaque ad *Vespasianorum* tempora nobis veniendum est. *Vespasiani* quidem patris imperio primum *SCtum PEGASIANVM, de fideicommissis hereditatibus*, factum est *Pegaso* et *Pulio* *Cof.* *suffectis* †), cautumque, vt ei, qui rogatus esset, hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex *Lego Falcidia* ex legatis retinere liceret ‡).

- *) *SCtum* sub *Galba* factum, vt *accusatorum causas* noscerentur, narrat *Tac. Hist.* II, 10. *Causas noscere* quid sit, explicat *I. F. Gronou.* de *P. V.* IV, 3.
 †) §. 5. *Inst. de fideicommissis*. diserte tradit, *suffectos* fuisse temporibus *Vespasiani*: sed nondum potuit constitui, quo anno fuerint.
 ‡) §. 5. *Inst. de fideicommissis*. *Vlpian.* *Fragm.* XXV, 14. *Paull. Sent.* IV, 3, 1. vid. *Cont. Lect. Subsec.* II, 4. et *Arnald. Var. Coni.* II, 28. inprimisque de sententia huius *SCti*, et differentia ab *SCto Trebelliano*, *Brenemann.*

mann. de Heuremat. Modestin. c. 11. Bynkershoek. Obs. VI, 21. Oteyza et Olano Paralipom. IV, 3. et 4. T. I. Thesauri Meermann, p. 541. sq.

§. XXXV.

Eiusdem Vespasiani imperio etiam assignantur **SC TVM PLANCIANVM** duplex, alterum *de fideicommissis tacitis* ^{u)}, alterum *de subiiciendo agnoscendoque partu* ^{x)}: item **VITRASIANVM**, *de manumissis, ac pretio manumissis* ^{y)}. Sed aetas horum **SC TORUM** nudis coniecturis nititur.

u) *L. 59. §. 1. D. ad L. Falcid. cf. quae dicta sunt in Traiano. p. 50.*

x) *L. 3. D. de agnosc. liber. Noodt. Iul. Paull. c. 3.*

y) *L. 30. §. 6. D. de fideicomm. libert. Obscura SCri est sententia. [Ceterum P. Faber Semestr. III, 12. p. 164. refert ad D. Marçum. male.]*

§. XXXVI.

Ceterum Vespasianus **SC TVM Macedonianum** de aere alieno filiorumfamilias, et **Claudianum**, de mulierum ingenuarum seruii amore, renouauit ^{a)}.

a) *Suet. Vesp. c. 8.*

§. XXXVII.

Titi imperio, **SC TIS** vetitum est, *de eadem re pluribus legibus agi, quaerius de cuiusquam defuncti statu ultra certos annos* ^{a)}.

a) *Suet. Tit. c. 8. vbi v. Intt.*

§. XXXVIII.

Sub Domitiano, anno V. **DCCCXXXVII**, Christi **LXXXIV**, Domitiano X, et App. Iunio Sabino Coll. factum **SC TVM IUNIANVM** ^{b)}, *de collusionibus detegendis in causa libertatis vel ingenuitatis* ^{c)}.

b) viti-

b) vitiose alias etiam scribitur *Numianum* vel *Nonianum*
v. A. Augustin. de *SCtis*.

c) L. 1, D, de collus. deteg. L. ult. C. rod.

§. XXXIX.

Neruse Imperio lata Lex *AGRARIA* ^{d)}, hoc est *SCTVM* ^{e)}, ut, si servus servaque terminos siecerint locus moverint dolo malo, insciente domino, eis capital esset, nisi dominus dominaque multam sufferre maluerit ^{f)}.

d) L. 3. D, de term. mot.

e) v. Nordkerk: *Disquis. de Leg. Petron.* c. 3. p. 94.
Obrecht, de Leg. Agr. c. V.

f) v. Ahasuer, *Diss. de Legibus D. Neruae* p. 9. sqq. Ceterum nolim cum quoquam contendere, si quis statuere malit, hanc Legem Agrariam *Edictum* fuisse. Negari enim non potest, *Edicta* quoque *Legum* nomine adpellari.

§. XL.

Traiani tempore *SCta* plura facta sunt ^{a)}. Primum Anno V. DCCCLIV, Christi CI, Traiano IV, Sex. Articuleio Paeto Coss. factum est *SCTVM ARTICVLEIANVM, de fideicommissis libertatibus, in provincia* ^{b)}: *RVBRIANVM*, Rubrio Gallo, Q. Coelio Hispone Coss. ^{b)} [suffectis] itidem *de fideicommissis libertatibus, ut si hi, a quibus libertatem praestari oporteret, a Praetore evocati, adesse nolissent dolo malo: si causa cognita Praetor pronunciasset, libertatem his deberi; eodem iure statum servarent, ac si directo essent manumissi* ^{c)}: item *DASVMIANVM, de fideicommissis libertatibus, cuius duo capita invenimus, primum, ut, si ex iusta causa abesset heres, qui fideicommissam libertatem deberet, et hoc pronunciatum fuisset, perinde libertas competeret, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumis-*

sus esset; deinde, ut, si quicumque fideicommissam libertatem ex quacumque causa debere pronunciatum fuerit, et eum eosue abesse contigerit, perinde haberetur, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset^{b)}. Eodem anno videtur factum S C T V M, de donis ac muneribus, ad Legem Cinciam^{c)}: item aliud, quo constitutum est, de his libertis, quos uiuus manumisisset filius, quaestionem haberi^{m)}.

*) cf. Io. Aug. Bachii D. Traianus, siue, de Legibus Traiani Imp. Commentarius, Lips. 1747. 8. p. 89. sqq.

g) L. 51. §. 7. D. de fideicommiss. libert. v. nostrum Comment. de Legibus Traiani p. 99.

h) quos ex coniectura cum uiris doctis in hunc ansum conferimus. v. nos de Leg. Traian. p. 99.

i) L. 28. L. 36. D. de fideicommiss. libert. Explicauit in Traiano p. 101. sqq.

k) L. 51. §. 4. D. de fideicommiss. libert. quomodo autem haec duo capita differant, ostendi in Traiano pag. 112. sqq. et quid in uniuersum Rubrianum et Dasumianum discrepet. p. 116. Quomodo uero ex L. 51. §. 4. 7. 8. D. de fideicommiss. libert. consequatur, ut Articuleianum sit factum post Dasumianum, uti statuit Ritz. ad Theoph. I, 14. p. 145. non uideo.

l) Plin. ep. V, 21. v. quae dicta sunt in Traiano pag. 89. sqq. [add. Frid. Brunneri Comm. ad leg. Cinciam cap. VI. et in Opusc. p. 56. sq.

m) L. 10. §. 1. D. ad S C T. Silan. et Plin. ep. VIII, 14. v. omnino, quae dixi in Traiano p. 123. sqq.

§. XLI.

Anno V. DCCCLXX, Christi CXVII, Quintio Nigro et T. Vipfiano Aproniano Coss. factum pot^{o)} S C T V M APRONIANVM, quo fideicommissas hereditates ciuitatibus restitui iussae sunt^{o)}.

n) v. Traian. nostr. p. 137. sqq. ubi pluribus argumentis elaborauit, ut hoc S C T V M huic anno adfererem. Contradixit, Hadrianoque vindicauit Ritter. ad Heinecc. Hist.

Hist. iur. I, 283. propterea, quod Hadrianus peragratibus provinciis, multa beneficia ciuitatibus tribuerit. Quod ut lubentissime concedo, ita idem etiam de Traiano adfirmari posse puto, ostendique in *Traiano*. Restat alia ratio, qua aduersus meam sententiam vsus est *Ahasuerus de Legibus Neruae* p. 17. Nempe Senatium sub Hadriano constituisse, ut ciuitatibus imperii Rom. legari posset, tradit *Vlpian. Fragm. XXIV, 28.* Ergo *Apronianum* Sctum Hadriani temporibus tribuit. Sed hac ratione non moueor. Aliud enim est legare, aliud fideicommittere. Scto *Aproniano* fideicommissum ciuitatibus relinqui permissum; alio sub Hadriano legari concessum est. Nondum enim ostensum est, vtrumque eodem Scto factum fuisse *). Ceterum de hoc iure v. quae dixi in *Traiano* l. c. et cf. *Fr. Ramos del Manzano* in *Diss. ad Titum Caium de usufructu municipibus relicto* in *T. V. Thes. Meermann.* p. 541. sqq.

*) Nouissime tamen, sententiam Ant. Augustini et Ant. Schultingii, qui Sctum *Apronianum* imperio Hadriani adserunt, et anno V. C. DCCCCLXXVI, Christi CXXIII, Q. Arrio Paetino, C. Ventidio *Aproniano* Coss. vindicant, firmis aduersus *Bachium* argumentis defendit *Christ. Rau, V. S. R. Historia iur. ciu. rom. de personis incertis ex testamento heredibus*, Lips. 1784. 4. §. VI. p. 27. sqq.

o) L. 26. D. ad Sct. *Trebell. Vlpian. fr. XXII, 5.*

§. XLII.

Traiani imperio factum etiam S C T V M est, quo actio subsidiaria aduersus magistratus municipales, tutorum nominatores, introducta est p).

p) L. 3. C. de magistr. conuen. vide, quae dixi in *Traiano* p. 158. sqq. de actione subsidiaria autem cf. *Reizii Excurs. XIII. ad Theoph.* p. 1199. [et inprimis *Ge. Christ. Gebauer Disp. de actione tutelae aduersus magistratus*, Lips. 1726. 4. et in *Exercit. acad. Vol. I. num. VIII.* p. 209. sq.]

§. XLIII.

Eidem Traiani imperio etiam tribuitur Lex VETIBVLICI *), siue, vti ego existimo, Lex *Vedii Libici* 4), de *seruis reipublicae manumissis* 5) **).

*) Elegans est mihiq; probabilis coniectura Iani Rulgerii in *Variis Lectionibus*. (Lugd. Bat. 1618. m. 4.) *lib. II. cap. V. p. 89. sqq.* Is tentat VETTI, PVBLICI. h. e. VETTYAM. PVBLICIAM. Fuit autem C. Publicius Cettus cum Vettio Proculo Cos. a. V. IDCCCL, cuius in locum, cum Publicius, antequam iniret magistratum, damnatus esset, Pompeius Collega successus est. ab his eam legem putat, et latam, et denominatam esse.

q) v. *Traian. p. 154.* Fuit haud dubie SCTum, dictumque pro more eorum temporum *Lex*. Lex autem *Vedii Libici* adpellata est, vti *Lex C. Gracchi*, *Cic. Cluent. c. 56.* *L. Gellii et Cn. Cornelii Cic. pro Balb. c. 8. et 14.* vt adeo non possit haec nostra sententia reprehendi ideo, quod nulla Lex, nullumque SCTum duplici nomine adpellantur. Non enim in hac ratione ponitur nomen Legis ipsius, sed hominis, a quo Lex lata vel SCTum factum est. Ceterum reliquas sententias de nomine Legis *Vedibulici*, qui vult, petere potest ex *Ottonis praef. ad Thef. Iur. Civ. T. I. p. 9.*

r) *L. 3. C. de seru. reip. manumitt. Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. p. 98.* ad liberae reip. tempora hanc Legem referebat; quam rationem refutavi in *Trai. p. 155.*

***) Cautum nimirum, vt ii, qui illis municipiis seruisissent, quae ciuitate romana donata erant, ab iisque manumissi essent, ipsi quoque ius ciuitatis haberent.

§. XLIV.

Restant denique ea SCTa, quae videntur temporibus horum XIII. Caesarum facta esse, quamuis certo affirmari non possit, sub cuius imperio, quoue anno. In eo genere est SCTVM, de *captatoriis institutionibus* 6), quas improbauit Senatus 7).

6) *L.*

- 1) L. 70. 71. D. de hered. instit. v. Bynkershoek. Exerc. de captat. inst. in Opusc. T II. p. 230. sqq. Waeshtler. Opusc. p. 146. Heinecc. Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. III, 4. Markart. Exerc. de his, qui sibi adscrib. in test. p. 147. Maiansii Disput. Iur. XXXV.
- 2) His enim temporibus factum esse, probabile est, propterea, quod hereditatarum natio frequentissima esset iisdem temporibus.

§. XLV.

Ex eodem genere est *SC TVM*, quo ob *carmen famosum condemnatus intestabilis esse iussus est* ^{u)}: Item *SC TVM*, ad Legem Iuliam maiestatis ^{x)}, quo liber a crimine maiestatis esse iussus est, qui statuas Imperatoris reprobata conflasset.

u) L. 18. §. 1. D. qui test. fac. poss. quod adeo non improbabili coniectura ad Augustum referas, quem adversus scriptores libellorum famosorum aliquid constituisse, tradat Sueton. Aug. c. 55.

x) L. 4. §. 1. D. ad L. Iul. mai.

S E C T. IV.

De Constitutionibus Principum.

§. I.

Iam ad illam partem Iuris civilis novam pervenimus, quae ab Augusti deinceps tempore nata, sensim paulatimque magis frequentata est, tandem autem sola Legum vim, nomenque fere occupavit, id est, ad *Constitutiones Principum* ^{*)}. Ac sane hae maiorem auctoritatem nactae sunt, quo maiorem Principes ipsi potestatem sibi adrogarunt: ut, quo crebriores atque frequentiores fieri videas Constitutiones, eo etiam securius, atque infinitius reguari intelligas.

*) cf.

*) cf. *Iac. Gutherius de officiis domus augustae*, (Parisi. 1628. 4.) lib. I. cap. 31 — 39. *Io. Strauchii Diss. de constitutionibus principum, rescriptis et decretis*, Ien. 1654. 4. *Ge. Christoph. Stirnii Nomothesia*, seu *Tract. de constitutt. principum*, Argent. 1664. 4. *Marqu. Freher Orat. de constitutionum imperialium inter caeteras iur. ciu. partes excellentia*, Francf. cis Viadr. 1672. 4. et adiect. *Eius Decif. Areopag.*

§. II.

Sumserunt autem Imperatores sibi istam iuris constituendi potestatem, e Lege Regia, qua sancitum erat, vt, quaecumque Imperator ex vsu reipublicae maiestate diuinatum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum esse ceuseret, ei agere facere ius esset: quum inprimis magistratum fere omnium accepissent potestatem; eoque adeo iure edicere possent.

§. III.

Constitutiones autem non sunt vnus generis*). Sunt enim *Rescripta*, quorum alia ad priuatorum libellos, alia ad relationes consultationesque magistratum, aliae ad vniuersitatum desideria fiebant: illa *Subnotationes*, siue *Adnotationes* a), ista *Epistolae* b), haec *Sanctiones Pragmaticae* c) siue *Falsa* **) vocabantur: vel *Decreta*, vel *Edicta* denique, et *Mandata* d) ***).

*) cf. *Ulr. Huber Diss. de constitutt. Princip.* Francqu. 1683. 4. *Iust. Henn. Boehmer Diss. de iur. epistolarum*, Hal. 1699. 4. *Idem de sanct. pragmat. indole et auctoritate*, ibid. 1737. et in *Eius Exercitt. ad Pand.* Tom. I. num. 12. *Io. Casp. Heimburg Pr. II. de Interlocutionibus Princ.* Ien. 1738. 4. *Ioach. van Dale Diss. de Subscriptionibus Princip.* Giesl. 1676. rec. Ien. 1750. 4. et *Io. Chr. Koch. Progr. de constitt. princ.* Ien. 1754. 4.

a) v. I. *Gothofred. Paratitl. Cod. Theod. de diuers. Rescr.*

b) v.

b) v. *Iac. Guther. de Off. dom. Aug. III, 4.* Non sunt tamen hae Epistolae confundendae cum *Epistolis ad Senatum* missis, de quibus supra hoc libro *Sect. III. §. 1.*

c) v. *Guther. de Off. dom. Aug. I, 32.*

***) de eo cognomine disceptatur, vid. *Iust. Henn. Bochner Diss. laud. de Sand. pragm. indole.*

d) v. *L. Gothofred. L. vn. C. Theod. de mandat. princ.*

***)) Addenda his speciebus constitutionum adhuc *Priuegia et Beneficia legis*, quae recte distinguunt accuratiores Icti, v. *Cuidac. Obj. XV, 8.*

§. IV.

Iam primum *Rescriptorum* genus quam originem habuerit, videbimus *). Scilicet Imperatores Lege Regia, ac per Tribuniciam potestatem, acceperunt ius prouocationis, ut in omnibus rebus appellari possent: hocque nomine iurisdictionem quandam sibi sumserunt °). Inde factum est, ut in causis priuatis per libellos adirentur, controuersiasque Rescriptis deciderent. In causis autem sacris idem fecerunt pro iure Pontificatus Maximi. Neque aliam causam habuerunt *Epistolae* †); quas quidem ad *relationes*, vel iure Proconsulatus prouincialibus magistratibus, inprimis Legatis suis, vel iure Tribuniciae potestatis, urbanis, vel denique potestate Maximi Pontificatus, rescribebant. *Sanctiones* autem *Pragmaticas*, facile intelligitur, quoniam ad vniuersitatum, imprimis ciuitatum, atque prouinciarum postulata, de rebus communibus siue publicis, dabantur, factas esse iure Proconsulatus. Atque haec Rescripta omnia, quod facile videas, non fecerunt ius vniuersale, sed tantum in iis causis, in quibus; vel inter eos, ad quos data essent: neque adeo legum vim habuerunt ‡). Quid? quod saepe, non de dubio et incerto, sed de certo iure, facta sunt. Quod autem

autem Iureconfulti in Digestis ius inde repetunt, id fit eo, quod, diuturno tempore, rerum iudicarum exemplo, eodem modo in paribus cauffis, ab Imperatoribus rescriptum, a Ictis secundum ea responsum, a iudicibus secundum ea iudicatum esset; eaque adeo quasi in mores consuetudinemque abiissent^{h)}.

*) cf. *Dau. Cappelen Hunthum Diss. de rescriptis principum romanorum*, Lugd. Bat. 1709. 4. et in *Odrinus Thes. Diss. iurid. selectiss. Vol. II. T. III. p. 297.* nec non *Ant. Schulting. Diss. Pro Rescriptis Imperatorum Rom. in Diss. Triade*, Lugd. Bat. 1714. 4. p. 151. sq. et in *Commentatt. acad. Hal. 1770. 8. Tom. I.*

e) v. supra hoc libro *Señ. I. §. 9.*

f) *Epistolarum* huiusmodi exempla sunt in *Plinii epistolarum libro X.* et in *Symmachi* item X. vna cum relationibus, ad quas datae sunt (**). In ipsis Digestis atque Codice utroque ingenus numerus est harum epistolarum: sine relationibus tamen: quae res facit, ut saepe obscurae sint.

**) *Symmachi* liber X. *Epistolarum* maxima quidem ex parte relationes ad Imperatores complectitur: sed nullas Imperatorum epistolas, uti *Traiani* apud *Plinium*, nisi demum in fine editionis *Scioppii* et *Parci* perpaucas in causa seditionis. Errat igitur *Bachius*, quando *Plinii epistolarum* librum X. cum eodem *Symmachi*, quod attinet ad epistolas Imperatorum, comparat, nec *Symmachum* videtur accurate inspexisse.

g) Itaque, in Codice interpretando, imprimis videndum est, sitne caput Rescripti, quod propositum est: ne pro lege vniuersali habeas. Neque enim eo, quod *Iustinianus* in Codicem intulit Rescripta, et pro suis haberi iussit, naturam Rescriptorum mutauit (**). v. *Noodt. in Dioclet. et Maximiano.*

**) Mutauit vero haecenus, ut in omni casu simili ita iudicetur, cum antea in specie proposita tantum ius faceret.

h) v. *Schulting. Diss. pro Rescriptis Imperatorum Rom. Brenemann. de Heuremat. Modestini. c. VII. p. 130. sqq. Nordkerk, Obs. c. V. p. 99. sqq.* et quae diximus in *Traiano* p. 186.

§. V.

Decreta sunt sententiae Imperatorum, quas, causa cognita, pronunciare, ad controuersias finiendas, solebant *). Id maxime factum est in causis ad eos per adpellationem delatis, vel in extraordinariis cognitionibus. Quare neque haec Legum numero esse possunt. *Mandata* vero **), quoniam vni dabantur homini, potestatemque vel officium magistratus instruebant, neque ipsa Legum loco fuerunt.

*) v. *Edm. Merillus Obs. II, 26.*

***) v. *Car. Eman. Vizzanii, Bononiensis, Comm. de mandatis principum, seu, de officio eorum, qui in praevincias cum imperio mittuntur, Amstel. 1657. 4.*

§. VI.

Edicta Imperatorum, a parvis initiis orta, sensim paullatimque ad summam vim excreuerunt *). Et in vrbe quidem priuis temporibus edicta ab Imperatoribus sine Scto proposita, non magis, quam ceterae constitutiones, perpetua atque vniuersalia fuisse videntur. Nam aut de vna causa proponebantur saepenumero, vt illud *Augusti* apud Plinium ¹⁾ ad *Anniam pertinens*, aut de re temporaria: aut denique, si de vniuerso genere statuerentur, non habuerunt tamen perpetui iuris auctoritatem: veluti Edictum *Augusti*, et *Claudii* de *intercessionibus mulierum* ²⁾, nisi forte, vt in Praetorum Edictis factum vidimus, versa essent in adsiduam iurisdictionem. Itaque si quod Edictum Imperatoris vim perpetui iuris habere deberet, reperimus, Sctum deinde in eam rem factum esse, vt Sctum *Velleianum* post Edictum illud *Claudii* de *fideiussionibus mulierum* ³⁾. Neque videntur Imperatores, adulto nondum imperio, nondum satis adsueta seruituti ciuitate, ausi esse, in iuris ciuiliis causis vniuersale per

se aliquid constituere, nisi ubi res ipsa ad propriam Imperatorum potestatem pertineret: veluti in uectigalibus, ad fiscum suum pertinentibus, in re militari, similibusque. Coeperunt tamen sensim paulatimque insurgere, et noua iura Edictis suis constituere, cum satis prospectum suae potentiae uidissent. Indeque adeo Edicta Principum censerentur Legum numero. In prouinciis autem, praecipue Caesaris, iam primi imperatores, iure Proconsulatus, liberiori edicendi potestate usi videntur esse, cum et ipsi prouinciales magistratus olim maiorem urbanis potestatem habuissent.

*) v. *Iac. Guther. de Off. dom. Aug. I, 32.*

i) *Plin. ep. X, 71.*

k) *L. 2. §. 1. D. de Sct. Vellei.*

l) *ibid.*

§. VII.

Quare, cum ex omni genere Constitutionum Principalium, sola Edicta vim Legum perpetuarum habuerint: missis ceteris, cum imprimis infinitum foret, omnia Rescripta e Digestis et Codice enarrare, de hoc solo genere Principalium Constitutionum dicemus.

§. VIII.

AVGVSTI quidem Edicta praecipua haec sunt^o): EDICTVM, de quaestionibus, propositum Vibio Auito et L. Aproniano successis *Coll. m*), a. V. C. DCCLXI, Christi VIII: EDICTVM, quo cautum fuit, ne pater filium militem exheredaret^o), quod postea sublatum dicit Paullus: EDICTVM, ne feminae pro uiris suis intercederent^o): item, quo diuiturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud, quam voluptas, inimicis quaereretur, nomina aboleuit: condi-

conditione proposita, ut, si quem quis repetere vellet, par periculum poenae subiret ^{v)}): EDICTVM, ne quis ad vias publicas nouum aedificium LXX. ped. altius aedificaret ^{**)}). Atque huc etiam pertinere puto rei militaris disciplinam Augusti, e qua verba laudantur in Digestis ^{q)}, item Legem et Constitutionem Augusti de limitibus ^{r)}).

^{v)} v. Gottfr. de Peschwitz nomothesia Augusti Ien. 1698. 12. et Henr. Frid. Inn. Apel Diss. super legislatione Imp. Rom. Augusti, Lips. 1765. 4.

^{m)} L. 8. D. de quaest. De Consulibus hisce v. P. Fabr. Semestr. III, 12. p. 164. et Brenemann. Epist. de Consulibus in Append. Fast. Almelouen. p. 612.

ⁿ⁾ L. 26. D. de lib. et post. Paull. Rec. Sent. III, 4. 10.

^{o)} L. 2. pr. D. ad SCt. Vellei.

^{p)} Surt. Aug. c. 32. [cf. Langlaeus Lib. XI. Otii Semestr. cap. I.]

^{**)} Strabo L. V. p. 359.

^{q)} L. 12. §. 1. D. de re nul. de qua haud dubie Surt. Aug. c. 49. atque inde videntur esse constitutiones, quarum mentionem fecit Veget. de re nul. I, 27. vbi v. Stewech.

^{r)} Hygin. de limit. p. 181. e qua haec laudantur, mensuram territorii fieri debere, qua falx et arater ierit: si quis tamen velit Legem vel SCtum dicere, non repugnabo, cum inprimis Frontin. de limitib. p. 41. tradat, cum oratione habita de statu municipiorum tradauisse.

§. IX.

TIBERII fuisse aliquod EDICTVM, ad Leges cibarias, vel sumtuarias, videtur ^{s)}): item, ut matronas prostratas pudicitias propinqui more maiorum coercerent ^{t)}). In Digestis nullum eius Edictum extat ^{u)}).

^{s)} Suet. Tib. c. 34.

^{t)} Suet. Tib. c. 35. quod vtrum ad SCta referendum, v. supra §. V. p. 359.

^{u)} Nam quae Constitutio laudatur, de Parthenio, seruo Tiberii, in L. 41. D. de hered. inst. numero Decreti

est habenda. De *Parthenio Tiberii Caesaris seruo* est disputatiuncula Gundlingii, in *Gundlingian*. P. XXX. a. 1723. Art. 3. p. 445. quam latine conuersam ex parte exhibuit Reiz. in *Excurs. ad Theoph.* p. 1202.

§. X.

CAII nulla extant Edicta: acta enim eius omnia rescissa sunt. CLAVDII autem haec potissima sunt: EDICTVM, quo iussit, *seruos negros et adfectos, a dominis in insulam Aesculapii taedio medendi expositos,*) liberos esse, nec redire in ditionem domini, si conualuissent: quod si quis necare quem mallet, quam exponere, caedis crimine teneri x)*: EDICTVM, de auctoritate curatoris in adrogatione y): item, quo constitutum, *ut bonis paternis a fisco propter debitum occupatis peculium filii separaretur z)*: aliud, *ne feminae pro viris suis intercederent a)*: EDICTVM, *de his, qui sibi legatum adscripserunt b)*: EDICTVM denique, *de militibus **)*; quibus, quamquam vxores habere non licebat, iura liberorum dedit c) ***).

*) De more, quo antiquitus aegri in compitis ac viis publicis exponebantur, cf. *Dan. Vink in Amoenitat. philolog. med. Trai. ad Rhen.* 1730. 8. cap. IV. pag. 57. sqq.

x) *Suet. Claud. c. 25. L. 2. D. qui su. manum. ad libert. L. vn. §. 3. C. de Lat. lib. toll.* Ceterum de hoc Edicto cf. *Iac. Gothofred. Comm. Cod. Theod. T. I. p. 489. ed. Ritteri, et Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron. [cap. III. §. 13.] p. 108. sqq.*

y) *L. 8. D. de adopt. cf. Wieling. Lect. Iur. Civ. II. 8. p. 114.*

z) *L. 3. §. 4. D. de min.*

a) *L. 2. pr. D. ad SCl. Vellei.*

b) *L. 15. §. 4. D. ad L. Corn. de fals. v. [Io. Iac. Me-scovii Diss. de his, qui sibi adscribunt in testamento ad explicationem SC. Liboniani et Edicti D. Claudii, Lips. 1749. 4. Io. Guil.] Markart. Diss. de his, qui sibi adscrib. in testam. [Idem Probab. Recept. Lect. Iur. Civ. Part. I. p. 151. sqq.]*

**) v

*) v. *Abr. Wieling*, *Diss. de connubiis militum rom.* Trai. ad Rh. 1745. 4. et in *Oelrichs Thes. Diss. iurid. Vol. II. Tom. I.* p. 293. sq. et *Io. Christ. Franckii ad iurisprudentiam Tib. Claudii Imp.* Comment. Witteb. 1770. 4.

c) *Dio Cass. Lib. LX.* p. 681. v. *Fr. Ramos del Manzano Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. IV,* 35. [in *Meermannii Thes. Iur. Civ. et Canon. T. V.* p. 907.]

**) EDICTVM de re nautica, cuius occasio fuit annona Romae arctior. *Suton. Claud. cap. 19.* et *Vlytan. fragm. III,* 6. ibique *Schultingius in iurispr. antiq.* p. 576.

§. XI.

NERONIS Edictum primum est, ne quis magistratus aut procurator, qui provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum, ederet ^{d)}, Nerone II, et L. Calpurnio Pisone Coss. A. V. DCCCX, Christi LVII. EDICTVM, ut leges cuiusque publici, occultae ad id tempus, proscriberentur: omittas petitiones non ultra onnum resumerent: Romae Praetor; per provincias, qui pro Praetore aut Consule essent, iura aduersus publicanos extra ordinem redderent: militibus immunitas seruaretur, nisi in iis, quae vaeno exercebant ^{e)}, Nerone III, et M. Valerio Messala Coss. anno V. DCCCXI, Christi LVIII: item, ne censibus negotiatorum naues adscriberentur, tributumque pro illis penderent, eodem anno ^{f)}: EDICTVM, de modo asidificiorum ^{g)}, C. Lecanio Basso, L. Iulio Vestino Coss. *) a. V. DCCCXVII, Christi LXIV: EDICTVM denique ad Leges cibarias ^{h)}.

d) *Tac. A. XIII,* 31. quod magistratus his ludioris provinciales adflegebant, et aduersus crimina gratiam captabant.

e) *Tac. A. XIII,* 51. ad q. l. v. I. F. Gronou.

f) *Tac. A. l. c. v. Fabr. Semestr. I,* 25:

g) *Tac. A. XV,* 43.

*) Aliud plane est nomen Consulis posterioris. In Fastis enim legitur M. Licinius Crassus Frugi, quem omisit Pagius *Critic. Baron.* pag. 48.

b) *Suet. Ner. c. 16.*

§. XII.

Cum nulla GALBAE, OTHONIS, ac VITELLII, Edicta memorabilia extent*), ad VESPA-
SIANORVM Edicta veniamus**). Patris quidem
EDICTVM est, ne plures, quam tres, legati a ci-
uitatibus mitterentur¹⁾. TITI Edictum fuit, de
delatoribus²⁾; item, de militum testamentis³⁾. DO-
MITIANI denique haec sunt. Primum, de *tastran-*
dis maribus^{m)}: deinde, de *probrosis feminis*ⁿ⁾; quo
iis lecticae vsum, et ius capiendi legata hereditasue
ademit: porro, quo *fiscales calumnias, calumniantium*
poenis, reprimerentur, ut rei, qui ante quinquennium
proximum apud aerarium pependissent, uniuersi discrim-
ine liberarentur, nec repeterentur, nisi intra annum,
vaeque conditione, ut accusatori, qui causam non tene-
ret, exilii poena esset^{o)}: item, de *abolitionibus ex*
SCto Turpilliano factis^{p)}: denique EDICTVM,
quo *subsecina veteribus possessoribus, ut usucapta con-*
cessit^{q)}.

*) Vitellius edicto iura libertorum reuersis ab exilio con-
cessit. *Tac. Hist. II, 92.* cf. *Lips. et Cuias. Obseru.*
L. VI. c. 23. T. III. p. 167.

**) cf. *Io. Henr. Iungii Diss. de Vespasiano Imp. eiusque*
iurisprudencia, Lugd. Bat. 1762. 4. et Andr. Guil. Cra-
meri, V. C. D. Vespasianus, seu, de vita et legisla-
tione T. Flauii Vespasiani Imp. Commentarius, Ien.
1785. 8. Caeterum de Sulpicia, poetria, eiusque sa-
tyra s. ecloga de edicto Domitiani, quo philosophos
vrbe exegit, vid. Io. Alb. Fabricius Biblioth. latin. quae
cura Io. Aug. Ernesti Lips. 1774. m. 8. prodiit, Tom.
III. p. 245.

i) *L. 4. §. 6. D. de Legation.*

k) *Suet.*

k) *Suct. Tit. c. 8. Plin. Pan. c. 34. v. dicta in Traiano p. 81. sq.*

l) *L. 1. pr. D. de test. mil.*

m) *Suct. ei. vit. c. 7. [add. Ammianus Lib. XVIII. c. 4. et Philostratus Lib. VI. Vit. Apollon. c. 17. cf. Nordkerk Disquis. de Lege Petron. c. III. §. 14. p. 113.]*

n) *ibid. c. 8.*

o) *ibid. c. 9.*

p) *L. 2. §. 1. D. de custod. et exhibit. reor.*

q) *Sueton. ei. vit. c. 9. Sicul. Flacc. de condit. agror. p. 24. ed. Goes. et Aggen. Urb. in Frontin. p. 59. Ac sic deinde etiam in Epistola de subseciuis inter Firmanos et Falerienses rescripsit, quae est apud Gruter. Inscr. p. MLXXXI, 2.*

§. XIII.

NERVAE Edicta potissima haec sunt *). EDICTVM, quo constitutum est, vt ciuitatibus legari possit¹⁾: item, quo constituit, ne quis caducam ducere vellet, nisi qui suo, aut priorum Principum beneficio haberet²⁾: EDICTVM porro, de maribus non castrandis³⁾: de non ducenda nocte⁴⁾: EDICTVM, quo vetuit, post quinquennium mortis cuiusque de statu quaeri⁵⁾: et aliud, quo seruos crimen in dominos deferre vetuit⁶⁾: et, quo militum testamenta quoquo modo facta valere iussit⁷⁾: et, quo filii familias de pecunia in castris quaesita testari permisit⁸⁾.

*) cf. *Io. Abr. Ahasuerus Diss. II. de M. Cocceio Nerua, Rom. Imperatore, Breni. 1748. 4. Gotting. 1752. 4.*

1) *Vlpian. fr. XXIV, 28. v. quae dixi in Traiano p. 142. sqq. et Ahasueri Diss. de Leg. Neruae p. 16.*

2) *Frontin. de aquaeduct. p. 253. v. Car. Godofr. Winkleri egregia Diss. de iur. impetratae aquae, [Lips. 1749. 4. §. 12. et in Opusc. minor. (Dresd. et Lips. 1796. 8.) Vol. II. Part. I. num. I.]*

3) *Dio Cass. Lib. LXVIII. p. 770. ibique Reimarus. cf. imprimis Ahasuerus, laud. Diss. p. 46. sqq. ac de consuetudine eunuchos faciendi, Eu. Otta Diss. ad L. 27. et 28. B. ad L. Aquil. §. 23. sqq.*

- u) *Dio Cass. l. c. ἀδελφίδην γαμειν* prohibuisse tradit; id intelligunt de sororis filia. v. *Cuiac. Obs. XIII, 16*, et *Naodt Obs. II, 5*, in *Opp. Tom. I. p. 323* sqq. de fratris sororisque filia *I. Gothofred. ad Cod. Theod. T. I. p. 336*. Sed de fratris filia, cum *Pithoro ad Coll. Leg. Mos. et Rom. VI, 2*, aliisque, *Ahasuerus Diss. laud. l. c. quod magis probo*.
- x) *L. 4, pr. D. ne de stat. defunct.*
- y) *Dio Cass. Lib. LXVIII, p. 769*, cf. *Ahasuerus Diss. p. 64*, et quae dixi olim in *Traiano p. 73*. sqq.
- z) *L. 1. pr. D. de test. mil. Ahasuer. Diss. laud. p. 68*.
- a) *pr. Inst. quib. non est permitt. test. fac. cf. Ahasuer. Diss. p. 66*. sqq. Ceterum etiam vehiculationem Italiae remisit *Nerua*, quem propterea non culpauit in *Traiano p. 22*. vti putat *Ahasuerus Diss. laud. p. 28*.

§. XIV.

Iam **TRAIANI Edicta** *) supersunt: in quibus eminent **EDICTA, de falsis et adulterinis statenis** b): de **beneficio eorum, qui se ipsi deferrent** c): de **delatoribus** d): denique, quo vetuit **acdiuum altitudinem LX, pedes superare** e).

- *) cf. *Canr. Rittershufi Optimus Princeps Traianus, Ambergae 1608, 8. Eiusdem Comm. in Epistolae Plinii et Traiani, ibid. 1609, 8*, et *Io. Aug. Bachii Diuus Traianus, seu, de Legibus Traiani Imp. Commentarius, Lipsi, 1747, 8*.
- b) *L. 6. §. 1. D. de extraord. crimin. vid. dicta in Traiano p. 10*.
- c) *L. 13, D. de iur. fisc. quod vberius exposui in Traiano p. 41*. sqq.
- d) *Plin. Paneg. c. 34. explicauit in Traiano p. 77*. sqq.
- e) *Aurel. Victor. vit. Traian. c. 13. v. de huiusmodi Legibus Rom. Briffon. Sel. ex iur. an. Antiquit. Iur. l. 5. et Maiansf. Disp. Iur. XXIV*.

SECT. V.

De Iure Honorario

sive

De Edictis Magistratum.

§. I.

Cum Augustus, constituto nouo reipublicae statu, in magistratum Edictis, ac iure adeo honorario, nihil innouarit: facile est ad intelligendum, magistratus, qui iurisdictioni alicui praeerant, etiamnum Edicta ordinaria eodem modo proposuisse, cum in vrbe, tum in prouinciis, ut ante, ac sensim paulatimque vetustate noua inde extitisse iura: ceteramque iuris honorarii rationem mansisse. Neque desierunt Edicta ordinaria et annua, nisi Edicto Perpetuo, iussu Hadriani, condito. Id mihi hoc loco tantum monendum videtur, Augustum, huiusque exemplo ceteros Caesares, *Mandata* dare consueuisse magistratum in iuris, aut in prouinciam profecturis, quibus potestatem eorum officiumque, cum in cetera administratione, tum iure dicundo, instruerent^a), atque adeo etiam, quid magistratus edicere deberent iuris dicendi gratia, monebant. Atque in eo mihi videtur prudentia sive calliditas Imperatorum non parum eluxisse, qui, quas res ipsi nolent palam constituere, eas magistratus iuberent Edictis proponere, atque secundum ea jus dicere: ut adeo facilius populus iuris civilis mutationem pateretur sequo animo. Augustus quidem mihi videtur hoc modo fideicommissorum et codicillorum auctoritatem constituisse. Neque tamen ipsis magistratibus adempta erat potestas, per se talia proponendi, quae ipsis viderentur salubris, aequitatisque consentanea fore,

- a) de *Mandatis Principum* v, *Cuiac. ad Nou. VIII. lac. Gothofr. ad Cod. Theod. de mandat. princ. et Guther. de Off. Dom. Aug. I, 39.* [add. *Car. Eman. Vizzanii, Bononiensis, Comm. de mandatis principum, seu, de officio eorum, qui in prouincias cum imperio mittuntur, Amst. 1657. 4.*]

§. II.

Sed operae pretium est, de codicillorum ac fideicommissorum origine hic quaedam tradere. *Fideicommissa* inuenta primum sunt in fraudem Legum Voconiae, atque Corneliae^{b)}, liberaeque reipublicae temporibus nullam vim auctoritatemque parisi habuerunt: sed solo pudore et honestate eorum nitebantur, qui rogati erant^{c)}. Postea Augustus primum, auctore Iustiano, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiam, iussit Consules auctoritatem suam interponere, et extra ordinem de fideicommissis cognoscere^{d)}. Quod quia popolare erat, deinde paulatim conuersum est in adsiduam iurisdictionem; tantusque eorum favor factus est, ut etiam Praetor crearetur, qui de fideicommissis ius diceret^{e)}. E quo intelligimus, Augustum mandatis hoc iniunxisse Consulibus, ut fideicommissorum cognitionem susciperent, Edictisque suis constituerent. Id postea, adsidua iurisdictione, usu diuturno, pro iure certo conualuit. Inprimis autem in *L. Lentuli causa*^{f)} Augustus id dicitur fecisse. Nam is, cum decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto, herede ex parte instituto, per fideicommissum petiit, ut faceret aliquid.

*) Pluribus id exposuit *Claud. Chifletius Libr. I. de fideicommissorum iure*, [in *Eu. Ottonis Thes. Iur. Rom. Tom. I. p. 769.*]

b) v.

b) v. dicta in *Traiano* p. 49. sq.

c) §. 1. *Inst. de fideicom.*

d) *Ulpian. fr. XXV, 12.*

e) ita tamen, vt ea cognitio non plane adimeretur Consulibus. Nam hos de maioribus, Praetores fideicommissarios de minoribus summis, cognouisse, docet *Cuiac. Obs. XXI, 34. cf. Schulting. Iurisprud. Anteiust.* p. 650.

f) *L. Lentulum* hunc fuisse eum, qui a. V. 751. Consul fuerit, mortuum a. 759. putat *Oteyza et Olano in Paralipom. et Ekst. Iur. III, 3. T. I. Thesaur. Meermann. p. 482. sqq.* Quae si vera essent, haberemus tempus, quo fideicommissa vinculum iuris habere coeperunt.

§. III.

Codicillos vero, quos eandem fere originem, cum fideicommissis, habuisse tradit Iustinianus, parum abest, quin existimem, iussos esse, mandato Augusti, obseruari a magistratibus, primamque adeo auctoritatem suam debere edictis. Nam etsi Iustinianus scribit, Labeonis demum auctoritate, codicillos scribentis, nemini amplius dubium fuisse, quin Codicilli iure optimo admitterentur⁸⁾: tamen, cum idem Imperator, eodem loco, tradat, Augustum convocasse sapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cuius tunc maxima auctoritas esset, et quaesivisse, an posset recipi, nec alienus a iuris ratione Codicillorum usus foret: et Trebatium suavisse Augusto, quod diceret, utilissimum et necessarium hoc civibus esse, propter magnas et longas peregrinationes; vbi si quis testamentum, propter civium Romanorum, testium penuriam, facere non posset, tamen codicillos posset; adducor in eam sententiam, vt credam, Augustum, tantis rationibus motum, dedisse in hoc quoque mandatum magistratibus, vt in Edictis suis Codicillorum vim constituerent, et iure dicundo obser-

obseruarent: sicque adeo vsu demum adsiduo auctoritatem iuris certi accessisse Codicillis. Quod autem ad Labeonis auctoritatem attinet, eam pertinere ad Ictos, qui postea non amplius dubitarint, quin Codicillorum vsus rationi iuris ciuili consentaneus esset.

*) v. *Nic. Hier. Gundlingius Diss. C. Trebatius Testis Ictus*, cum praef. Ienichenii, Lips. 1736. 4. *Frid. Wldeburg Disp. de fideicommiss. ac codicillorum origine*, Hal. 1731. 4. et *Eman. Dunius Comm. de veteri et nouo iure codicillorum*, Rom. 1752. 4.

g) *pr. Inst. de Codicill.*

§. IV.

Sed, vt intelligatur, etiam ab ipsis magistratibus sua sponte quaedam noua capita Edictis addita fuisse his temporibus, age, vnum saltem, cum de pluribus, etsi probabile est, tamen certi dici nihil possit; vnum igitur exemplum commemoremus. Ad Augusti imperium igitur videtur pertinere origo *Edicti, quod vi metusque causa*, quod quidem *Cassius* proposuit^{b)}. Nam hoc Edictum Ciceronis tempore nondum, nisi semel in singulari Sullanorum hominum causa, vel quod vi metusque causa ablatum esset, propositum, neque adeo omnibus negotiis, vi metuque gestis, generale, aut in rem scriptum fuisse, supra vidimus. Restat igitur, vt Augusti aetate hoc Edictum propositum fuerit, vel saltem Caesarum priorum temporibus,

b) *L. 4. §. 33. D. de dol. mal. et met. except.*

SECT. VI.

De Iure Ciuili

siue

*De Iure Consultorum Responsis, ipsisque
adeo ICTis.*

§. I.

Explicatis Legibus, SCtis, Constitutionibusque Principum ab Augusto ad Hadrianum factis, restat, vt de Iurisprudencia eorum temporum, ipsisque adeo ICTis, exponatur.

§. II.

Cum respublica, et, cum ea ipsa, iura quoque Legesque, ab Augusto mutata essent; quippe alius status alia iura desideraret: necesse erat, vt iurisprudencia quoque ipsa eadem fortuna vteretur, mutationemque aliquam subiret. Ac primum cum veteris reipublicae simulacris populo illuderet Augustus, faciendum ipsi erat, vt Iure Consultorum quoque dignitatem et auctoritatem retineret, atque augetet, quos, sciret, in veteri republica multum apud populum auctoritate et gratia valuisse*). In quo quidem magna arte, vt in ceteris institutis, vsus est: qui eos, potentiae suae stabiliendae veluti instrumenta esse vellet.

*) *Chr. Gottl. Heynii, V. Cel. Prol. Honores ICTis habiti ab Imp. Rom. quibusque de caussis, Gotting. 1790. f. et in Opuscul. academ. ibid. 1796. m. 8. Vol. IV. p. 211.*

§. III.

Primum igitur Iudicibus *) imposuit necessitatem obseruandi responsa ICTorum in sententiis suis, vetuitque ab iis recedere b): quod antea liberum solutumque

que fuerat: quam tamen auctoritatem dedit tantum eorum ICTorum responsis, qui ab ipso facultatem respondendi de iure accepissent. Instituit enim, ut publice iudicibus respondere tantum ii possent ICTi, quibus ius potestatemque ipse dedisset^{c)}: ita, ut ius respondendi publice beneficium Caesaris esset: ceteris vero, ab ipso non probatis, ICTis etsi priuatim consulentibus, ut antea, respondendi facultatem non ademerat, tamen istam auctoritatem esse noluit, ut iudices responsis eorum tenerentur^{d)}. Cuius quidem instituti causam hanc tradit Pomponius fuisse, quo maior esset iuris auctoritas^{e)}: ac recte quidem: cum turbulentis temporibus reipublicae, quae praecesserant, dignitas ac splendor huius scientiae deletus esset, auctore Cicerone^{f)}.

a) Nomine *Iudicum* h. l. non solum iudices dati, sed etiam ipsi magistratus intelliguntur, qui nomine *Iudicum* et ipsi aetate Pomponii dicerentur. v. *Gottfr. Mascou. de Sctis Sabin. et Proc. c. II. p. 33.* Exemplum Praetoris, responsum ICTi sequentis, est in *L. 3. §. 1. D. de minor.*

b) §. 8. *Inst. Iur. N. G. et C.* in quo loco verba: *ut est constitutum*, ipsamque adeo hanc mutationem, ad Valentiniani III. Constitutionem in *L. 1. C. Theod. de Respons. prud.* refert. *Iac. Gothofredus Comm. Cod. Theod. T. 1. pag. 34.* ed. Ritteri: post eum *Noodtius Comment. Dig. de Iur. et Iust. Opp. T. II. p. 10.* sed refelluntur a Rittero in *animaduers. ad C. Th. l. c.* cf. *Gebauer. Excurs. I. ad ord. Inst. p. 172. sqq.*

c) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.*

d) v. *Gebauer. Excurs. laud. p. 184. sq.*

e) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.* Non ergo reprehendus est Pomponius, quod hanc rationem reddit: uti facit *Heinecc. Hist. Iur. I. 178. *)* et *Ant. Iur. I, 2, 39.* quasi vel veram rationem non peruiderit, vel Principibus adsentari voluerit. Censet autem cum aliis viris doctis Heineccius, veram causam huius instituti Augusto fuisse hanc, ut ICTorum opera ad inspectendas ad nouum statum Leges, et ad euertendum regnum Prae-

Praetoris, vteretur. Quam causam etsi Augusto fuisse negare nolo, tamen, cum in hac Pomponio memorata inesse videatur, nihil vitii in Pomponium conferri posse existimo. Nam si maior iuris (sc. ciuili; quo de respondent ICTi), sit auctoritas, necesse est, vt Iureconsulti ius accommodare nouo statui possint, regnumque Praetoris euertere. Deinde vt haec ratio a Pomponio commemorata non sit vera causa, quae Augustum mouerit: Pomponius tamen culpandus non erit. Inest enim saltem in eo obtentus Augusti, quem praese tulit, cum mutauit vetus institutum. Solent autem interdum historici obtentus tantum proderere memoriae, cum alii scriptores veras causas memorent. v. supra ad *Scd. I. §. 32.* ibique laudatus *Gronou. Obs. Eccl. c. XIX. p. 210.*

f) *Cic. Off. II, 19.*

§. IV.

Atque haec mutatio necesse est maximam vim habuerit, ad ius ciuile constituendum. Cum enim iudices necessario tenerentur sequi responsa, fieri debuit, vt, in quibus sententiis ICTorum nullus esset dissensus, iis similitudo ac diurnitas rerum iudicatarum iuris certi adderet auctoritatem. Ipse autem Princeps, qui, sua ex auctoritate, probatos tantum ICTos respondere pateretur, id inde commodi consequebatur necessario, vt, cum ICTos in sua potestate haberet, iudicia quoque, inprimis centumuiralia, suae ditionis essent omnia: quae sane magna est pars potentiae principalis.

§. V.

Sub Tiberio, auctore *Masurio Sabino*, hoc accessit, vt responsa a ICTis signata darentur⁸⁾: cum antea scripta tantum iudicibus edita essent, aut viua voce litigatoribus. Ceterum sub Caesaribus *studiosi iuris* vocabantur ICTi⁹⁾. Caio imperante ICTorum auctoritas magno periculo fuit. Nam is de ICTis, quasi

quasi omnem eorum scientiam aboliturus, saepe iactavit, se mehercule effecturum, ne qui respondere possent praeter eum^{h)}. Voluit nimirum respondendi munus ad ipsum Caesarem transferre, atque adeo rescriptis suis de iure respondere: quod postea frequentissime factum est.

g) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur. cf. Gebauer. Excurs. laud.*

*) *cf. Io. Fr. van Leeuwen Diss. II. de Iuris Studio, Trai. ad Rh. 1757. et 1758. 4. et in Oelrichs Thes. nouo Diss. iurid. select. Vol. II. Tom. I. p. 373. sq.*

h) *Suct. Cal. c. 34. de cuius loci lectione v. Ernesti ad l. c.*

§. VI.

Iam, quoniam sub Augusto dissensiones Ictorum quasi in sectas quasdam abierunt, principibus *Labeone*, et *Capitone*, celeberrimis ea aetate Ictis: non alienum erit, hoc loco vnuerse de Sectis hisce exponere. Ac primo quidem, quinquam, vt supra nos meminimus ostendere, liberae reipublicae temporibus dissensiones Ictorum non paucae extiterunt, cum pars scriptum ius, pars aequum bonumque defenderent: Sectae tamen Ictorum nullae fuere. Sub Augusto vero, qui familiam ducebant in iure civili, *Antistius Labeo*, et *Ateius Capito*, dissimillimis ingeniis, animis, ac studiis, tam vehementer sententiis inter se discrepabant, vt, cum auditores vtriusque magistrorum dictata sequerentur, ab hoc veluti iugo montium, magna sententiarum quasi aquarum facta sint inter ipsos discipulos etiam diuortia, Sectaeque adeo exortae^{*)}: quae deinde *Sabinianorum* s. *Cassianorum*, et *Proculianorum* [s. *Pegafianorum*] nomine appellatae sunt, a principibus atque scholarum capitibus.

*) *cf. Christ. Otho a Boekelen de diuers. famil. vet. Ict. in Opusc. (Lugd. Bat. 1678. 12.) Gottk. Stevogt Opusc.*

de sectis et philos. ICTor. Ien. 1724. 8. Gottfr. Mascovius Diatr. de Sectis Sabim. et Procul. in iure civili, inserta est Disquisitio de herciscundis, Lips. 1728. 8. Car. Ferd. Hommelius Diss. de principali causa dissensionum inter Labeonem et Capitonem, horumque auditores, Lips. 1751. 4.

§. VII.

Dissensionis inter Labeonem Capitonemque tantæ, et hinc ortarum Sectarum, causa quæ fuerit, valde quaesitum est inter viros doctos: quorum alius aliam magis probavit *). Quas rationes hoc loco enarrare non vacat ¹⁾, neque attinet. Equidem existimo, non vnam, sed multiplicem fuisse causam. Cum enim dissimiles illi duo ICTi fuerint animis, studiis, moribus denique; cum ex diuersa disciplina profecerint, et aemulatione quadam, siue odio etiam, agitati fuerint atque distracti: sane propius abesse a vero videtur, istis omnibus ex causis, quasi ex feminibus, dissensionum tot ac tantarum foetum extitisse.

*) cf. Corn. van Eck Orat. de vita, moribus et studiis M. Antistii Labeonis et C. Ateii Capitonis, Francqu. 1692. 8. inserta Oelrichs nouo thes. Diss. Belgic. Vol. I. Tom. II. p. 825. sq. Haud exiguum numerum istarum dissensionum, quarum vestigia in Digestis deprehendimus, collegit Edm. Merillias Obs. I, 2. et Christ. Otho a Boekelen de diuersis famil. ICTorum in Opusc. p. 86. sq.

*) cf. Car. Ferd. Hommelii, ICTi in primis docti, et litterarum omni genere instructissimi, amici nostri valde cari. Diss. de principali causa dissensionum inter Labeonem et Capitonem, horumque auditores, Lips. 1751. Ceterum de Sectis Sabinianorum et Proculianorum in iure civili elegantissimus est libellus Gottfr. Mascovii, ICTi principalis, [Lips. 1728. 8.]

§. VIII.

Summa autem dissensionis haud dubie haec fuit, vt Labeo, quique ab eo profecti essent, æquitatem

sequerentur: Capito autem, cum iis, qui auctoritati eius se dedissent, scriptum, summumque adeo ius defenderet *): vt ille ingenii qualitate et fiducia doctrinae plurima innouaret: hic autem traditis, et quasi dictatis magistrorum suorum inhaereret ^h). Atque hoc etiam intelligitur inde, quod in libris *Sabinianis*, quorum auctor e disciplina Capitonis profectus erat, semper summum ius, ex scripto maxime, traditur ex explicatur: qua de causa ii, qui ad *Sabinum* scripserunt, Icti, qui aut ex altera schola fuerunt, aut eo tempore scripserunt, quo studium sectae refrixerat, in notatis suis exceptiones, ex aequitate, ex sententia et voluntate petitas, adicere consueuerunt. Cuius rei testes sunt reliquiae in *Digestis*.

*) Contrariam plane, eamque, vt videtur, veriore sententiam fouet *Gottfr. Mascovius* Exerc. inaugur. de *sc̄is Sabinianorum et Proculianorum in iure ciuili*, Altorf. 1724. 4. defensa, quam deinde cultiorem et auctiorem Lipsiae 1728. 8. edidit, libello, in quo multa noua nec prius dicta exponuntur, cuius ad cap. I. §. 2. teste *Püttmanno* in *Memoria Gottfr. Mascovii*, Lips. 1771. 8. p. 49. in exemplari suo haec adscripsit: esto igitur hic primus character *Sabinianorum*: *Sabiniani* vetera tuebantur, *Proculiani* multa innouabant. *Secundus* hic fuerit: *Sabiniani* magis naturalem rationem, aequitatem, et benignam sententiam sequebantur, *Proculiani* ius subtilius et strictum. Conferenda cum his, quae notauit ad *Grauiniae Origg. iur. ciu.* p. 49. Hanc sententiam firman adhuc, quae leguntur in cultissima *Hommeli* de' principali causa *diffensionum inter Labeonem et Capitonem* dissertatione, Lips. 1751. 4.

k) Sic enim *Pomponius*, auctor hac in re non contemnendus, L. 2. §. 47. *D. de Or. Iur. Ateius Capito*; inquit, in iis, quae tradita erant, perseuerabat: *Labeo* ingenii qualitate, et fiducia doctrinae, qui et ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innouabat. Vtque sic ingenium studiumque ferebat. Nam *Labeonem*

beonem *Tac. A. III, 75. incorruptae libertatis virum* vocat: et *Gell. N. A. XIII, 12. tradit, cum nihil va-
tum pensumque habuisse, nisi quod iustum sanctumque esse
in antiquitatibus Rom. legisset: quae ratio inprimis ad
ius publicum pertinet. Contra vero Ateius erat ser-
vili ingenio, et ad adfentationem abiectissimo: qui,
quae Principibus grata essent, probaret et sequeretur
vnicè. Tac. A. III, 75. Quis autem a servili eius-
modi ingenio expectet aequitatem? Sed *Car. Ferd.
Hommelius in Diss. laudata omnia alia censet. Nempe
existimat, Labeonem, pro ingenio ac doctrina, inpri-
mis disciplinae elegantiam ac subtilitatem curasse,
adeoque summi iuris maxime regulas secutum: contra
vero Capitonem aequitatis studiosiorem fuisse.**

§. IX.

Ceterum, quoniam in Digestis multae sunt IC-
torum reliquiae, quae sectarum dissensionibus nitun-
tur, facile intelligitur, necessarium esse, ad iustam
earum interpretationem, tenere accurate, cui sectae
quisque auctor deditus fuerit ¹⁾.

1) Commendandus in hanc rem diligenter est libellus iam
laudatus *Gottfr. Mascovii.*

§. X.

Iam ad singulos ICTos veniendum est. Sub Au-
gusto vivere duo principes sectarum, Q. Antistius La-
beo, et C. Ateius Capito. Q. ANTISTIVS LA-
BEO ^{m)}, Q. Labeonis ICTi, filius ^{o)}, institutus ab
Ofilio, Tuberone, inprimisque a Trebatio ⁿ⁾, in
iure civili, ceterum omnium liberalium artium di-
sciplina egregie excultus, ICTus summae auctoritatis
exitit: Vir incorruptae libertatis ^{o)}, et principatus
haud magnus fautor, indeque apud Augustum non
valde gratiosus: intra Praeturam stetit ^{p)}. Eum sin-
gulis annis sex menses Roma secessisse, libris scri-
bendis operam daturum, adeoque quadringenta vo-
lumina reliquisse, narrat Pomponius: e quibus haec

memoriae prodita sunt **): *Libri VIII* Περὶ Δικον, a Paulo in compendium redacti ⁹⁾, *Posteriorum Libri XL* ¹⁾, *Libri Praetoris Urbani*, quorum primus laudatur ²⁾ ***), *Libri Praetoris peregrini* ³⁾, quorum tricesimus memoratur, *Liber Epistolarum* ⁴⁾, *Responsa*, quorum Liber XV laudatur ⁵⁾: *Commentarii ad XII. tabulas* ⁶⁾, *de Officio Auguris* ⁷⁾, *de iure Pontificio* ⁸⁾, *de disciplinis Hetruscis* ⁹⁾. Ceterum falso ei Liber *de Diis Penatibus* ¹⁰⁾ tribuitur ab Heineccio, aliisque.

m) *Quintus* apud Gell. N. A. XX, 1. dici videtur. Marcum adpellatum fuisse, censet *Ruperti. ad Pompon. §. 47.* [add. *Corn. van Eck l. l.*]

n) cf. *Chr. Thomasi Progr. quo Comparatio Antistii Labonis et Ateii Capitonis instituitur*, Lips. 1683. 4. *Eiusd. Comparatio Labeonis et Trebatii*, ibid. 1684. 4. et in *Programm. iunctim editis, num. I. et II.* His addenda *Corn. van Eck Or. de vita, moribus et studiis M. Antistii Labæonis et C. Ateii Capitonis*, Franqu. 1692. 8. et in *Oelrichs nouo thes. diss. select. Vol. I. Tom. II. p. 321. sq.* *Chr. Gottl. Bieneri, V. Ill. Diss. Antistius Labeo, iuris ciuilibus nouator*, Lips. 1786. 4. Caeterum Ant. Labeo ab Ateii Capitonis criminatione vindicatur ab *Adr. Nic. Mollero* in *Diss. Selecta quaedam contin. Trai. ad Rhen. 1763. 4. cap. I.*

n) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.*

o) *Tac. A. III, 75.* libertatis eius exempla sunt apud *Sueton. Aug. c. 54. Dion. Lib. LIV. p. 531.*

p) *Tac. A. III, 75.* cum quo pugnare videtur Pomponius in *L. 2. laud.* qui dicit, noluisse Labeonem, cum offerretur ei ab Augusto Consulatus, quo suspectus fieret, cum honorem suscipere. Sed non pugnat. Nempe Tacitus narrat, acceleratum Ateio Consulatum, ut Labeonem huius honoris dignatione anteiret: hic autem tradit, Labeoni oblatum, ut post Capitonem suspectus fieret: adeoque spretum ab eo. Itaque non necesse est emendare Pomponium: multo minus autem potest probari emendatio *Bynkershoekii* in *Prætermis. l. c. legentis, quo suspectus fieret.*

***) Vnde

- ***) Vnde plurima ex iis fragmenta pura in Pandectis. Dividuntur nimirum fragmenta, e libris veterum Ictorum deprompta, in pura, quae ipsum Ictum, cuius ex scriptis excerpta sunt, auctorem habent, et citata, seu notata, quae ab aliis Ictis in suis scriptis laudantur. Ceterum ipsi veteres Icti ad Antistium Labeonem commentati sunt: v. c. *Proculus*, *Aristo*: ex recentioribus autem cum imprimis interpretatus est *Sebast. Ortega*, quem laudat *Maiansius praef. ad XXX. Ictorum fragmenta*, §. XXII.
- q) v. *Wieling. Iurispr. restit.* p. 85. de *Pauli* autem epitome v. *Bynkershoek. Obs. III, 6.* et *Gilb. Reg. évarr. I, 25.*
- r) *Gell. N. A. XIII, 10.* Hos libros in epitomen redegit *Iavolenus*, qui etiam libros ex *Posterioribus Labeonis* scripsit: de quorum discrimine vid. *Merill. Obs. V, 38.* *Mascou. de Scâis Sabin. et Procul.* p. 50. sq. [et *Paul. Phil. Wolffhardti Disquis. de Posterioribus Labeonis*, seu, *de libris aliquot Labeonis post eius divulgatis obitum*, ideoque *Posteriorum nomine insignitis*, *Rintelii, 1751. 4.*]
- s) *L. 19. D. de V. S.*
- ***) cf. *Abv. Wieling. Diss. de Labeonis ad Edictum libris*, *Franequ. 1731. 4.*
- t) *L. 9. §. 4. D. de dol. mal. de his libris* v. *Conrad. Parerg. I, 1, 14.* p. 28.
- u) *L. 30. §. 1. D. de usurp. & us. cf. Menag. Amoen. Iur. Civ. c. 20.*
- x) *Collat. Leg. Mos. et Rom. XII, 7.*
- y) *Gell. N. A. I, 12.*
- z) *Fest. voc. Remisso exercitu.*
- a) *Fest. voc. Sisters.* e quibus haud dubie est, quod refertur apud *Macrob. Sat. III, [10.]*
- b) *Fulgent. [s. v. manuales]* nisi forte hic liber tribendus est *Cornelio Labeoni*, quem libros *Fastorum*, et de oraculo *Apollinis Clarii*, scripsisse ex *Macrobii Saturn. III, 4.* constat.
- c) ex *Seru. ad Virg. Aen. III, 168.* in *Fuldens.* p. 36. cum alius *Labeo*, nempe *Cornelius*, huius libri auctor sit, vt patet ex *Macrob. Sat. III, 4.* quem puto esse *Labeonem Theologum*, cuius mentionem facit *Augustin. de Civ. Dei II, 11.* quique haud dubie etiam scripsit librum de *Diis animalibus*, quem *Labeoni* tribuit

Seru. ad Virg. Aen. III, 168. cf. Hynkershoek. Practermiff. ad Pompon. §. laud. Ceterum de Labeone ICto conf. Oteyza et Olano Paralipom. et Elef. Iur. Lib. III. in Meermann. Thes. T. I. p. 618. et Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 20.

§. XI.

C. ATEIVS CAPITON^{*)}), Ofilii auditor, apud Augustum, propter obsequium et adsentationem, mirum in modum gratiosus^{d)}), Consul^{**)}) suffectus a V. DCCLIX^{c)}). Edidit libros de *iure Pontificio*^{f)}), libros *Coniectaneorum*^{g)}), [libros decem] de *iure sacrificiorum*^{h)}), *Epistolas*ⁱ⁾) denique^{****)}): quorum omnium ne vnum quidem fragmentum in Digesta illatum est^{*****)}).

*) cf. *Corn. van Eck Or. de vita C. Ateii Capitonis l. l. et Greg. Maiansii Comm. ad XXX. ICtorum fragmenta, Tom. II. p. 167. sq.*

d) *Tac. A. III, 75. Sueton. de illustr. Gramm. c. 21.*

***) Atqui Consul huius anni dicitur in Fastis: *Ateius*, non *Ateius*.

e) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur. vbi. v. Rupert.*

f) quorum *quintum*^{***)}) laudat *Gell. N. A. IV, 6.*

***)) Librum sextum Pontificalem in partes vocat *Festus* voc. *mundus*, et verba Capitonis ex libro de pontif. iure *Macrob. Sat. VII, 13.* adscribit, de annulorum gestatione, ea occasione, quod nefas esse sanciret, deorum formas annulis inscribi.

g) quorum librum CCLIX. laudat *Gell. N. Att. XIV, 7.* Eorum singuli propriis titulis inscripti fuerunt. *Num* quidem de *publicis iudiciis* inscriptum fuisse, intelligitur e *Gell. N. A. IV, 14.* quem *Gellius* deinde *X, 7. fin.* simpliciter sub nomine *commentarii de publicis iudiciis* laudat.

h) *Macrob. Sat. III, 10.* e quo intelligitur, eos ad ius Pontificium pertinuisse.

i) *Gell. N. A. XIII, 12.*

****) Adde librum singularem *de officio senatorio*, cuius meminit *Gellius N. A. IV, 10.* vbi quaedam editiones habent: *Senatoris.*

*****) *Purum* sc. licet adsint citata.

§. XII.

[Sub Augusto adhuc] AELIVS 'GALLVS'^{b)} praefectus Augustalis fuit *). Scripsit libros de *verborum, quas ad ius pertinent, significatione*^{l)}. VITELLIVS, ad quem scripsit Sabinus, et ad quem notas edidit Cassius Ictus **), haud dubie eiusdem aetatis fuit.

k) *Casi* praenomen videtur habuisse, atque hinc sine dubio, errore librorum, apud Gell. *N. A. XVI, 5. Macrob. Sat. VI, 8. Caecilius Gallus* dicitur. v. *Augustin. de nom. propr. Pand. [in Ottonis Thes. Tom. I.] p. 16. et in Emend. I, 4. [ibid. Tom. IV. p. 1445.]*

*) Vitam exhibet *Greg. Maiansius Comment. Tom. II. p. 37. sq. Vnum fragmentum purum in Digestis.*

l) *L. 157. D. de V. S. Gell. et Macrob. l. c. saepe laudatur apud Festum.*

**) Ad eum Paulus quoque Ictus notavit, v. *L. 18. D. de instr. et instrum. Ceterum temporis, quo Vitellius vixit, alium ponit ordinem Ant. Augustinus, dum Ictum hunc eundem esse censet, quem Suetonius Vitell. cap. 2. scribit procuratorem Caesaris fuisse.*

§. XIII.

Sub Tiberio illustris fuit MASVRIVS SABI-
NVS*), qui praeceptoris sui Capitonis sectam illustravit, ita, vt, qui ex eadem profecti essent, nomen *Sabinianorum* tulerint. A Tiberio respondendi potestatem pro beneficio accepit, primusque responsa signata dedit^{m)}: valde pauper fuit. Reliquit de *iure civili libros tres*ⁿ⁾, quos Aristo, Pomponius, Ulpianus et Paullus, commentariis illustrarunt, quorumque ordinem ac rationem alii etiam Icti usque ad Hadrianum, in scriptis suis, secuti sunt. Itaque operae pretium fecit Iacob. Gothofredus, cum seriem librorum Sabinianorum in *Quatuor Fontibus Iuris Civilis* exhibuit. Idem scripsit librum de *Indigitamentis*^{o)}, libros *Fastorum*^{p)}, libros *Memorialium*^{q)},

ad Edictum^{r)}, *Adsefferiorum*^{s)}, *ad Vitellium*^{t)}, *Responsa*^{u)}**). *Librum de furtis* laudat Gellius^{v)}.

r) v. *Dan. Gul. Mollerus* *Diss. de Massurio Sabino*, Altorf. 1693. 4. et *Pet. Nic. Arntzenius* *Diss. de Masurio Sabino*. Trai. ad Rh. 1768. 4. et in *Oelrichs nouo thes. diss. Belgic. Vol. III. Tom. II.* p. 46. sq.

m) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.*

n) Hos libros *Perfius Sat. V, 90. Masuri rubricam*, et *African. Diss. Epist. IV, 13. Μααρις ρουακ* adpellant, v. *Gottfr. Mascov. de Sect. Sabin. c. II. [§. 2.]*

o) Sic enim ap. *Gell. N. A. IV, 9.* legendum est, v. *Lips. Elea. I, 7.*

p) *Macrob. Saturn. I, 4.*

q) Sic enim inscribendi, non *Memorabilem*, etsi libri scripti variant. *Gell. N. A. V, 6, VI, 7. Macrob. Sat. III, 6. L. 144. D. de V. S. v. Gronou. ad Gell. praef.* Videntur in eo libro quaestiones fuisse memorabiles. Ex iis forte est, quod ex Sabino memorat *Plin. H. N. VII, 5.* decretum *Papirii Praetoris* de partu tredecim mensium.

r) *L. 18. D. de oper. lib.*

s) *L. 12. D. de pact. L. 5. §. 8. D. de iniur.*

t) *L. 45. D. de legat. III.* Quos *Vitellio* dedicatos fuisse putat *Giphan. Lectur. Altorph. ad Cod.* p. 929. *Vitellium* autem esse eum, qui *Pilatam* deportauit. Nisi forte liber tribuendus *Sabino Coelio*, qui *Vespasiani* temporibus floruit.

u) *L. 4. D. de L. Rhod. de iact.*

***) Nullae ex iis leges in *Digestis* decretae reperiuntur; sed sola fragmenta notata.

x) *Gell. N. A. XI, 18.* Intellegendus autem haud dubie titulus librorum iuris ciuilibus ex libro secundo, qui de furtis egit; v. *A. Augustin, Emend. IV, 4. p. m. 225.*

§. XIV.

Tiberii imperio celeberrimus, eidemque [Principi] familiarissimus fuit M. COCCEIUS NERVA^{r)}, auditor Labeonis^{s)}, functus aquarum curatione^{t)}, et Consulatu [cum C. Vibio Rufino] a. V. DCCLXXV. Labeonis sectam auxit: scripsit nonnulla^{b)}, quorum

rum etiam nomina hodie ignorantur. Vitam inedia finit^o).

- g) Tac. A. VI, 26.
- z) L. 2. §. ult. D. de Or. Iur.
- a) Frontin. de aquaed. art. 102. p. 183. ed. Polen.
- b) L. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ. Probabile est, Neruam Patrem intelligi, ubi non adiecto nomine, filii, Nerua laudatur. v. Labitt. Vj. Ind. Leg. in Wielingii Iurispr. Restit. p. 333.
- e) Tac. A. VI, 26. Ceterum vitam eius exposuit Ahasuerus in Diss. [priori] de M. Cocceio Nerua, [Rom.] Imp. [Brem. 1748. 4.]

§. XV.

SEMPRONIVS PROCVLVS successit Neruae^d), a quo schola *Proculianorum* nomen accepit. Scripsit *Epistolarum* libros^e), et *Notas ad Labsonem*^f).

- d) L. 2. §. ult. D. de Or. Iur.
- e) L. 69. D. de contr. emt. ubi earum liber undecimus laudatur.
- f) L. 10. §. 1. D. de negot. gest. Forte hae Notae eadem sunt cum libris Proculi ex *Posterioribus Labeanis* in L. ult. D. de trit. vin. ol. leg. cuius capituli inscriptionem Labittus Vj. Ind. Leg. Pand. c. VI. §. 4. in Wieling. Iurispr. rest. p. 118. corrigendum putat: *Iaoulenus libro tertio ex Posterioribus Labeanis*: propterea, quod nusquam Proculi liber talis memoretur. Quam quidem ego caussam non esse idoneam puto. Multa enim nomina librorum mutanda essent, si haec ratio valeret. [Extant in Pandecte fragmenta pura.]

§. XVI.

lisdem temporibus fuisse videtur VRSSEIVS FEROCX^b) ad quem Cassius notauit^b)^e).

- g) Librum *Vrsseii decimum* laudat Vlpianus in *Collat. Leg. Mos. et Rom. XI, 7.*
- h) L. 10. §. 5. D. quib. mod. vsusfr. *Gratius in vit. IClor. II, 4. Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 43. p. 429. existimant, Vrsseium Ferocem notasse potius ad Cassium.*

Sed refelluntur a *Mascouio de Se&. p. 88.* Quid sit notare ad aliquem, vel apud aliquem, docent *A. Augustin, Emend. I, 6. B. Branchu Diff, ad Iul. Paull. I, 1, in Obs. Vol. I. p. 151.*

- *) Quid scripserit, ignoramus: citatur tamen aliquoties in Digestis.

§. XVII.

C. CASSIVS LONGINVS *), qui, e Sabini disciplina profectus, auctoritate sua scholae Sabinianae nomen fecit (*Cassianorum* ¹⁾), seuerissimi vir ingenii, et multae libertatis ^{k)}): Consul sub Tiberio fuit cum *Quartino* ^{l)} anno V. DCCLXXXIII. [Christi XXX,] relegatus a Nerone in Sardiniam ^{m)}), reuocatus a Vespasiano ⁿ⁾). Scripsit libros X. aut plures *Iuris Ciuiliis* ^{o)}), *Notas ad Vitellium* ^{p)}), et ad *Vrseium Ferocem* ^{q)} ***)).

*) Vitam breuiter exposuit *Io. Strauch. in Vitt. veter. ICTor. num. IV. p. 30.* cui add. *Paul. Phil. Wolffhard Progr. de supremis vitae diebus C. Cassii Longini, in Eius Schediasmate de modis adquirendi notitiam ICTorum, Rintelii 1746. 8. p. 201. sq. et Ian. Steenwinckel Diff. de vita, studiis, honoribus et scriptis C. Cassii Longini ICTi, Lugd. Bat. 1778. 4.*

1) *Plin. ep. VII, 24.*

k) *Tac. A. XIII, 41. 48. XIV, 23. v. Lips. ad Tac. A. XVI, 7. Mascou. de Se&. II, 2.*

l) *L. 2. §. vii. D. de Or. Iur. **)* quem arguit *Lips. ad Tac. A. VI, 15.* Consulemque cum *Quartino* non hunc, sed *Lucium Cassium* fuisse statuit. *Pomponium* defendit *Cuiac. ad L. 2. D. de Or. Iur. Mercier. ad Tac. l. c. v. Rupertus et Reines. in Epist. p. 140. 160. 199. et Ryckius ad Tac. l. c. De Consulibus autem Quartini nomine v. Rupert. ad Pompon. p. 343. Tillemont. Hist. Imp. Rom. T. I. P. I. p. 573. Mascou. de Se&. II, 2. 1.*

**) Apud *Pomponium l. c. pro Quartinus*, legendum potius esse *Sardinus*, contendit *Norifius in Epist. consul.*

m) *Tac. A. XVI, 7, 9.*

n) *L. 2. §. vii. D. de Or. Iur.*

o) *L.*

- o) L. 70. pr. D. de Vsufr.
 p) L. 12. §. 27. D. de instrum. et instrum. cf. Menagii
 Amoen. Iur. Ciu. c. 43. p. 417.
 q) v. ad §. praeced.
 **) Fragmenta pura non extant, licet saepius citetur.

§. XVIII.

Eorundem temporum sunt, sed obscuriores, A TILICINVS, Proculo aequalis¹⁾, eiusdemque disciplinae²⁾ *), et CASSIVS LONGINVS alter³⁾.

- r) L. 17. D. de pact. dotal.
 s) v. Mascov. de Sed. V, 1.
 *) Responso eum scripsisse, patet e L. 7. D. de condit. causa data, causa non secuta.
 t) L. 2. §. ult. D. de Or. Iur.

§. XIX.

M. COCCEIVS NERVA⁴⁾, superioris Neruae filius, Neruae Imperatoris pater, Proculianus, Neronis tempore Praetor designatus, magna apud eum gratia floruit⁵⁾. Adolescens XVII. annorum de iure responsitavit⁶⁾, h. e. frequenter ac diligenter respondit. Scripsit de Vsuapionibus⁷⁾.

- *) De vita eius cf. Io. Strauchius in Vitis vet. ICTor. num. XIV. p. 104. et Io. Abt. Ahasuerus Diss. priori de M. Cocceio Nerua, Rom. Imp. Bremae 1748. 4.
 u) Tac. A. XV, 72.
 x) L. 1. §. 3. D. de postul. cf. Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 2. Dynkershoek. Obs. IV, 18. tamen, etsi non satis iusta de causa, videtur dubitare, an non responsitare minus sit rē respondere.
 y) L. 47. D. de acq. vel am. poss. [Vnde fragmenta citata.]

§. XX.

Eiusdem aetatis sunt C. AMINIUS REBILVS, peritia Legum clarus⁸⁾, et DOMITIVS APER, ICTus et orator suo tempore celeberrimus⁹⁾, qui scripsit libros II. de testibus¹⁰⁾, valde laudatos.

- z) Tac. A. XIII, 30.

a) Plin.

- a) *Plin. ep. VIII, 18. Tac. A. XIV, 19. Hieronym. in Chron. MMLX.*
 b) *Quintil. Inst. Or. IV, 7. VI, 4.*

§. XXI.

Iam proficiscimur ad ICTOS temporibus Vespasianorum inclitos. Primus est COELIVS SABINVS^{c)}, Cos. [suffectus] a. V. DCCCXXII^{d)}. Renouatum propter eum nomen *Sabinianorum* videtur^{e)}. Scripsit de *Editto Aedilium Curulium*^{f)}, quem librum passim ICTi in Digestis ad Edictum Aedilium laudare videntur.

- c) Eum potius *Caecilium* dici oportere, Pomponiumque subtracta vna syllaba nomen *Coelium* extulisse, censet *Mascov. de Sect. II, 3, 1. p. 41. quod vix putem.*
 d) *Tac. Hist. I, 77.*
 e) *Heinecc. Hist. Iur. I, 206. *)* ab hoc demum ortum nomen *Sabinianorum* statuit.
 f) *Gell. N. A. IV, 2. et VII, 4. Ceterum de hoc ICTo v. Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 22.*

§. XXII.

P. IUVENTIVS CELSYS^{*)}, Pater, qui in Ducennii Veri Cos. ^{b)} consilio fuit: cetera obscurus, etiam interdum eius mentio fit in Pandectis. Ceterum quoties simpliciter Celsus laudatur, Celsum filium intelligunt viri docti^{h)}.

- *) *Vitam Celsorum, patris et filii, exposuerunt Io. Strauchius Progr. in Vitis veter. ICTor. num. II. p. 12. et Greg. Maiansius Comment. Tom. II. p. 236. sq. De Consulatu Celsi vid. Iac. Curtius Elnačov lib. II. c. 22. in Ottonis Thes. Tom. V. p. 163. et, qui tres P. Iuuentios Celsos, patrem, filium, et nepotem distinguit, Ex. Otto praef. ad Thes. Tom. I. p. 28. Ceterum Proculianus fuisse putatur ex L. 20. D. de leg. II. et L. 39. D. mandati.*
 g) *L. 29. D. de legat. II. Valde solliciti sunt viri docti de consule Ducennio Vero, qui sine dubio suffectus fuit. v. Wiling. Iurispr. restit. p. 194. Heinecc. Hist. Iur. I, 241. Sed non est tanti.*

h) v.

h) v. A. Augustin. de nomin. propr. Pand. aliique: quamvis probabilius sit, Patrem intelligi, vbi non adiecto nomine filii laudatur.

§. XXIII.

PEGASVS ^{l)} sub Vespasiano Consul ^{k)} fuit susceptus ^{o)}, cum Pulsiono, quo tempore SCtum *Pegafianum*, ab eo adpellatum, factum est, post Praefectus Vrbi ^{l)}. Ab eo Proculianos nomen tulisse *Pegafianorum* ^{**)}, putant eo, quod Scholiastes Iuuenalis dicit: *Hinc est Pegafianum ius, quod Iureconsultus fuerat.* Sed hanc quidem vim illa verba non habent. Videntur potius ad libros ICTi pertinere: eodem modo, quo *Ius Aelianum*, *Ius Flavianum*. Nisi forte quis ad SCtum Pegafianum referre malit, cum imprimis Grotius ^{m)} ista verba sic ediderit: *Hinc est Pegafianum Senatusconsultum.* Ceterum huius ICTi in Pandecte, quamvis saepe mentio fiat, nullum tamen fragmentum extat.

l) Hoc nomen a Pegaso, liburnae, quam pater, trierarchus habuerat, parasemo, accepit. *Scholiast. Iuuenal. Sat. IV. [v. 77.]*

k) §. 5. I. de fideic. hered. sed, quo anno, incertum est, v. *Brenemann. Epist. de Consul. p. 608.*

o) De ICTo hoc vid. *Menag. Amoen. iur. ciu. cap. 17. Io. Strauchius in Vitis veter. ICTor. num. X. p. 409. Henr. Theod. Pagenstecher Orat. de Pegaso ICTo, Herborn. 1727. 4. adiecta P. III. Comment. ad Pand. Iur. Ciu. Lemgou. 1728. 4. et Iuri Pegafiano, ibid. 1741. 4.*

l) L. 2. §. ult. D. de Or. Iur. apud Iuuenal. Sat. IV, 76. villicus vrbi dicitur. de quo v. *Drakenborch. Diss. de Praef. Vrb. [add. Guil. Pauw Var. Iur. Ciuil. capita, Hal. 1737. 8. cap. II. de Praef. Vrb. cur villicus dicatur, et Herm. Cannegieter Obs. Iur. Rom. lib. III. c. 7. p. 259. sq.]*

***) Vocabulum ipsum in libris iuris ciuilibus non occurrit.

m) *Grot. Flor. Spars. ad Ius Iustin. ad §. 5. Inst. de fid. her.*

***) Sed a SCTo Pegafiano sane diuersum est *Ius Pegafianum*. hoc enim continuit consilia, responsa, sententias

tias et opiniones, atque in vniversum omnia scripta Pegasus de iure, cum iura appellata sint ea scripta Ictorum, qui ius respondendi a Principe acceperant, vt intelligitur ex §. 8. *I. de iure nat. gent. et ciu.* auctore Cannegietero l. c., qui Iuuenalem pariter ac eius Scholasten egregie commentatus est.

§. XXIV.

Eiusdem aetatis esse putantur FUFIDIUSⁿ⁾*, qui scripsit libros *Quaestionum*^{o)}: PLAVTIUS, ad quem Neratius, Iauolenus, aliique, Notas scripserunt^{p)}: OCTAVENUS^{**)}, cui saepe testimonium defertur in Pandecte a Ictis^{q)}; VALERIUS SEVERUS, cuius scripta laudantur a Iuliano^{r)}.

n) v. *Cuiac. Obs. I, 9.* et *Grot. de Vit. Ictor. II, 4.*

*) Vitam Fufidii habet *Greg. Maiansius in Comment. Tom. II. p. 273. Iq.*

o) quorum *secundus* memoratur *L. 5. D. de aur. arg. mund. cf. L. 25. D. de manumiss. vind. L. 29. D. de reb. auct. iud. poss.*

***) Non notauit Neratius *ad Plautium*, sed potius *ex Plautio* libros composuit, h. e. ex scriptis Plautii quaedam collegit, vt apparet e *L. 5. §. 1. D. de seruit. praed. rustic.*

p) v. *Wieling. Iurispr. Restit. [p. LXIX.]*

***) De Octaueno vid. *Alb. Gentilem Lib. III. Lib. 4. Epist. cap. 4.*

q) v. *Grot. de Vit. Ictor. II, 5.*

r) *L. 30. D. de negot. gest.* Coniectura est *Grotii de Vit. Ictor. II, 5.* hunc eundem esse, ad quem *Plinius* epistolas aliquot scripsit. Sed nominis similitudinem argumentum fallax esse, demonstrat *Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 12.*

§. XXV.

Sub Nerua et Traiano floruit P. IVENTIVS CELSVS, filius*), Praetor Anno V. DCCCLIV. Consul II. an. V. DCCCLXXXII, Christi CXXIX, sub Hadriano. Proculianus fuisse putatur^{s)}: quamquam

quam saepe sectae suae rationes deseruit**), Scripsit libros *Epistolarum* ¹⁾, libros [XII] *Quaestionum* ²⁾, *Commentarios* ³⁾, *Digestorum* denique libros XXXIX ⁴⁾***). Celebre eius responsum est, Domitio cuidam Labeoni datum ⁵⁾, unde quaestiones infusae vocantur *Domitianae*.

*) De ICTo hoc cf. Io. Strauchius in *Vitis veter. ICT. num. II. p. 12.* et Io. Gottl. Heineccius *Proluf. de P. Iuventio Celfo, ICTo eximio suiue seculi ornamento*, Francof. ad Viadr. 1727. 4. et in *Opusc. Var. Syll. Exerc. XII. p. 503. sqq.*

*) v. Cuiac. *Obs. VIII, 35. XXVII, 12. Mascdv. de Sess. III, 7. p. 75.*

**) De consensu inter Celsum et Iulianum vid. Hubert. Gregor. van Vryhoff *Obscrv. Iur. Ciu.* (Amst. 1746. 8.) cap. XXXV. p. 174. sqq.

*) *Librum XI. laudat Vlpianus in L. 3. D. de minor.*

*) *L. 1. D. de reb. cred. et alibi. Quae Quaestionum librorum ratio fuerit, docent Cuiac. ad Afric. Traç. I. init. Bynkershoek. Exerc. ad L. Leda c. I. p. 7.*

*) *Liber septimus laudatur L. 19. §. 6. D. de iur. arg. mund.*

*) v. Wicling. *Iurispr. Restit. p. 24. Ex eo solo opere fragmenta in Digestis sunt.*

***) Scripsit etiam libros *Institutionum*. Sunt enim *Veteris Scholiastae ad Iuvenal. Sat. VI, 243.* verba haec: *Celsus, orator illius temporis, septem libros Institutionum scriptos reliquit.* Unde immerito videtur mihi Heineccius *Hist. Iur. I, 257.* reprehendere Bern. Rutilium de vit. *ICTor. cap. 58.* in solo librorum numero errantem.

*) *L. 27. D. qui testam. fac. poss. cf. Aeg. Menagii Amoenit. Iur. Ciu. cap. 20.*

§. XXVI.

Aequalis fuit NERATIVS PRISCVS ¹⁾, Traiano gratissimus ac familiarissimus, quem etiam aliquando ille successorem relinquere destinarit ²⁾. Consul fuit, collega Annio Vero ³⁾, postea etiam inter consiliarios Hadriani ⁴⁾. Edidit *Regularum* [libros] XV,

XV, *Membranarum libros VII, Responsorum libros tres* ^{d)}). Laudantur etiam libri eius *Epistolarum* ^{e)}, libri *ex Plautio* ^{f)}, liber *de nuptiis* ^{g)}, et *Notas ad Fulcinium* ^{h)} ^{**}). Ceterum Proculianus fuit ¹⁾ ^{***}).

^{*)} cf. *Car. Beniam. Acoluth. Orat. de Neratio Prisco, veteri Icto*, Ien. 1756. 4. et *Io. Conr. Sichel, V. C. Exerc. de Neratio Prisco Icto*, praeside Chr. Gottlob Richtero defensa, Lips. 1788. 4.

^{a)} *Spartian. Hadr. c. 4. Vfus est Imperator his verbis: Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale contigerit: quorum verborum vim explicat Dodwell. Cambd. Praed. XV^o. p. 518.*

^{b)} *L. 6. D. ad L. Corn. de sicar. incertus autem hic Consulatus est, suffectus haud dubie.*

^{c)} *Spart. Hadr. c. 18.*

^{d)} v. *Ind. Florent. Pand. in Wicling. Iurispr. Restit. p. LXXXV. [et Cuiac. Recitatt. solemn. ad Neratii Prisci libros duos Responsorum in Opere Metadromo, (Francof. 1600. 4.) p. 105. sqq. et Oper, Tom. VI. p. 601. sqq. edit. Neapol.]*

^{e)} *L. 12. §. 35. [et 43.] D. de instr. vel instr. legat.*

^{f)} *L. 5. [§. 1.] D. de seru. praed. rust.*

^{g)} *Gell. N. A. IV, 4.*

^{h)} *L. 43. D. de mort. causs. donat.*

^{**}) Hoc falsum; neque villo modo e *L. 43. D. de mort. causs. donat.* demonstrari potest, Neratium notas ad Fulcinium scripsisse. De PRISCO FULCINIO ipso, quem post Labeonis tempora vixisse et *de rebus dotabilibus* scripta quaedam edidisse constat, vide *Alb. Gentilem Lib. III. Lett. et Epist. cap. 4.*

¹⁾ v. *Mascov. de Sed. III, 8. p. 76.*

^{***}) Ex eius scriptis supersunt partim fragmenta pura, partim citata.

§. XXVII.

Isdem temporibus floruit PRISCUS IAVOLENVS ^{*)}, Coelii Sabini auditor ^{b)}: qui ex Praetura Syriae et Africae praepositus fuit ¹⁾. Diligenter de iure respondit, sed interdum dubiae sanitatis habitus est ^{m)}. Scripsit *ex Cassio libros XV* ⁿ⁾, *Epistolarum libros*

libros XIV, ad Plautium libros V, Libros ex Posterioribus Labeonis, et Librorum Labeonis Epitomen o) ***).

*) cf. Gottl. Aug. Ienichen Liber singul. de Prisco Iauoleno, ICTo incomparabili, Lips. 1734. 4. Hieron. van Alphen Spicilegia de Iauoleno Prisco ICTo, et Specimen Observationum ad quaedam eiusdem fragmenta in Pandectis obuia, Trai. ad Rhen. 1768. 4. in Oelrichs Thes. nouo Diss. Belg. Vol. III. Tom. I. p. 1. seqq. Io. Gottl. Lindneri Prolus. de Iauoleno Prisco ICTo, Arnstadii 1770. 4.

k) L. 2. §. 47. D. de Or. iur.

l) L. 5. D. de pmanum. vind.

m) Plin. ep. VI, 15. **) a quo crimine eum defendere conatur Ienichen Diss. de Iauoleno Prisco Lips. 1734. 4. §. 12. p. 23. Sed parum acute. Diserte enim Plinius id adfirmat, nec aliter intelligi verba eius possunt: (v. ibi Gesner.) contra cuius testimonium ratiunculis contortis dicere velle, quid aliud est, quam litteris abuti et otio? Quasi vero de iure respondere non possit, qui idem interdum dubiae sanitatis esse videatur.

**) Hunc Plinii locum commentatus est Franciscus Sarmiento, ICTus Hispanus, lib. II. selection. cap. I. quem laudat Delrio ad Senecae Medeam, p. 113.

n) L. 21. §. 2. D. de adquir. vel amitt. poss. etc. v. WIELING. Iurispr. Restit. p. 48. sq.

o) quae duo scripta quomodo differant, docet Merill. Obs. V, 38.

***) Sunt ex eius scriptis plurima fragmenta, eaque pura in Digestis.

§. XXVIII.

Eiusdem aetatis est T. ARISTO *), quem Plinius p) velut omni laude cumulatissimum ICTum praedicat. Scripsit ad Cassium q), ad Sabinum r), ad Libros Posteriorum Labeonis s), Decretorum Frontinianorum t) librum **). Laudat librum eius de Furtis, ex Gellio u), Heineccius. Sed perperam.

*) v. Alb. Gentilis Lib. III. Lect. et Epist. cap. 4. Io. Robertus Lib. III. Animadu. Iur. Ciu. cap. 22. et Io. Strauchius Viti. Vetti. ICTor. num. XII. p. 97.

- p) *Plin. ep. I, 22.* [Conf. *Lib. VIII. epist. 14.*]
 q) *L. 7. §. 3. L. 17. D. de usufr.*
 r) *L. 6. D. de vs. et hab. L. 3. §. 1. D. de pen. leg.*
 s) *L. 17. §. ult. D. de hered. inst.*
 t) *L. ult. D. de acquir. vel mitt. poss.* Quid *Decreta Frontiniana* sint, nemo adhuc pro certo definire potuit. *Decreta magistratus alicuius Frontini*, forte *Practoris*, fuisse necesse est. *Ritterus* ad *Heinecc. Hist. Iur. I, 212.* putat, esse *decreta M. Cornelii Frontonis*, qui a. Chr. C. cum *Traiano Cos.* fuit. Sed ipsum nomen nonnihil dubitationis mihi quidem adfert.
 **) *T. Aristo* nactus est interpretem *Laur. Santos de San Pedro*, qui scriptus adhuc seruator, teste *Maiansio Praef. ad XXX. Ictorum fragm. §. XXI.* Ceterum *Proculianus* fuit, cuius fragmenta non pura quidem, sed citata tamen, extant.
 u) *Gell. N. A. XI, 18.* quo loco dicit, se de furtis aliquid in libro *Aristonis* legisse. Id autem etiam potuit in libro *Posteriorum Labeonis*, vel alio quo, legere.

§. XXIX.

MINUCIUS NATALIS, ad quem *Proconsulem Traianus* rescripsit x): *Sabinianus*: libros eius *Iulianus Notis* illustrauit y).

x) *L. 9. D. de fer. cf. Cuiac. Obs. VII, 2.* et dicta in *Traiano p. 173.*

y) *Cuiac. Obs. X, 4.* [Quid vero scripserit, ignoramus.]

§. XXX.

LAELIUS FELIX **), quem ad *Hadriani* usque aetatem vixisse constat z). Scripsit ad *Q. Mucium* a).

) v. *Maiansii Laelius Felix, Tom. II. p. 208.*

z) *L. 3. D. si pars hered. pet.*

a) *Gell. N. A. XV, 27.* v. *Geo. Arnald. Var. Coni. II, 29.* p. 400. Atque ex eo libro esse videtur, quod ex eius testimonio refertur in *L. 3. D. si pars hered. pet.* de muliere *Alexandrina*, quinque liberos vno partu enixa. Quod exemplum referunt quoque *Caius L. 7. D. de reb. dub. Iulianus* in *L. 36. D. de solut. Phlegon. Trall. de Mirabil. c. 29. Capitolin. in vit. Anton. Pii c. 9.* Neque

Neque tamen de eadem muliere, eodemque tempore, omnes videntur tradere. conf. *Rigalt. ad Tertull. de anim. c. 17. Fabrott. Select. Exerc. II. in Thes. Otton. T. III. [p. 1171.] Bynkershoek. Obs. III, 8. [Supersunt nulla fragmenta.]*

§. XXXI.

Horum temporum haud dubie sunt etiam ARRIANVS^{*)}, qui de *Interdictis* scripsit^{b)}: SERVIIVS^{c)}, et VIVIANVS^{d)} denique^{**)}; obscuro ceteroqui^{***)}.

*) cf. *Maiansii Arrianus, Tom. II. p. 218.*

b) *L. 11. D. de hered. petit.*

c) *L. 10. D. de iur. patron. Ceterum Bynkershoek. Obs. V, 23. p. 125. in L. laud. pro Servilio rescribendum putat Ceruidium. Perperam mea quidem sententia. Nam etsi hodie de Servilio Icto nihil certi constat, non tamen inde consequens est, ut suo tempore non potuerit illustri loco ac numero esse.*

d) *L. 17. §. 4. D. commodati.*

***) De *Viviano* vide *Alb. Gentilem, Lib. III. Lect. et Epist. cap. 4.*

****) Nec silentio praetereundi *CARTILIVS Ictus*, de quo *Maiansius, Tom. II. p. 189. sq. CAMPANVS*, de quo *Menag. Annot. Iur. Ciu. c. 37. et Maiansius ibid. p. 197. sq. VARIUS LVCVLLVS*, de quo *Idem ibid. p. 203. sq.*

§. XXXII.

Atque hi sunt Icti, quos quidem ab Augusto inde usque ad Hadrianum illustratos constat. Ceterum cum ab Augusti inde aetate Responsa Ictorum, ut supra monuimus, magnae in iudiciis auctoritatis fuerint, facile est ad intelligendum, plurima capita ex eorum responsis in iurisprudentiam venisse, atque auctoritatem obtinuisse perpetuam, rebus iudicatis. Ut vnum tantum exemplum, idque illustre, commemorem: *Portio Legitima* haud dubie, ex interpretatione *Legis Falcidiae*, a Ictis inuenta est,

rerumque deinde perpetuo similiter iudicatarum auctoritate certo conualuit e). Quare etiam quibusdam in locis Digestorum et Codicis Legitima Portio vocatur *Falcidia* f). Itaque egregie errant, qui Legitimam Portionem ex aliqua Lege profectam autumant *).

e) v. *Schulting. ad Paull. Rec. Sent. III, 8, 3. in Iurisprud. Anteiust.* p. 381. *Ian. a Costa ad pr. Inst. de inoff. testam.* et ad *c. Raynutius X. de testam. Iac. Gothofr. Comm. Cod. Theodos. ad L. 4. et 5. de inoff. testam. T. I. ed. Ritteri* p. 204. sq. Ceterum de *Legitima Portione* scripserunt *Chiffletius*, et *Westenbergius*.

f) *L. 8. §. 9. D. et L. 31. C. de inoff. testam. et aliis locis.*

*) Sed errant iidem, Ictis saepe iuris capita vindicaturi, quae a legibus ipsis repetenda sunt. Sic v. c. *peculium quasi castrense* vulgo Ictorum, qui hac aetate inclaruerunt, inuentum esse contendunt, cum constet, natales suos id debere principum constitutionibus. Vnde emunctioris nasi Icti *Alexandro Seuero* hoc tribuendum existimant. Sed aduersus hos omnes accurate disputavit, et, *peculium quasi castrense* a *Constantino M. demum*, *Constantino A. VI.* et *Constantio Coss.* adeoque an. Chr. CCCXX. introductum esse, indubitatis nuper argumentis, ac potissimum e *L. vn. C. de castrensi omnium palatinorum peculio*, demonstrauit *Iac. Voorda* *Diss. doctiss. de peculio quasi castrensi, veteribus Ictis incognito*, *Lugd. Bat. 1780. 4.*

S E C T. VII.

De rebus iudicatis

sive

Disputatione fori.

§. I.

His etiam temporibus, non dubium est, quin multa iura rerum similiter iudicatarum decretarumque auctoritas constituerit, aut firmaverit. Quorsum enim Iureconfulti res iudicatas, atque decreta etiam, tam diligenter collegerint, nisi ex iis multa iuris capita extitissent? Labeo quidem, ut supra vidimus, scripsit libros *Practoris Urbani*, ac libros *Practoris Peregrini*, quos rerum iudicatarum exemplis maxime repletos fuisse, proxime verum est ^{a)}. Aristonis *Decreta Frontiniana* quo alio consilio scripta esse potuerunt? Sed maxime tamen ipsorum Imperatorum, in iurisdictione et cognitionibus reddita, decreta videntur auctoritatem sequentibus praebuisset ^{b)}, et in consuetudinem abiisse.

a) v. *Conrad. Pavig. l. 1, 14. p. 28.*

b) cf. *Zach. Ios. Amende, Resp. Wodiczka, Fasces Consulares, seu, XII. Senatuscons. Prag. 1715. 4. et Io. Teoph. Seger Disputatio fori ab Augusto Imp. sublata. in Eius Observatt. iur. civil. Lips. 1767. 4. Obs. I.*

§. II.

In omnibus autem, quae quidem disputatione fori, hac aetate, constiterint, capitibus, nullum illustrius est, *Quarta Legitima*, quae, ut supra dixi, Ictorum interpretatione, ex rationibus Legis Falcidiae, inuenta, rebus iudicatis, et usu fori comprobata, auctoritatem tenuit suam.

CAP. II.

DE

IVRISPRVDENTIA NOVA

AB

HADRIANO VSQVE AD CONSTANTINVM M.

SECT. I.

De Statu publico.

§. I.

Ab HADRIANO Imperatore vt respublica multis in rebus, ita et iurisprudencia, inprimis Praetoria, formam accepit nouam. Itaque iure ab eo nouum *Iurisprudenciae nouae* caput exordimur. Is Hadrianus, mortuo Traiano, artibus Plotinae Augustae^a), ad imperium peruenit anno V. DCCCLXX, Chr. CXVII, ab exercitu Antiochiae Imperator et Augustus salutatus, cui Senatus deinde auctoritatem addidit suam^{*}). Primum omnium prouincias a Traiano subactas fere omnes, inuidia, vt traditur, deseruit, finemque imperij in oriente Euphratem rursus statuit: pacis inprimis amantissimus. Volebat enim, propter Virgilianas^b), quae consulenti ei olim exierant, sortes, Numae Pompilii in omnibus rebus quam simillimus videri^c). Quare etiam Legibus rempublicam et imperium condidit: ius honorarium, adfiduis varietatibus mutationibusque singulorum Praetorum magistratuumque obnoxium antea, et eam ob causam incertum, vehementerque impeditum, ipsamque adeo iurisdictionem, composito per Iulianum ICtum Edicto Perpetuo, ad certam perpetuam-

tuaque formulam redegit: ut suo loco tradetur. Prouincias imperii Romani liberalitate egregia subleuauit, cum ipsas prouincias fere omnes peragrasset, uisendi loca memorabilia, peregrinandique studio^d). *Aduocatum*, siue *Patronum fisci*, qui, cum de fisci commodis ageretur, eas causas apud magistratus et in iudiciis oraret, instituit^e). Italiam, in quatuor prouincias diuisam, *Consularibus* regendam administrandamque dedit^f). *Senatus* iudiciis eam vim dedit, ut ab iis ad se prouocari non posset^g). *Equites* Romanos ab *Epistolis* ac *Libellis* suis habuit^h). *Officia Palatina* et militaria, et publica ad eam formulam redegit, in qua fere usque ad Constantinum M. persisteruntⁱ). In iudiciis priuatis id mutasse uidetur, ut electio, recusatio, reiectio iudicis cessaret^k). Iudicum sumtus constituit, et ad antiquum modum reduxit^l). A Iureconsultis ius respondendi non peti, sed ab iis praestari uoluit, qui fiduciam studiorum haberent^m). Ceterum semper aliquot *ICTos* in suo consilio habuitⁿ): unde exemplum sequentes Imperatores cepisse uidentur. *Rem militarem* disciplinamque diligentissime constituit^o): quae instituta deinde semper fere pro Legibus ualuerunt^p). Adoptauit *Antoninum Pium*, eique *Marcum Antoninum* et *L. Verum* adoptandos dedit^q). Mortuus est e grauiissimo ac diuturno morbo, membrorum prope omnium dolore, quo ita excruciatu^s est, ut vim doloris non ferens, saepe uim sibi adferre conatus sit. Imperauit annos XX, menses X, dies XXIX. Ceterum Princeps fuit litteris omnibus perpolitus^r), ac litteratorum amantissimus, modestus, liberalis, civilis; rei militaris peritissimus: in continenda tamen disciplina seuerus, crudelitatis suspicionem atque crimen non satis uitauit: neque inuidiae labem effugit.

- *^a) Vitam Hadriani enarrauit *Aelius Spartianus*, qui inter Scriptores Histor. Aug. primum locum occupat: de eius institutis autem exposuit *Renatus Botteranus* singulari libello: *Hadrrianus Legislator*, Par. 1604. 8. et in *Hofmanni Hist. Iur. Vol. II. P. II. p. 129. sq.*
- a) *Spart. Hadr. c. 4.*
- b) *Virg. Aen. VI, 809.*
- c) *Victor. Schottz c. 14. conf. Dodwell. Cambd. Praed. VII. p. 295. sq.*
- d) *Spart. Hadr. c. 12. sq. et c. 17.*
- e) *Spart. Hadr. c. 20. ad q. l. v. Salmaf. of. Guther. de Off. Dom. Aug. III, 1.*
- f) *Spart. Hadr. c. 22. conf. Guther. de Off. Dom. Aug. I, 44. [et Ios. Foscani Iuris publ. rom. arcan. Tom. II. P. I. p. 42. sqq.]*
- g) *Spart. Hadr. c. 22.*
- h) *Spart. l. c.*
- i) *Aur. Viß. in Hadr.*
- k) *L. 47. D. de iud.*
- l) *Spart. Hadr. c. 22. [v. tamen Salmafium, qui emendandum censet.]*
- m) *L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.*
- n) *Spart. Hadr. c. 18.*
- o) *Spart. Hadr. c. 10. Dio Cass. Lib. LXVII. p. 792. Veget. de Re Milit. I, 8. et 27. [add. Salmaf. ad Spart. Hadr. c. 10. p. 83.]*
- p) *Veget. de Re Milit. l. c. atque adeo creduntur libri Mauricii τακτικῶν fere ex institutis Traiani, Hadrianique compositi esse. Hadriani τακτικὰ tempore Anastasii Imp. Urbicius edidit: v. Salmaf. ad Spart. l. c. Ceterum non improbabile est, morem ignis Augustus praefereendi sub eo inualuisse. Nam post eum sub Antoninis iam reperitur, nondum autem ante eum. cf. de Igne Augustis praelato, Eschenbachii Diss. in Diss. Acaed. [Docta etiam de hoc more Diatribe: Sur l'ancien usage de porter du feu devant les Empereurs, legitur in Comm. Acad. Inscriptt. Tom. XXXI. p. 153.]*
- *^a) Quidam Verum cum Marco a Pio adoptatum esse volunt, alij Verum non cum Marco, sed a Marco adoptatum esse aiunt, vid. *Io. Lud. Conradi Diss. de Q. Ceruid. Scaevola*, Lips. 1755. 4. p. 13. et in *Opus. Brem. 1777. 8. Vol. I.*

***) v.

***) v. *Car. Christ. Woog* Prol. de eruditione Hadriani Imp. et libris ab eo scriptis, Lips. 1769. 4. De scriptis ac libris potissimum catacrianis, quos ab Hadriano compositos esse commemorat *Spartian. vit. Hadr. cap. 15.* multae multorum coniecturae extant: vnde ex instituto hoc argumentum tractarunt: *Chr. Gottl. Joecherus* Pr. de Hadriani Imp. libris catacrianis, Lips. 1741. 4. *Phil. Cattierus* in *Gazophylasio graecorum*, cum auctario *Frid. Lud. Abresch*, Trai. ad Rh. 1757. *Ios. Lud. Ern. Püttmannus*, Epist. de Hadriani Imp. libris catacrianis, Lips. 1778. 8. Nouissimo idem argumentum attigit *M. Moulines*, cuius commentatio *Super scriptoribus historiae augustae* occurrit dans les nouveaux memoires de l'academie royale de Berlin pour l'année 1780. p. 545.

§. II.

ANTONINVS PIVS *), cognomen siue a mi-
nifica in Hadrianum pietate, siue a lenitate, ade-
ptus †), imperium suscepit anno V. DCCCLXXXI,
Chr. CXXXIIX. Summa in eo temperantia, mo-
destia, et continentia fuit: imperatorium fastigium
ad summam ciuilitatem deduxit ‡): per totum fere
Principatus sui tempus, pacatum ab omni externo
bello imperium tenuit: atque eam ob causam Nu-
mae Regi similis dictus est §). Imperauit annos
XXII, menses VII, dies XXVI. In Digestis voca-
tur *Diuus Pius* ¶).

*) cf. *Roberti Keuchenii Antoninus Pius, siue, in vitam Antonini Pii, boni principis, excursus politicus*, Amst. 1667. 12.

g) *Capitolin. vit. Ant. Pii, c. 2.* [add. *L. 1. §. 2. D. a quib. app. non licet.*]

†) *Capitolin. c. 6.*

‡) *Capitolin. c. vlt.*

§) Sunt, qui in Digestis nomine *Hadriani* interdum *Antoninum Pium* intelligant: propterea quod hic ab Hadriano adoptatus nomen quoque eius gesserit. Sed falso. v. *Nordkerk. Obs. c. V. p. 96. sqq. et c. VI. p. 120. sq.* [cf. tamen, quae nuperrime prolata sunt a

viro Cl, mihique amicissimo, *Car. Frid. Christ. Wenckio* in *Comm. ad Leges Imp. Titi Aclii Antonini Pii*, Lips. 1804. 4. *Spec. I. p. 5. sq.*]

§. III.

Eo mortuo imperium venit ad M. AVRELIUM ANTONINUM *), anno V. DCCCCXIV, Chr. CLXI, iam viuo Hadriano ab Antonino adoptatum, Caesaremque creatum. Is simulatque a Senatu delatum sibi imperium recepisset, fratrem adoptivum L. VERVM collegam sibi adsciuit, Augustumque dixit: eoque tempore primum Romanum imperium a duobus Augustis pari potestate, atque auctoritate, administratum est. Atque hi sunt, qui in Digestis vocari solent *Diui Fratres*, vel *Antonius et Verus Augusti*: dissimillimis ingeniis, ac moribus. Nam ille studiis doctrinae deditus, indeque *Philosophus* cognominatus summo iure, iustitiam, temperantiam, fortitudinem, atque clementiam omnibus civibus probabat: huius contra libidinem, ac flagitia, non multo post acceptum imperium erumpentia, omnes execrabantur: quo mortuo demum *Marci* virtutes in clarissimo lumine adparuerunt. Ac huic Imperatori ea reipublicae tempora contigerant, quibus egregias virtutes demonstrare posset, et exercere. Nam non solum bellis gravissimis adpetitus, fortitudinem et constantiam; in angustiis aerarii, bonitatem, atque clementiam: sed etiam in adversariis adversus eum coortis lenitatem atque moderationem summam, veluti in Auidio Cassio, qui imperatoriam dignitatem inuaserat, eiusque liberis; in constituendo denique imperio, prudentiam egregie probavit. Id vnum reprehenditur, quod in ferendis filii COMMODI moribus indulgentissimus fuit: quem etiam viuus collegam imperii adsumsit: vnde in Digestis constitutiones reperiuntur ab *D. Marco*

cum

cum filio Commodus factae ⁿ). Ceterum huius Marci Imperatoris libri *πρὸς ἑαυτὸν*, ex interiori morum et philosophiae disciplina scripti, etiamnum hodie supersunt. Mortuus est in Germania, cum annos XIX, dies XI, imperasset: filium heredem et successorem reliquit: felicior, atque illustrior futurus, si filium non reliquisset. In republica nihil mutavit, praeterquam quod *Praetorem Tutelarem*, qui tutores in vrbe daret, causasque tutelares cognosceret, primus instituit ^{*)}: ius autem magis vetus restituisse, quam novum fecisse, traditur a Capitolino ^{*)}. *Iuridicos* loco Consularium in Italia constituit ^{*)}.

^{*)} cf. Io. Ortow. *Westenbergii Diuus Marcus*, Lugd. Bat. 1736. 4. p. 1 — 19.

^{*)} Saepe in Digestis occurrit *Diuus Marcus et Commodus*, vel *Antoninus et Commodus filius*, rescripserunt. Sunt etiam loca, ubi *Antoninus* siue *Marcus et Commodus*, simpliciter, non adiecto nomine filii, rescripsisse traduntur: in quibus locis, sunt, qui putent, nomine *Commodi* L. Verum intelligi oportere: quod aliis in locis eadem constitutio tribuatur *Diuis fratribus*, id est, Marco et L. Vero: posse autem intelligi, quia *Verus* etiam nomen *Commodi* habuisse legatur. Sed falsum id est. Primum enim L. Verus etiam antea, quam Augustus fieret, proprie *Commodus* appellatus est, idque nomen etiam habet, ubi omnia eius nomina coniunguntur: demonstrari tamen non potest, cum, postquam Imperator factus esset, interdum simpliciter vno nomine appellari *Commodum*. Quis vero concoquere possit, scriptores cum simpliciter *Commodum* appellaturos fuisse, cum Marci filius id nomen praecipue haberet, facileque indo confusio oriri posset. Denique non necesse est, id statuere: cum eadem res et antea a Marco et Vero, et postea ab eodem Marco et Commodus filio, rescripta esse potuerit. Quis enim nescit, cum Rescripta non de iure constituendo, aut nouo, sed de constituto, edita fuerint ad libellos, vel relationes, saepe eandem

dem Rescriptorum plurium, diuersis temporibus, sententiam esse debuisse? Ceterum conf. quae dixi in *Ephemeridibus iurid.* quae inscribuntur *Critica*, T. II. Vol. I. p. 47, et Vol. VI. p. 552.

x) §. 3. *Inst. de Atil. tutor. Capitolin.* in *Marc.* c. 10. cf. *Ios. Castalio Var. Lect. VI, 4.* in *Grut. Lamp. Crit. T. IV.* p. 577.

y) *Capitolin. Marc.* c. 11.

z) *Capitolin. ibid.*

§. IV.

COMMODOVS*), mortuo patre, solus imperium adeptus anno V. DCCCCXXXIII, Chr. CLXXX, Neroni, quam patri, siue potius belluae, quam homini, similior, in omni genere nequitiae, libidinis, auaritiae, crudelitatis denique, volutatus est. Urbem Romam coloniam *Commodianam* adpellare, atque incendere voluit: sed deterritus est a familiaribus^{a)}. Classem *Africanam*, si frumenta forte Alexandrina cessassent, subsidio futuram, instituit^{b)}. Occisus est, post imperium XII. annorum, VIII. mensium, XIV. dierum.

*) cf. *Petr. Wesseling. hist. iurid. prior de M. Aurelii Commodi Antonini vita, gestis, moribus et morte*, Ultrae. 1753. 4.

a) *Lamprid.* c. 17.

b) *ibid.*

§. V.

Interfecto Commodo, ad imperatorium fastigium sublatus est ab ipsis illius intersectoribus PERTINAX^{a)}: qui patre libertino atque inopi natus, industriis, virtutibusque suis ad summos quosque honoris gradus ascenderat, ac Praefecturam Urbis tum administrabat, annos amplius sexaginta natus. Is eum licentiam militum Praetorianorum coercere, ac vitia emendare instituisset, militibus inuisus, ab iisdem

dem tertio imperii mense, impetu facto, trucidatus perit ^{c)}). Princeps, si ex cetera vita et talibus iniitiis aestimetur, vtilissimus reipublicae futurus, si diutius imperasset.

^{a)} vid. *Aug. Frid. Schott. Diss. de vita et constitutionibus D. Pertinacis*, Lipsi. 1772. 4. P. I. p. 2—21.

^{c)} *Capitolin. vit. Pertin. c. 11. Herodian. II, 5.*

§. VI.

Post eum DIDIVS IVLIANVS, proavo Salvio Iuliano ICto ortus ^{d)}), a militibus Praetorianis imperium, licitatione facta, competitoribus superatis, mercatus est. Putabatur conscius ac particeps fuisse caedis Pertinacis. Qua re cum Senatui civibusque admodum inuisus esset, militumque etiam odium, [promisso] pretio non soluto, contraxisset, neque praeterea vlla re administrationem imperii probaret cuiquam, destitutus ab omnibus, altero post acceptum principatum mense, occisus est, Severo Imperatore ab omnibus adpellato ^{e)}): cum praeterea etiam Pescennius Niger in Syria Imperatoris nomine suscepto descivisset.

^{d)} *Capitolin. Iulian: init.*

^{e)} *Capitolin. c. 9. Herodian. II, 12.*

§. VII.

L. SEPTIMIUS SEVERVS ^{f)}), natione Afer, Imperator factus anno V. DCCCXLVI, Christi CXCIII, cum duos sibi paratos graues aduersarios vidisset, PESCENNIVM NIGRVM in Syria imperatorem salutatum, et CLODIVM ALBINVM in Britannia desciscentem, illum vi et armis debellavit, alterum primo dolis et arte adgressus, cum Caesarem etiam adpellasset, postea aperte Marte superavit. Natura seuerus et saevus, victoria potitus, tam crudeliter

liter in aduersarios suos partiumque reliquias faeuit, ut faeuitia cum fortitudine videretur certare. Quapropter, mortuo eo, Senatus de eo iudicauit, eum aut nasci non debuisse, aut non mori, quod et nimis crudelis, et nimis reipublicae utilis fuisset¹⁾. Commodum in Diuos retulit, odio Senatus 8). Saluii Iuliani decreta, odio decessoris Didii Iuliani, iussit aboleri, nec obtinuit^{h)}. Primus rei priuatas *Procuracionem* instituitⁱ⁾. Alexandrinis *iur. balnearum* reddidit^{k)}. Mortuus est Eboraci in Britannia, aegritudine animi maxime, cum vallum per XXXII. millia passuum a mari ad mare duxisset. Imperauit annos XVII, menses VIII, dies XXI. Princeps, si a crudelitate discesseris, reipublicae utilissimus.

*) De Septimio Seuero cf. *Laur. Patanol Series Augustarum, Augustarum, Caesarum et Tyrannorum omnium, tam in Oriente, quam in Occidente, a G. Iulio Caesare ad Carolum VI. Venetiis 1740, m. 8. p. 30.*

f) *Spartian. Seuer. c. 18.*

g) *Spartian. c. 17.*

h) *ibid.* id autem haud dubie de Edicto perpetuo **) intelligendum est.

**) Minime gentium. Decretorum enim nomine non comprehenditur Edictum perpetuum: deinde vero contextus ipse docet, in loco Spartiani pro *Saluis* legendum esse *Didium Iulianum*.

i) *Spartian. c. 12. v. ibi Salmas.* [qui tamen refellit Spartianum.]

k) *Spartian. Seuer. c. 17. v. supra Lib. III. c. 1. [Sect. I.] §. 24.*

§. VIII.

Successit ANTONINVS CARACALLA, Seueri filius, anno V. DCCCCLXIV, Chr. CCXI, Caesar et Augustus iam a patre adpellatus: monstrum hominis, Caligulae simillimus. P. SEPTIMIUM GETAM, fratrem Germanum¹⁾, a patre consortem ac parti-

participem imperii relictum, ipse sua manu, in gremio matris obruncauit ^{m)}; Papinianum Ictum Praefectum Praetorio, probare ac defendere caedem Getae recusantem, occidit ⁿ⁾; omninoque saeuissimus, libidinosissimus, intemperantissimus fuit. Bellum cum Parthis et Persis gessit; cumque alteram in eos expeditionem faceret, occisus est a Macrino, Praefecto Praetorio. Imperauit solus, annos VI, menses duos. Ciuitatem omnibus in imperio Rom. uiuentibus ingenuis dedit ^{o)}, decimamque hereditarium, loco Vicesimae, instituit ^{p)},

d) *Spart. Get. c. 7. et Seuer. e. 20.* eum consanguineum fratrem fuisse, tradit, cum [*Dio Cass. et Herodian.*] *Iuliam*, Getae matrem, Caracallae noueram fuisse prohibent. Sed fide dignior est *Dio Cass.* qui *Lib. LXXVIII.* p. 882. eam *Iuliam* ipsius quoque Caracallae matrem fuisse prodit, germanumque adeo fratrem Getam. v. *Tillemont. Hist. Imp. Animadu. ad vit. Caracall. T. III.* P. I. p. 394. et *Pagi Crit. Bar. ad a. 211.*

m) *Herodian. IV, 4.*

n) *Spartian. vit. Carat. c. 4.*

o) *Dio Cass. Lib. LXXVIII. Exc. Peiresc. p. 744. L. 17.* *D. de stat. homin. v. P. Barm. de Feckg. Pop. R. c. XI.* p. 178. *Spanhem. Orb. R. II, 5.* [et *Io. Christ. Frid. Meiser Diss. de Antonino Caracalla, uero ciuitatis per orbem rom. propagatore, Vratislau, 1793. 4.*]

p) *ibid.*

§. IX.

M. OPILIUS MACRINUS post haec, per milites largitionibus corruptos, imperium adeptus est, a. V. DCCCCLXX, Chr. CCXVII. Is libertino genere humilique ortus, industria sua per gradus ad Praefecturam Praetorio peruenerat: quam tunc gerebat, cum caedem Caracallae perpetraret. Inuito imperio, statim filium DIADUMENIANUM dixit Caesarem ^{q)} et postea Augustum. Impetauit flagitiosissime per quatuordecim menses: quibus exactis cum filio

filio occisus est.¹ Ceterum in iure non incallidus habitus est²): qui statuerit omnia rescripta veterum Principum tollere, vt iure, non rescriptis, ageretur, nefas esse dicens, Leges videri Commodi et Caracallae et hominum imperitorum voluntates, cum Traianus numquam libellis responderit, ne ad alias causas facta producerentur, quae ad gratiam composita viderentur³).

q) *Capitol. Macrin. c. 10.*

r) *Capitolin. c. 13.*

s) *ibid. v. de hoc eius consilio, quod probauit Gothofred. de Cenotaph. p. 13. egregiam Schulting. Diss. pro Rescriptis Imp. Rom. [cf. Ias. Gothofredus et Io. Dns. Ritterus ad Cod. Theodos. Tom. I. p. 26.]*

§. X.

Nanciscitur anno V. DCCCCLXXI, Chr. CCXIX, impetium [M. AVRELIVS ANTON.] ELAGABALVS, Antonini Caracallae filius, creditus^{*)}. Is cum sacerdos dei in Syria, qui nomine Elagabali colebatur, esset, vnde etiam nomen illi haesit, auiae matrisque⁴) arte et largitione a militibus lectus est Imperator; egregia forma iuuenis, sed turpissimo animo, et teterrimis moribus. Quos quidem per annos tres et menses nouem, quibus imperauit, ita exseruit, vt nullum scelus, nullum flagitium, nulla libido esset, quam non et cupidissime adpeteret, et promptissime exerceret^{**}). Infans sumptibus, atque damnis, omnes reipublicae vires exhaustit. Tandem diis hominibusque inuisus, facto in eum impetu, occisus, et in Tyberim tractus est⁴).

*) In diuersorum, quae Elagabalus iniit, matrimonio-
rum ordine definiendo cum dissentiant Dio Cassius et
Herodianus: elegans nuper prodiit Diatribe Bellezi
(*Memoire sur l'ordre chronologique des Imperatrices, som-
mes d'Elagabale par M. l'Abbé Belley; in Commentt. Acad.
Inscriptt. Tom. XLII. p. 60. qui Tillemontii et Mazzo-*
lani,

leni, Herodianum sequentium, opinioni accedit, eamque nummis nouissime repertis, neque Mazzoleno dans ses observations sur les médaillons du cabinet de Pisani, T. II. p. 138. cognitis confirmat. Restituit autem seriem istorum matrimoniorum ac tempus ea ratione, ut Elagabalus a. V. CCXIX. Iuliam Corneliam Paulam, a. CCXX Aquiliam Seueram, a. CCXXI Anniam Faustinae, et, facto sub finem eiusdem anni diuortio, iterum Aquiliam Seueram in legitimam vxorem asceverit.

f) Auiã erat Iulia Maesa, soror Iuliae Domnae, Seueri vxoris, mater Soaemis: vtraque turpissimae vitae, sordidissimi ingenii.

***) Variæ sunt veterum scriptorum de Antonini Elagabali imperii annis sententiae. Dio Cassius, qui eadem, qua Elagabalus, ætate vixit, eum annos tres, menses nouem, et dies quatuor regnasse tradit. Herodianus, qui eodem tempore scripsit, eum sexennium imperasse narrat. Ab his rursus alii historici discrepant pariter ac nummi: vnde variæ quoque recentiorum diuersæque sententiae emerferunt. Chronologi vero tantum non omnes Dionem secuti sunt. Dionis sententiam cum numismatibus conciliare et contra alios adstruere adlaborauit *Virginus Valsechi* Diss. historico-chronologica de *M. Aurelii Antonini Elagabali tribunitia potestate* V. Florent. 1711. 4. Sed contra Valsechium calamum strinxit *Philippus a Turre*, duabus scriptionibus: *de annis imperii M. Aurelii Antonini Elagabali, et de initio imperii Iustini Iun. a nummum Anniae Faustinae* diss. apologetica, Patav. 1713. 4. *De annis imperii M. Antonini Elagabali ac de initio imperii Seueri Alexandri* diss. apologetica II. addita auctoris vita, a Iusto Fontanino notis aucta. Item Franc. Treccii Orat. in funere auctoris, Venec. 1741. 4.

u) *Dio. Cass. Lib. LXXIX. p. 916. Herodian. V, 8.*

§. XI.

Sequitur ALEXANDER SEVERVS, Imp. Elagabali consobrinus, matre Mammaea natus *). Qui cum iam ante ab Elagabalo adoptatus, et Caesar dictus

E e

dictus esset, sublato eo, consensu totius reipublicae, militumque Praetorianorum studio, imperium accepit *), admodum iuuenis XVI. annorum, anno V. DCCCCLXXV, Chr. CCXXII. Matris disciplina et cura egregie educatus et institutus, moribus egregiis fuit, ingenio autem ita mansueto, atque leni, ut per totum imperii tempus nullum sanguinem fuderit: Christianis etiam aequissimus extitit: matris haud dubie instituto, quae Christiana fuisse perhibetur. Egregie rempublicam domi administrauit, maxima et prudentia et iustitia. Romae *Curatores Urbis* **) quatuordecim fecit ex Consularibus, quos audire negotia urbana cum Praefecto Urbis iussit, ita, ut omnes, aut magna pars adesset, cum acta fierent y). *Corpora* omnium artium instituit: hisque ex se defensores dedit: et, quid ad quosque iudices pertineret, definiuit z). *Praefectis Praetorio* Senatoriam dignitatem addidit a), ut *Viri Clarissimi* et essent, et dicerentur ***). Vfus est imprimis ICTis. In bello quoque bene feliciterque rempublicam gessit b), cumque ad bellum Germanicum profectus esset, militum factione opera Maximini ducis vna cum matre occisus est Moguntiae, cum imperasset annos XIII, menses VII, dies XVII c).

*) De Alexandro Seuero cf. *Seb. a Bergen Orat. de vita Alexandri Seueri Imp. laudatissimi*, Viteb. 1583. 4. *Laur. Patarol in Serie laudata*, p. 34. sq. et (*Virginii Valsechii*) *de initio imperii Seueri Alexandri Aug. Dissert.* Florent. 1715. 4.

x) *Herodian. Lib. V. fin. Dio Cass. Lib. LXXIX. p. 915.*

**) v. *Dodicell. Prael. Cambd.*

y) *Lamprid. Alexandr. c. 33.*

z) *ibid.*

a) *Lamprid. c. 21.*

***) Videntur nempe his circiter temporibus primam originem cepisse tres illae dignitates magistratum: *Clarissimi, Spectabiles et Illustres*, quibus addendi, qui sunt

sunt *Superillustrés*, quales erant patricii. Creuit hæc differentia sub Constantino M.

- b) *Herodian. Lib. VI, 6.* in bello Persico felicitate eum vsûm negat. Sed potior nobis est fides *Lamprid. cap. 55. sqq.* qui eam rem ex oratione ipsius Alexandri in Senatu habitâ refert.
- c) Alexandri Seueri vitam et Leges explicauit *Alex. Chassanaeus* in libro, qui inscribitur: *Aur. Alexandri Seueri Imp. R. axiomata politica et ethica, eiusdem rescripta uniuersa commentariis illustrata.* Paris. 1635. 4.

§. XII.

MAXIMINVS, Thrax*), humillimo loco ortus, scelere partum imperium, in initumque anno DCCCCLXXXVIII, Chr. CCXXXV, flagitiose atque crudeliter administravit. Quapropter, post duorum annorum dominationem, GORDIANO, in Africa Imperatore adpellato, imperium ei a Senatu abrogatum est absenti: de qua iniuria cum vindictam sumpturus Romam cum exercitu proficisceretur, in oppugnatione Aquileiae a militibus suis oppressus est^d).

- *) v. *Christ. Gottlieb Schwarz Diss. de Maximino Imperatore in Opusc. quibusd. acad. variis argumenti, colleg. Theoph. Christ. Harles, Norimb. 1793. 4. num. VI.*
- d) *Herodian. Lib. VIII, 5. Capitolin. vit. Maxim.*

§. XIII.

GORDIANIS, patre et filio, Augustis a Senatu ante Maximini caedem adpellatis, seditione oppressis, MAXIMVS et BALBINVS, nobilissimo genere orti, decreto Senatus ante Maximini necem acceptum imperium, occiso eo, tenuerunt anno V. DCCCCLXXX, Chr. CCXXXVII, Caesaremque dixerunt Gordianum, nepotem. Sed cum ambo Imperatores superiores potestate esse tenderent, a militibus, ipsis infensis, occisi sunt^e).

- e) *Herodian. Lib. VIII, 8.*

§. XIV.

Post hos omnium consensu delatum sibi imperium GORDIANVS*); iam ante dictus Caesar, recepit an. V. DCCCCXCI, Chr. CCXXXVIII, vix sedecim annorum puer, Imperium tamen mirifica integritate, continentia, et felicitate etiam, consilio Misitheii foci, per sex annos administravit. Quo mortuo, insidiis ac fraude Philippii Praefecti Praetorio, et in consortium accepti, interemptus perijt f).

*) cf. *Ioach. Mauric. Gul. Baumannus*, V. C. Diss. *Divus Gordianus*, siue de vita et constitutionibus M. Antonii Gordiani III. Imperatoris, Lips. 1792. 4. *Eiusd.* Exercitatio secunda, ibid. 1793. 4.

f) *Capitolin. vit. Gordian. tert. c. 31.* Ceterum fuere, qui quatuor Gordianos, statuerent, fuisse. Princeps huius sententiae fuit *Angelonus* Italus, libro singulari: aduersus quem opinionem vulgarem defendit *Bellorius*. Angeloni opinionem recoxit *Du Bos*, edito libro, qui inscribitur: *Histoire des quatre Gordiens*, [prouvée et illustrée par les medailles,] Paris. 1695. 8. Ei respondit primo *Gallandus*, edito libro: [Lettre touchant l'histoire des quatre Gordiens, prouvé par les medailles,] Paris. 1696. 8. deinde etiam *Cuperus*: *Historia trium Gordianorum*, Dauentr. 1697. 8. Cui obiecit *Du Bos* rursus *Vindicias* [pro quatuor Gordianorum historia,] Paris. 1701. 8. In animo habuit *Cuperus*, et his respondere et totam hanc controuersiam litterariam vno libro complecti. v. *Cuper. Epist. ad Cleric.* p. 348. sed morte praeventus est. cf. *Spanhem. de Vsf. et Praest. Numism. T. II.* p. 243.

§. XV.

Gordiano occiso, imperium anno Urbis DCCCCXCVII, Chr. CCXLIV, suscepit PHILIPPVS, Arabs, qui iam vna cum Gordiano, per milites extorto consortio imperii, aliquot menses pariter imperauisset b): Filium suum Philippum Caesarem et Tribuniciae potestatis consortem, tandemque
 Augu-

Augustum fecit^{b)}. Ludos saeculares^{*)} anno Urbis millesimo fecitⁱ⁾. Christianum fuisse vulgo tradunt^{h)}. Imperavit annos quinque, crudeliter et auare. Seditione militari, vna cum filio, iussu siue impulsu Decii, occisus est.

g) *Capitolin. Gordian. III. c. 29.* Cumque inter eos non conueniret, vterque separatim Leges edidit, sui vnus nomine praescripto, cum alioqui collegae collegarum nomina simul praeponerent. Patet id e *L. 6. C. ad exhibend.* a Philippo data II. *Id. Martias Peregrino et Amiliano Coss.* et ex *L. 6. C. de collat.* a Gordiano edita VII. *Kal. Maii* iisdem Consulibus. v. *Pagi Crit. Bar. ad a. Chr. 244.*

h) v. *Pagi l. c.* et *a. Chr. 247.*

*) Fuerunt circa exitum anni millesimi V. C. anno Christi CCXLVIII. mense natali Imperii Philippi patris celebrati. Ex instituto id docuit *Christ. Gottlieb Schwarz Disp. de tempore ludorum saecularium sub Philippis Augustis celebratorum*, Altorf. 1723. 4. et in *Dis. select. ex recens. Theoph. Christ. Harlesii*, Erlangae 1778. 4. num. VII. p. 203 — 236. In vniuersum autem cf. *Tassinus de saeculari anno et saecular. ludis veterum Roman.* Torn. Nerv. 1641. II. Tom. 4. liber rariss. et *Turretini de ludis saecularibus acad. quaest.* Genev. 1701. 4.

i) v. *Pagi ad a. Chr. 247.*

h) Negat id *Pagius Crit. Bar. l. c.* adfirmat *Tillemont Hist. Imp. Rom. T. III. P. II. in Animadu. p. 824. sqq. **)* Multum ea de re disputatur in epistolis *Cuperi et Sperlingii amoebaeis* in *Poleni Supplement. ad Thesaur. utrumque T. IV. [p. 34 — 49.]* Negantium opinio probabilior est, ea potissimum de causa, quod scriptores Christiani fide dignissimi dicunt, Constantinum M. primum fuisse Imperatorem Christianum.

**) Pluribus hoc contenderunt *de la Faye* singulari libello: *Entretiens historiques sur le Christianisme de l'Empereur Philippe*, Paris. 1690. 8. et *Wetsteinus Praef. ad Origenis dialog. contra Marcionitas*: quorum argumenta fere omnia sub censum vocata refutauimus, ac, Philippum Christianorum sacra et doctrinam non professum esse, ex ipsis veterum auctorum locis probauimus.

baumus in Comment. nostra: *de potis non immunibus*,
Lips. 1779. 4. p. 12—19.

§. XVI.

DECIVS imperium arripuit anno V. MII, Chr. CCXLIX. Is nobili in Pannonia genere ortus, rei militaris peritia consecutus est, vt dux exercitus a Philippo aduersus Gothos mitteretur *): in qua expeditione, a militibus Imperator salutatus est †): filios suos in collegium imperii adsciuit. Aduersus Christianos acerrime saeuit ‡): cum ceteroqui animo magno et forti, neque crudelis esset. In praelio aduersus Gothos vna cum filio periit, anno imperii secundo.

*) cf. *Andr. Blaskovich de Blaskovez historia vniuersalis Illyrici ab vltima gentis et nominis memoria*, (Zagabriae 1794. IV. T. fol.) Tom. I. Diss. II. et III.

†) *Zosim. Lib. I. [cap. 21. 22.] Aur. Viſor.*

‡) v. *Pagi Crit. Bar. ad a. Chr. 250. et Tillemont. Hist. Imp. Rom. T. III. P. II. p. 607. sqq.*

§. XVII.

Suceſſere anno V. MIV, Chr. CCLI, **GALLVS**, et **VOLVSIANVS**, Galli filius, et **HOSTILIANVS**, Imperatores: quod imperium breue et infustum fuit; ac, Hostiliano mortuo, illi duo a militibus trucidati sunt †).

†) *Zosim. Lib. I. [cap. 28.] Aur. Viſ.*

§. XVIII.

Factus anno V. MVI, Chr. CCLIII, Imperator **VALERIANVS**, vir Cenſorius et summae virtutis, summo Senatus militumque Praetorianorum studio, cum Aemilianus Maurus occupatum Principatum per tres menses tenuisset †): filium **GALLIENVM**, a Senatu Caesarem dictum, Augustum intra breue spatium creauit. Turbulentissimo imperii statu vsus est, omni-

omnibus fere, qui prouinciis cum exercitibus praerant, principatum inuadentibus. Ipse bellum cum Persis gerens, a Sapore eorum rege, fraudibus captus, post VII annorum imperium, misera in seruitute consenuit ^P).

o) *Pagi Crit. Bar. ad h. a.*

p) *Zosimus Lib. I. [cap. 36.] Aur. Viſtor. Treb. Poll. vit. Valerian. c. 3.*

§. XIX.

GALLIENVS, capto patre, quocum iam octo per annos imperauerat, ab an. V. MXIII, Chr. CCLX, solus septem annos imperium administravit: homo immani, importunaque natura, libidinibus tantum ac voluptatibus deuotus, desidia ignauiaeque deditus. Quapropter etiam non curauit patrem seruitute miserrima liberare. Tanto autem, propter tot ac tanta vitia, omnibus gentibus odio fuit, ut fere omnes ab eo prouinciae desciscerent; earumque praefides sibi imperialia ornamenta adrogarent ^q). Itaque in haec potissimum tempora *triginta Tyrannorum* incidit dominatio, cum summa imperii perturbatione; quae per quindecim fere annos durauit ^r). O. isus est Gallienus ab inimicis percussoribus.

q) *Trebell. Pollio vit. Gallien. c. 2. sqq.*

r) *Trebell. Poll. trig. tyrann.*

§. XX.

Sequitur M. CLAUDIUS, occiso Gallieno, anno V. MXXI, Chr. CCLXVIII, lectus ab exercitu Mediolanensi Imperator, confirmatus deinde a Senatu: militari imprimis laude clarus, et victoria de Gothis insigni illustratus. Perit altero imperii anno ^s).

s) *Trebell. Poll. Diu. Claud. c. 12. Zosim. Lib. I. [c. 46.]*

§. XXI.

Post hunc [FLAV. CLAVD.] AVRELIANVS, anno V. MXXIII, Chr. CCLXX, interfecto Quinsillo Claudii fratre, qui per XVII. dies imperium tenuerat, ab exercitu, auctore Senatu, Imperator adpellatus est. Princeps necessarius magis, quam bonus; cuius summa et aduersus hostes fortitudo, et in ciues crudelitas fuit. Nam bello quidem Germanorum ingentes copias superauit, et Zenobiam, Odenati Palmyreni viduam *), virilis animi feminam, in Syria per aliquot annos dominatam, deuicit, et captam in triumpho duxit. Urbanis autem motibus monetariorum nimium quantum ciuili sanguinis fudit. In Orientem mouens interemptus est propè Byzantium¹⁾ anno imperii quinto.

*) ad horum tyrannidem pertinet L. 4. C. de ingenuanumiss. v. Cuiac. Obs. III, 19.

1) *Vopisc. Aurel. c. 35. Zosim. Lib. I. [cap. 62.]*

§. XXII.

Post interregnum septem mensium, anno Urbis MXXVIII, Chr. CCLXXV, Senatus decreto, delatum est imperium [M. CLAVD. TACITO]. Qui cum vir singulari grauitate, constantia, et consilio esset, idoneus futurus erat constituendae reipublicae, nisi sexto mense, siue insidiis, siue morbo, absumtus esset^{u)}. Frater autem FLORIANVS, quod quasi hereditarium susceperat imperium, tenere non potuit, sed nunciata Probi creatione, vt quidam tradunt, voluntariam mortem oppetiit^{x)}, siue, vti alij, oblatam^{y)}.

u) *Vopisc. Tacit. c. vlt. Zosim. Lib. I. [c. 63.] Aur. Vict.*

x) *Aur. Victor.*

y) *Vopisc. Flor. c. 1.*

§. XXIII.

PROBVS postea summo omnium ordinum favore nactus est imperium anno V. MXXIX, Chr. CCLXXVI. Belli pacisque artibus summopere floruit: tyrannos reliquos omnes oppressit. Occisus est a militibus post annum V, mens. VI, imperii^{a)}).

z) *Vopisc. Prob. c. 21.*

§. XXIV.

Eo occiso, exercitus legit Imperatorem, CARVUM, Praefectum Praetorio, anno Urbis MXXXV, Chr. CCLXXXII; qui Sarmatarum ingentes copias deleuit. Filios CARIVM et NUMERIANVM creavit Augustos. Fulgure ictus, cum aduersus Persas proficisceretur, post II annorum imperium perit^{a)}); paulloque post filii etiam interierunt^{b)}), licet a socero, ille a Diocletiano oppressus.

a) *Vopisc. Car. cap. 8.*

b) *Vopisc. Numer. et Carin.*

§. XXV.

Caro occiso, imperium summa omnium voluntate adeptus est C. AVR. VALERIVS DIOCLETIANVS anno Urbis MXXXVII, Christi CCLXXXIV^{a)}). Is in Dalmatia humili genere ortus, militari laude ac virtute aditum sibi ad imperatorium fastigium patefecit. Princeps post tantas perturbationes reipublicae et imperio salutaris ille quidem, qui victoriis consiliisque suis pacem atque otium terra marique pepererit, multasque egregias Leges dederit: sed grauis ciuibus tamen, atque prouinciis^{c)}). Primo statim anno Caesarem creavit MAXIMIANVM HERCVLIVM, ac biennio post Augustum fecit, obscuro loco natum, sed militari gloria, et erga se amicitia spectatum^{d)}). Ambo postea de communi consilii

sententia duos sibi Caesares adsciueret **GALERIVM MAXIMIVM**, et **CONSTANTIVM CHLORVM**: orbisque terrarum procurationem inter se partiti sunt, vt in certas quasque et Augusti et Caesares singuli partes profecti, reipublicae consulere: non tamen ipsum imperium diuisere. Manserunt Diocletianus et Maximianus Augusti in imperio ad XX annos: multasque res egregie gesserunt: Christianos autem crudelissime vexarunt, impulsore potissimum Galerio Caesare. Anno vicesimo imperii ambo se abdicarunt, coacti a Galerio Caesare ^{e)}, creatique sunt Augusti Galerius, et Constantius, adscitis Caesaribus **SEVERO** et **MAXIMINO**. Diocletianus in privato otio consenuit, hortorum imprimis culturae deditus: decessit annum agens **LXVIII**, primusque omnium priuatus inter Diuos relatus est. Maximianus autem, cum postea imperatoriam dignitatem resumisset, a Constantino Caesare, genero suo, cui insidias parauerat, strangulatus est Massiliae ^{f)}. Administratio eorum vehementer reprehenditur ^{g)}, quod exercitus nimis magnos aluerunt, *indictiones* tributorum nimias fecerunt, *prouincias* in frustra conciderunt, minoresque *prouincias* fecerunt, (vt adeo Galliarum diuisio in XIV *prouincias* ab iis profecta videatur ^{h)}): *Praefides* et *officia* multiplicarunt, multos *Rationales*, *Magistros*, et *Praefectorum Vicarios* constituerunt. Diocletianus autem praeterea propter impium factum, superbiamque, vituperatur.

^{*)} v. *Io. Conr. Sichel*, V. C. *Diocletianus et Maximianus*, siue, *de vita et constitutionibus C. Aurelii Valerii Diocletiani et M. Aurelii Valerii Maximiani A. A. Exercit. I.* Lips. 1792. Exerc. II. *ibid.* 1793. 4.

c) *Lactant. de Mort. Persecut.* c. 17.

d) *Aur. Victor.*

e) *Lactant. de Mort. Persecut.* c. 18.

f) *Lactant. de Mort. Persecut.* c. 29.

g) *La-*

g) *Lactant. de Mort. Persecut. c. 7.*

h) v. *Tillemont. Hist. Imp. Rom. T. IV. P. I. p. 90. sqq.*

§. XXVI.

CONSTANTIUS CHLORVS^o), et GALERIUS [MAXIMIANVS] creati sunt Augusti anno V. MLVIII, Chr. CCCV¹), dictis Caesaribus SEVERO, et MAXIMINO. Hi duo Augusti primo orbem Romanum quasi hereditatem partiti sunt^k) in partes duas. Moribus et ingeniis dissimillimi. Nam Constantius quidem miti ac leni natura erat, et Christianis fauebat: Galerius autem saeuus et truculentus cum in Romanos et prouincias, tum imprimis in Christianos, superbus denique. Mortuo, anno Chr. CCCVI, Constantio, filius eius CONSTANTINVS Caesar; SEVERVS Caesar autem, Augustus dictus est. Inde MAXENTIVS, Maximiani filius, imperium adripit, Seuerumque occidit. Quo facto ipse senex Maximianus resumit imperium; Galerius Licinium: Maximianus autem Constantinum, Augustum creat: vt adeo quatuor Augusti, [Galerius et Licinius in Oriente, Maximianus, Constantinus et Maxentius in Occidente, et vnus Caesar Maximianus] essent. Quo tempore propter dissensiones primum *Post Consulatus* notari coepti sunt^l), cum alios Consules Galerius, alios Maxentius creauisset^m). Occiso postea Maximiano, caeso Maxentio, mortuo Galerio, CONSTANTINVS et LICINIVS soli supererant Augusti. Creantur Caesares CRISPVS et CONSTANTINVS iunior, filii Constantini, et LICINIVS iunior. Exorta posthac discordia inter Augustos, Licinius bello victus periit. Inde solus Augustus CONSTANTINVS Magnus: de cuius imperio, quod solus administravit, sequente capite exponemus.

*) cf. *de Constantio Chloro Exerc. Henr. Valefi, Faventiae, 1767. 8.*

i) v.

- i) v. *Pagi Crit. Bar. ad a. Chr. 304.*
 k) *Euseb. VIII, 13. v. Pagi Diss. Hypat. P. II. c. I. p. m. 79.*
 l) de quibus v. *Pagi Diss. Hypat. P. III. c. 2. p. 316.*
 m) v. *Pagi Diss. Hypat. P. II. p. 242. sqq.* [add. *Christ. Gottl. Schwarzii Diss. de fastorum rom. formula post consulatum*, Altorf. 1738. 4. et in *Diss. select. e recens. Harlesii*, Erlang. 1778. 4. num. X. p. 269. sqq.]

SECT. II.

*De Senatusconsultis
 ab Hadriano vsque ad Constantinum M.*

§. I.

Statu publico descripto, Leges et iura, his temporibus sancita, exponenda sunt. In quibus primum locum tenent Senatusconsulta. Quae cum ab initio frequentius fierent, inualescentibus magis constitutionibus Principum, rarius fieri sensim coepere his temporibus. Neque id mirandum est. Nam ipsi Imperatores, adulto imperii iure, adfuetis ciuibus dominationi vnus, amplio rem sibi in administrando imperio sumserunt potestatem: quamquam boni principes plerumque Senatui plurimum detulerunt.

§. II.

Sub Hadriano facta sunt SC T A complura. Primum quidem, cuius annus sit certus, factum est a. V. DCCCLXXV, Chr. CXXII, Auiola et Paula Coss. de *aedificiis negotiationis caussa non diruendis**, nec legandis iis, quae aedibus iuncta *).

- a) *L. 52. D. de contr. empt. L. 41. §. 1. D. de legat. I. cf. Maians. Disputat. Iur. XXIV.* [et *Ios. Toscani Iuris publ. rom. arcana*, (Neapoli 1770. 4.) *T. II. Part. I. Cap. XV. de Constitutionibus D. Hadriani ad aedificia pertinentibus*, §. 1. p. 223. sq.]

*) de

*) de omnibus super ea re Sctis et legibus scripsit Diss. Io. A. F. de Back, Lugd. Bat. 1724. 4. et in Gerh. Oelrichs Thes. Diss. Iurid. Vol. I. Tom. III. p. 65. sqq.

§. III.

Anno V. C. DCCCLXXXII, Chr. CXXIX, P. Iuventio Celso II. et Q. Iulio Balbo Coss. facta sunt duo Scta: alterum de *accessionibus fructibusque hereditatis, et pecunia ex hereditate redacta* ^{b)}: alterum de *Lege Vestibulici, siue Vestii Libyci, ad prouincias traducenda* ^{c)}:

b) Integrum extat hoc Sctum in L. 20. §. 6. [et L. 25:] *D. de hered. pet.* In quo memorabile est, quod, praeter duos Coss. ordinarios, etiam duo suffecti, [Titius Aufidius et Oenus Seuerinus] nominantur; [quod negat Wesseling Obs. II, 21.] de qua ratione ipsisque his Coss. suffectis vid. Burmann. de Vestigal. cap. VI. pag. 86. Sctum hoc explicauit Heinecc. Hist. Edict. in Opusc. Postum. [p. 449. sqq. et Dideric. Meierus Diss. de hereditate, eiusque petitione ac restitutione ad Sc. Iuuentianum, seu, Hadrianeum, Marb. Cator. 1771. 4.]

c) L. ult. C. de seru. recip. manum.

§. IV.

Eodem Principe factum est Sctvm TERTVL-
LIANVM ^{d)}, a Consule Tertullo ^{e)} nominatum, quo *mater, quae in manum non conuenisset* ^{f)}, *ingenna, trium, libertina, quatuor liberorum ius habens, ad bona liberorum, intestato, et sine liberis mortuorum, admittitur* ^{g)}.

d) §. 2. Inst. de Sct. Tertull.

e) Quo anno Cos. fuerit, incertum est. Sub Hadriano fuisse necesse est, quia Imp. Iustinianus §. Inst. laud. diserte hoc Sctum tradit sub Hadriano factum: adeoque eorum opinioni accedere non possum, qui, cum a. V. 911. sub Antonino Pio inuenerint Cos. Tertulum, hoc Sctum eo referunt: neque illorum rationem probo, qui *Hadriani* nomine intelligunt Antoninum Pium. v. supra Lib. III. c. 2. Sect. 1. §. 3. not.

f) v.

f) v. *Arnald. Var. Coni. I, 29. p. 196.*

g) cf. *P. Fabr. Semestr. II, 12. p. 146. II, 13. p. 165. sqq.*
Verba eius restituuntur, et illustrantur a G. Ranchino
de success. ab intestat. §. 12. in Meermann. Thes. Jur. Civ.
et Canon. T. III. p. 212.

§. V.

Sub eodem factum esse censetur *SC TV M*, quod *Neratio Prisco et Annio Vero* *Coss. tribuitur* ^{h)}, quo *inares castrari vetiti* ⁱ⁾: Sed incertum est ^{j)}.

h) *L. 6. D. ad L. Corn. de sicar.*

i) Qui seruum castrandum tradiderit, dimidia parte bonorum multatur. Plenius argumentum huius *SCti* exhibet *Noordkerk. Disquis. de Lege Petron. cap. III. §. 14. p. 113.*

j) *Ahasuerus de Leg. Nerae Imp. p. 51. sqq. ad Neruam* refert. Sed sola coniectura. Non enim certo constitui potest, quo anno hi *Coss.* fuerint; successi haud dubie. Alii autem, non maiore iure, *Coss. ad a. V. 879. reuocant.* cf. *Pancivoll. Var. Lect. II, 131. et Eu. Otto de Eunuch. p. 78.*

§. VI.

Facta eodem Principe *SC TA* alia, quorum *Confulès et tempora incertà sunt: veluti hoc, quo ciuis Romanae, quae uxor esset Latini, partus, declarabatur ciuis Romanus* ^{k)}; item illud de *agnoscendo partu* ^{l)}; nec non, de *legatis ciuitatibus relictis* ^{m)}; de *fideicommissò, quod seruo cum libertate relictum esset* ⁿ⁾; de *adpellatione a Senatu ad Principem non admittenda* ^{o)}; et denique aliud, ad *Beneficium D. Traiani, de parte dimidia iis, qui se ipsi detulissent, relinquenda* ^{p)}.

k) *Vlpian. Fr. III, 3. v. ibi Schulting.*

l) *L. 3. §. 1. D. de agnosce. et alend. lib.*

m) *Vlpian. Fr. XXIV, 28. quod non est confundendum cum SCto Aproniano: vid. supra Lib. III. c. 1. Sect. III. §. 41. cf. Ramos del Manzano in Diss. ad Titum Caium*

Caium de usufr. municip. relicto in T. V. Thes. Meermann. p. 343. sqq.

n) *L. 83. D. de hered. inst.*

o) *L. 1. §. 2. D. a quib. adpell. non lic.*

p) *L. 13. §. 4. [5.] D. de iur. fisc. est rescriptum, v. dicta in Traiano p. 59. Ceterum de Legibus Hadriani v. Bottereau in Hadriano Legislatore, [Parisi. 1604. 8. et adi. Hoffmanni Hist. Iur. Vol. II. P. II. p. 129. sq. add. Ios. Toscani Iuris publici rom. arcana, Tom. II. Part. 1. Cap. IV. p. 42. sq.]*

§. VII.

Antonini Pii temporibus quae facta sint S C T A, hodie non constat, quamvis Capitolinus dicat, eum imperatorium falligium ad summam civilitatem deduxisse ^{q)}, multumque Senatui detulisse: cum imprimis multa de iure sanxerit ^{r)}.

q) *Capitolin. Anton. Pi. c. 6.*

r) *Capitolin. c. 12. Tertullianum S C T u m, quod nonnulli huic imperatori tribuunt, supra exposuimus.*

§. VIII.

Diui Marci, vel cum Fratre, vel solius, vel denique cum Commodo filio, O R A T I O N E S, siue S C T A plura sunt ^{s)}). Diuorum quidem Fratrum Oratio haec est, de *satisfactions tutoris cum inquisitione dati, si ex pluribus unus administrationem suscipere velit* ^{s)}).

^{s)} cf. *Io. Ortiv. Westenbergii Diuus Marcus, seu, Dissertationes ad constitutiones M. Aurelii Antonini Imp. Lugd. Bat. 1736. 4.*

^{s)} *L. 19. §. 1. D. testam. tut.*

§. IX.

Solius autem D. Marci Orationes et S C T a memorantur haec praecipua: de *feriis* ^{t)}) et *dilationibus: de transactione super alimentis, ultima voluntate relicta* ^{u)}): de *fugitiuis etiam per Caesaris, Senatorumque*

que praedia inuestigandis^{*)}: item de hypotheca [tacita] ei danda, qui quid ad reficiendas aedes credidisset^{†)}: porro de quaestione status morte finienda^{‡)}: de collusionione [ingenuitatis] intra quinquennium [post sententiam] detecta^{§)}: denique de confessis et iudicatis^{¶)}.

t) L. 1. 2. L. 7. D. de fer. Capitolin. in Marc. c. 10.

u) L. 8. D. de transact. quam orationem explicauit Scipio Gentilis Tr. de alimentis, [Hanov. 1600. 8.] Ceterum videtur etiam hac Oratione cautum fuisse de alimentis publicis, de quibus eum constituisse refert Capitolin. c. 10.

x) L. 3. D. de fugitiv.

y) L. 1. D. in quib. caus. pign. [cf. Io. van Back Diss. ad L. 1. D. in quib. caus. pign. in Oelrichs Theil. diss. iurid. Vol. I. Tom. III. p. 65. et Car. Frid. Walchius, Diss. de priuilegio pecuniae in refectiorem aedium creditae, Jen. 1771. 4.]

z) L. 1. §. 3. D. de stat. def.

a) L. 2. pr. §. 4. D. de collus. deteg. Iul. Capitolin. Marc. c. 10.

b) L. 56. D. de re iud.

§. X.

Iam eiusdem Marci cum Commodo filio imperium tenentis Orationes et S^CTa trademus. Primum memorandum est S^CTVM ORPHITIANVM^{*)}, an. V. DCCCCXXXI, Chr. CLXXVIII, Vettio Rufo et Cornelio Scipione Orphito Coss.^{†)} factum, quo liberi^{**)} ad maternam hereditatem vocati sunt^{‡)}. Est etiam aliud S^CTum ORPHITIANVM, de manumissione^{§)}, quod an huc referendum, dubium: est huc refertur a nonnullis^{¶)}.

*) cf. Casp. Godofr. Fuellkryfs Viri doctissimi mihiq. amicissimi Disp. de S^Cto Orphitano, Lips. 1798. 4. me praeside defensa.

†) v. Noris. Epist. Conf. p. 462.

***) Sed primi gradus tantum: non nepotes, ad quos principalibus demum constitutionibus hoc extensum fuit,

vt dicitur in §. 1. *I. de Scto Orphit.* Ceterum tamen querelae aduersus matris testamentum autē Senatusconsultum Orphitianum motae exemplum occurrit in *L. 28. D. de inoff. testam.* quod pluries factum esse ex *Valer. Max. VII, 7, 4. VIII, 8, 2.* et *Plin. ep. V, 1.* demonstrat *Car. Louardus de Lege Glicia c. X. p. 39. sq.*

d) *Vlpian. Fr. XXVI, 7. §. vn. Inst. de Scto Orphit. Capitolin. Marc. c. 11.* Legitima huius Scti verba restituere laborat *G. Ranchin de success. ab intest. §. 4. in T. III. Thes. Meermann. p. 200.* quaedam eius capita illustrat *P. Faber Semestr. II, 12. pag. 146. II, 13. pag. 165. sqq.*

e) *Paul. IV, 14. 1.*

f) *v. c. a Ranchino de success. ab intest. §. 5.*

§. XI.

ORATIONES D. Marci et Commodi etiam sunt: de nuptiis Senatorum^{b)}: et de pupilla a tutore eiusus filio non ducenda^{b)}.

g) *L. 16. D. de sponsal. cf. Heinecc. Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. II, 2.* atque haec fuit demum lex perfecta, cum hac in re Lex Papia Poppaea esset imperfecta. *v. Fr. Ramos del Manzano Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. II, 8. in T. V. Thes. Meermann. p. 143.* Ceterum Orationes D. Marci explicuit et illustrat *Westenbergius in D. Marco.*

h) *L. 20. L. 60. D. de R. N. [cf. Lud. Ern. Ios. Püttmannus Prol. ad oration. D. Marci de pupilla a tutore eiusus filio haud ducenda, Lips. 1783. 4. et in Eius. Aduersar. Lips. 1788. 8. Tom. III. p. 31.]*

§. XII.

Sub Commodio factum est anno Urbis DCCCCXXXV, Chr. CLXXXII, Aemilio Iunco et Iulio Seuero Coss. [suffectis], S C T V M I V N C I A N V M, de fideicommissa serui alieni libertateⁱ⁾.

i) *L. 28. §. 4. L. 51. §. 8. D. de fideicommiss. libert. v. Merill. Obs. VI, 28. meque in Traiano p. 116.*

§. XIII.

D. Pertinacis ORATIO, [Falcone et Claro Coll. anno Urbis DCCCCXLVI, Chr. CXCIII,] de *testamentis* ^{o)}, vna memoratur in libris iuris ciuilibus ¹⁾.

*) Caut nimirum duobus capitibus de testamento imperfecto prius perfectum haud rumpente, ac de testamento inualido, in quo princeps litis causa institutus fuit. cf. *Chr. Henr. Breuning Prol. ad Orat. D. Heluii Pertinacis A.* in §. 7. *I. quib. mod. testam. infirm.* Lips. 1755. 4. et *Aug. Frid. Schott Comm. ad Orat. Pertinacis de testamento posteriore imperfecto prius perfectum haud infirmante*, Lips. 1765. 4. et in *Opusc. iurid.* p. 41. sq. De altero istius orationis capite vid. *Ideu Diss. de vita et constitutionibus D. Pertinacis*, Lips. 1772. 4. *Part. II. cap. I. §. 2.* p. 24. sq. Est etiam aliud Pertinacis SCtum, quod ad statum publicum pertinet; *de allectionibus praetoriis*; quo iussit eos, qui praeturas non gessissent, sed allectione accepissent, post eos esse, qui vere praetores fuissent. cf. *Capitolin. vit. Pertin.* c. 6.

k) §. 7. et 8. *I. quib. mod. testam. infirm.* cf. *Capitolin. vit. Pertin.* c. 7.

§. XIV.

Septimii Seueri ORATIO, Tertullo et Clemente Coll. ¹⁾ anno Urbis DCCCCXLVIII, Chr. CXCIV, recitata est in Senatu, de *praediis rusticis et suburbanis eorum, qui sub tutela et cura sunt, non alienandis aut supponendis* ^{m)}, factumque in eam SCtum.

l) de quibus v. *Noris. Epist. Conf.* p. 466, et *Reland. Fast.* h. a.

m) Legitima eius verba extant in *L. 1. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. conf.* Cuiac. *Obs. VII*, 23. *Iac. Gothofred. Comm. ad Cod. Theod. T. I.* p. 369. ed. Ritteri.

§. XV.

Eodem adhuc viuo, Caracalla filius, oratione in Senatu habita, an. V. DCCCCLIX, Chr. CCVI, Coll.

Joss Fulvio Aemiliano et Numio Albino, fieri curavit SC T V M, de prohibendis donationibus inter virum et uxoremⁿ⁾.

a) L. 32. pr. D. de donat. int. vir. et uxor. Illustravit eam orationem Scipio Gentilis [singulari libello de donationibus inter virum et uxorem, lib. III.] Hanou. 1604. [4.], et [Fr. Car.] Conradi [Vindic. Obs. de vera Cui actate, in Parerg. II, 5. p. 279. sq. add. Zach. Richter. Diss. de oratione Antonini de donationibus inter virum et uxorem confirmandis, Lips. 1759. 4.]

§. XVI.

Sub Alexandro putatur factum anno Urbis DCCCCLXXXI, Chr. CCXXVIII, SC T V M illud, de fugitiuis^{*)}, quod Modesto Consuli tribuitur^{o)}. Is autem eo anno cum Probo Cos. fuit. Incerta tamen res est. Addendum hic etiam est SC T V M SABINIANVM^{**)}, de tribus maribus^{p)}, quod post D. Pii tempora factum probabile est, sed incertum, quo tempore, quove Imperio^{q)}.

*) Vt nempe magistratus adirent fugitiuos inquirere volentes sub poena centum solidorum. cf. Don. Raphael de Villosa Tr. de fugitiuis, Neapol. 1674. fol. et Christ. Henr. Breuning Prol. de Scto Modestiano, Lips. 1755. 4.

o) L. 1. §. 2. D. de fugitiu.

***) Illius haec vis fuit, vt is, qui vnum ex tribus filiis alienis adoptaret, ei non minus, quam quadrantem suae hereditatis relinqueret.

p) §. 14. Inst. de succ. quae ab int. et Theoph. Paraphr. L. 10. §. 3. C. de adopt. L. 66. C. de decur. et fil. vbi v. Cuiac.

q) v. [Io. Henr.] Mylii Diss. [postum.] de Scto Sabiniano, in Reizii Excurs. ad Theoph. p. 1097. sqq.

§. XVII.

Sequentia tempora rarissima nobis SCta et Orationes Principum offerunt^{r)}: cum turbulenta tempora, et brevis plerumque Imperatorum principatus,

tus, fuerint: ipsique Imperatores pleraque per Edicta sua constituere consueuerint. Non tamen plane negandum est, Orationes Principum in Senatu habitas esse: sed eae, quoniam fere semper propter seruitutem Senatus SC^{ta} per Adclamationes fiebant, magis pro Principum Constitutionibus, ad Senatum missis, quam pro SC^{tis} habendae sunt.

- r) SC^{rum}, tempore Gordiani factum, in *L. 15. C. ex quib. caus. inf.* temporarium fuit. v. *Gifan. ad Cod. l. t. p. 84.* non perpetuum, vt *Cuiac. ad Paull. I. §. 17. ult.* putat.

§. XVIII.

Non omittendum tamen est SC^{rum} illud, quod ad Legem Iuliam et Papiam Poppaeam factum de *secundis nuptiis* cauit¹⁾, quod cum cautione Muciana, et capite Legis Pappiae Poppaeae, constat, Legis IULIAE MISCELLAE nomine adpellatum est²⁾. Videtur autem id factum esse tertio post Christum natum saeculo.

- s) *L. 3. C. de indict. viduit. toll.*

- t) v. *Zach. Richteri Diss. de Lege Iulia Miscella eiusque usu hodierno me praeside defensa*, Lips. 1753. [Inserta legitur *Bachii Opusculis* p. 186. add. *Casp. van Rheden Diss. de Lege Iulia Miscella abrogata et denuo reuocata*, Brem. 1714. 4. *Io. Sal. Brunquellus Diss. de conditione, si non nupserit, ultimis voluntatibus adiecta*, Ien. 1722. 4. et in *Opusc. Greg. Maians. Disp. Iur. XXXIX.*]

S E C T. III.

De constitutionibus Principum.

§. I.

Plures hoc acuum vidit frequentioresque Constitutiones Principum, quam superius: quae sensim paula-

paullatimque longe frequentiores factae sunt. Quo enim plus virium cepisset Imperatorum potestas ac dominatio per vetustatem temporis: eo etiam plus auctoritatis in iure constituendo sibi, sine SCtis, adrogarunt: rarius Senatum consuluerunt: nisi forte per speciem. Iam ipsa Edicta persequemur potiora.

§. II.

HADRIANI quidem praecipua Edicta haec sunt^{a)}: Primum EDICTVM illud, quod Iustinianus singulari constitutione abrogavit titulo de *Edicto D. Hadriani tollendo*^{b)}, quo constituit, vt, etiamsi testamentum falsum vel inofficiosum diceretur, scriptus tamen heres statim [et intra annum] in possessionem mitteretur, ne mora vicesimae hereditatis fieret^{c)}. Ceterum et de vicesima hereditatis alia constituisse videtur^{c) **)}: EDICTVM de *direptione nauium*^{d)}: item de *poena eorum, qui relegati vel ante tempus redissent, vel excessissent insula, vel deportati euassissent*^{e)}.

a) Omnes Hadriani Leges, Edicta, et Rescripta collegit, illustrauitque Renatus Bottereau in Commentario singulari, qui inscribitur *Hadrianus Legislator*; adiectus is est *Hofmanni Histor. Iur. Vol. II. [P. II. p. 129. sq. add. Ios. Toscani Iuris publ. rom. arcana, Vol. II. P. I. cap. V—XVIII. p. 78—276.]*

b) L. 3. C. de *Edicto D. Hadr. toll.* de quo v. *Cuiac. Paratitil. Cod. h. t. et Gottfr. Mascov. [Exerc. Iur. Ciu. ad L. ult. C. de Edicto D. Hadriani tollendo, Harderouici 1733. 4. et in Opusc. Vol. I. p. 139. sq.]*

*^{c)} Omni sc. impedimentorum causa remota, neque interposita quidem appellatione. v. L. 7. D. de *appell. recip.*

c) L. 37. D. de *reliq.* hoc memoratur tantum Rescriptum.

**^{c)} De hac re eum constituisse non apparet ex L. 37. D. de *reliq.* Est quidem inscriptio ex *Maeri lib. I. ad legem*

vigesimam hereditatum: sed in lege ipsa disertis verbis dicitur rescripisse de sumptibus funerum.

d) L. 7. D. de incend. ruin. naufr.

e) L. 28. §. 13. D. de poen. Crassi relegati excessum ex insula occasionem dedisse huic Edicto, suspicatur *Bottereau Hadrian. Legislat.* p. 136.

§. III.

EDICTVM etiam esse puto constitutionem eam, qua fideiussoribus beneficium diuisionis dedit¹⁾: quamuis *Epistola Hadriani* vocetur, dicatque Paulus, id ex Edicto Praetoris venire²⁾. Nam *Epistola* etiam pro Edicto ponitur. Edicto Perpetuo autem haud dubie postea inserta est.

f) §. 4. Inst. L. 26. D. de fideiuss.

g) *Paull. Rec. Sent.* I, 20, 1. v. ibi *Intt.* Ceterum sunt in viris doctis, qui hoc ius tribuant Antonino Pio, huncque Hadriani nomine intelligendum putent: v. c. *Muret.* ad §. 4. Inst. de fidei. *Ian. a Costa Praetor.* ad tit. Cod. de constit. pecun. in *Meermann. Thes.* T. I. p. 721. Falso. vid. supra ad *Sist.* I. §. 2. hoc. c.

§. IV.

EDITA eiusdem porro haec sunt: constitutio, qua *Liberis proscriptorum duodecimas bonorum concessit*^{h)}: constitutio, de *thesauris*ⁱ⁾: de *seruis non occidendis, sed per iudices damnandis, neque sine causa lenoni vel lanistae vendendis*^{h)}: aliaeque eiusmodi^{*)}. Ceterum Hadriani *Sententias* et *Epistolas* complures memoriae posteritatisque graece prodidit *Dositheus*^{**)}, Grammaticus, tempore Vlpiani; cuius liber primum ex veteri Glossario, cui insertus fuerat, ab *Henr. Stephano*, [Parisi. 1573. f.] deinde cum commentario a *Melch. Goldasto* vulgatus [Lugd. 1601. 8.] a *Schultingio* autem denuo¹⁾ editus est.

h) *Spartian. Hadr.* cap. 18. conf. L. 7. §. 3. D. de bon. damnat. est tamen rescriptum tantum.

i) *Spart. ibid.* §. 39. Inst. de Rer. Diuis.

*) *Spart.*

k) *Spart. l. c. cf. Nordkerk. Disquis. de Leg. Petren. c. 3. [§. 15. et 16.] p. 116. sqq.*

* Non omittendum EDICTVM, ne quis Christianorum, indicta causa, pellatur, quo omnem in Christianos furorem remisit, eoque ipso persecutionibus demum finem imposuit. Prostat apud Eusebium *Hist. Eccl. lib. IV. cap. 9. et Commentariolum ad D. Hadriani Edictum pro Christianis conscripsit Ios. Toscani Iuris publ. rom. arc. Tom. II. P. II. p. 277 — 471.*

l) *Iurisprud. Anticrust. pag. 855. sqq. conf. Cuias. Observ. XXI, 5.*

** De Dositheo, eiusque Grammatica vid. *Io. Alb. Fabricii Bibl. graeca, Vol. VII. p. 60. et Vol. XII. p. 514.* Est etiam editus a *Nic. Catharino, Biturig. 1660. 12.* quam editionem laudatam a *Labbaeo in Praef. ad Cyvilli et Philoxeni Glossar. non habuit Schultingius.*

§. V.

ANTONINI PII Edicta potissima sunt*): EDICTVM, quo permisit adrogationes impuberum sub certis conditionibus: vnde [Quarta Diui Pii^m): EDICTVM, quo donationes inter personas coniunctas etiam sine mancipatione fieri voluitⁿ): item aliud, quo mortuos intra urbem sepeliri vetuit^o): denique illud, quo legata poenae nomine vetuit^p) **).

*) cf. *Car. Frid. Christ. Wenckii V. Cl. Diuus Pius, siue ad Leges Imp. Titi Aelii Antonini Pii Commentar. Lips. 1804. 4.*

m) *Vlpian. Fr. VIII, 5. §. 3. Inst. L. 17. D. de adopt. [v. Greg. Maians. de impuberum arrogat. in Diss. n. XII.]*

n) *L. 4. C. Theod. de donat. Paull. Rec. Sent. IV, 1, 11. v. Brummer. de Leg. Cinc. c. 15.*

o) *Capitolin. Anton. Pi. c. 12. cf. Nordkerk. Obs. c. V.*

p) *Capitolin. c. 8. Pertin. c. 7. v. Bynkershoek. Exerc. de legatis poenae in Opusc. Voll. II. [p. 351. et Io. Godofr. Sammet, Diss. de legatis poenae nomine relictis, Lips. 1748. 4. et in Opusc. num. II. p. 41. sq.]*

** Est praeterea EDICTVM de Christianis non persecuendis, quod Antoninus Pius anno Urbis DCCCXCIII, Christi CXL, ad populum Asiae, ipso III. et M. Aelia

lio Aurelio Caesare Cos. Ephesi in publico conuentu proposuit. *Euseb. Hist. Eccl. lib. IV. cap. 13. cf. Io. Hegelmaier Comment. in Edictum Imp. Antonini Pii pro Christianis, quod Eusebius H. E. IV, 13. asseruit, Tubing. 1777. 4. et Is. Hoffner Comm. de Edicto Antonini Pii pro Christianis ad commune Aphae, Argent. 1781. 4.*

§. VI.

M. ANTONINI Edicta haec memoratu digna sunt *). Primum EDICTVM, quo omnes auctores curatores accipere iussit, non redditis causis ^{q)}, cum ante non nisi ex Lege Laetoria, vel propter lasciviam, vel propter dementiam darentur adolescentibus ^{**)}: deinde ea, quibus calumnias quadruplatorum repressit, addita falsis delatoribus nota, h. e. ignominia ^{r)}. Idem alio EDICTO liberales causas primus ita muniuit, vt iuberet, apud praefectos aerarum Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposto: per prouincias tabulariorum publicorum usum institui, apud quos idem de originibus fieret, quod Romae apud Praefectos aerarum: vt, si quis forte in prouincia natus causam liberalem diceret, testationes inde fierent ^{s)}.

*) cf. Io. Ortow. Westenbergii *Diuus Marcus*, seu, *Dissertatt. ad Constitutt. M. Aurel. Antonini Imp.* Lugd. Bat. 1736. 4.

q) *Capitolin. Marc. c. 10.* Primus autem id statuit D. Marcus: neque, vt Heineccius existimat, Lege iam Laetoria cautum fuit. Nam *Capitolini* verba, quibus Heineccius inprimis nititur, ei opinioni ipsa aduersantur, vt, qui interpretari veteres auctores possunt, sua sponte intelligent. v. *Ritter. ad Heinecc. Hist. Iur. I, 99.*

***) v. *Ge. Conr. Crusius Diss. ad Constitutionem D. Marci de curatoribus minorum quinque et viginti annis*, rec. Lugd. Bat. 1712. 4. et in *Fellenbergii Iurispr. ant. T. II. p. 575. sq.*

r) *ibid.*

- r) *ibid.* c. 11. v. Brenemann. *Diss. de Fatis Calumniat. sub Imperator.* cap. VI. in *Otton. Thes. Iur. Tom. III.* [p. 1687. sq.]
- s) *ibid.* c. 9. v. de eo *Briſſon. Sel. Ant. I, 5. Dodwell. Praed. Cambd. II, 10.*

§. VII.

Eiusdem D. Marci EDICTVM est, quo *Legum ambigua mire distincta, vadimoniorumque solenni remoto, denunciandae litis opperendasque ad diem ius commode introductum, ut scribit Aurelius Victor* ¹⁾: e quo Iac. Gothofredus ²⁾ *condictionis siue denuncia- tionis usum repetit: EDICTA, de viceſima heredita- tium* ³⁾: *de tutelis libertorum* ⁴⁾: *de parte quarta patrimonii a Senatoribus peregrinis in Italia occu- panda* ⁵⁾: *de mensariis et auctiionibus* ⁶⁾: *de quaestione super statu defunctorum, intra quinquennium facien- da* ⁷⁾: item EDICTVM, quo leges sepeliendi sepul- crorumque asperrimas sanxit, ne, *uti quis vellet, fa- bricaret sepulcrum* ⁸⁾.

- t) *Aur. Viſtor. in vit. M. Anton. [c. 15.]*
- u) *Gothofred. Comm. ad L. 1. C. Th. de denunc. vel edit. rescript. [Tom. I. p. 112. edit. Lips.]* contra quem eru- dite disputat *Bauius Voorda* in *Diss. de Vadimonio* c. V. Trai. ad Rh. 1751. [inf. *Dan. Fellenbergii Iuris- prud. ant. Tom. II. p. 61. sqq.*]
- x) *Capitolin. c. 11. v. Burm. de Veſtig. P. R. c. XI. p. 176.*
- y) *ibid.*
- z) *ibid.* c. 11. v. *Iac. Gothofr. Comm. Cod. Theod. T. II. ed. Ritteri p. 44.*
- a) *ibid.* c. 9.
- b) *ibid.* c. 10.
- c) *ibid.* c. 13. cf. *Gothofr. Comm. ad L. 6. [C. Th.] de sepulcr. violat. vbi probabile est legi oportere cum Nordkerk. Obs. c. V. p. 115. ne vbi quis vellet f. f. cf. Andr. Flor. Riuius Diss. singularia M. A. Antonini Philoſophi Iurisprudentiae capita, Lips. 1732. 4.*

§. VIII.

COMMODOVS Legum euerfor magis, quam la-
tor fuit. Itaque etiam de Edictis eius parum hodie
nobis constat. Vnum tamen EDICTVM eius memo-
ratur in Digestis ^{d)}).

d) *L. 6. §. 1. D. de agnost. et alend. lib.* [quae agit de
coercendis ingratis libertis, idque primum cauit. v.
Iac. Gothofr. ad C. Th. de lib. adent. ed. Ritt. Tom. I.
p. 217. qui contra *Cuiac. Obs. X, 33.* disputat. conf.
Schulling. Jurispr. Antei. p. 513.]

§. IX.

SEPTIMII SEVERI *) fuisse EDICTVM videtur
ea constitutio, qua quaedam circa Leges Iuliam et Pa-
pianam Poppaeam innouauit^{e)}: item ea, qua Legem
Iuliam de adulteriis exerceri iussit ^{f)}.

*) Hunc antecessit PERTINAX, cuius edicta feruntur
haec: *de delatoribus ex Capitolino c. 9. et Herodiano*
II, 4. Edictum de quaestione maiestatis sublata, Capito-
lin. vit. Pertin. c. 6. et Dion. Hal. item de inculto-
rum agrorum cultoribus eorumque praemiis, Herodian.
II, 4. Assignauit nimirum cultoribus agros imperato-
ris proprios, et immunitatem concessit a vectigalibus
per decem annos, h. e. remisit ea, quae ex fundis in-
cultis solebant exigi, quae quidem decimarum et
scripturae nomine veniunt. Edictum denique de
sublatis portoriis, Herodian. ibid. De his omnibus aliis-
que plura habet Aug. Frid. Schott Diss. de vita et con-
sistit. D. Pertinacis, Lips. 1772. 4. p. 21. sq.

e) *Tertull. Apolog. c. 4.*

f) *Dio Cass. Lib. LXXVI, p. 869.*

§. X.

CARACALLAE memorabilia EDICTA sunt
haec, de civitate et vicefima: quibus vicefima^{h)} he-
reditatum in decimam mutauit, iure succedendi ab
intestato quibusdam personis adempto ^{h)}: et, quo plus
istius vectigalis nomine in fiscum inferretur, omni-
bus

bus in Imperio Romano ingenuis ciuitatem Romanam dedit^{h)}: adempto etiam iure immunitatis ab hoc uectigali, quod concesserant superiores Principesⁱ⁾. Vicelinam tamen restituit Macrinus Imp.^{k)}. Alias Constitutiones in Codice sunt, quas referre et colligere omnes non vacat^{l)}.

g) *Dio Cass. Exc. Peiresc. Lib. LXXVII. p. 874.*

b) *Dio Cass. l. c. Itaque in L. 17. D. de stat. hom. *) nomine Antonini Caracalla intelligendus, v. Burmann. de Vectigal. P. R. c. XI. [et inprimis Spanhem. Orb. Rom. II, 5.]*

*) Antiquiorem illam sententiam, qua non Caracallam, sed D. Marcum hic intelligendum esse statuerunt, de nouo adstruere conatus est *Io. Paul. Mahnerus Comm. de M. Aurelio Antonino. constitutionis de ciuitate uniuerso orbi rom. data auctore*, Hal. et Helmst. 1772. 8. Sed eius rationes, inprimis eas, quibus labefactare cupit clarissimum Dionis Cassii testimonium, infregit nuper, ac pro Spanhemio Burmannoque bene disputauit *Io. Christ. Frid. Meisterus*, V. C. singulari libello, *de Antonino Caracalla, uere ciuitatis per orbem romanum propagatæ*, Vratisl. 1793. 4.

i) *Vlpian. in Collat. Leg. Mos. et Rom. c. ult. Dio Cass. l. c.*

k) *Dio Cass. Lib. LXXVIII. p. 893.*

l) Exemplum est in *L. 1. C. de his qui in exit. dat. quae est pars Edicti Antonini*, id est, Caracallae. Data enim est duobus *Aspris Cass.* de quibus v. *Noris. Diss. III. de Epoch. Syro Macedon. c. IV. p. 185. cf. Nordkerk. Obs. c. VI. p. 123.* ipsum autem Edictum illustrat *Cuiac. Commun. Cod. libr. post. p. III, 224.*

§. XI.

Qui Caracallam sequuti sunt Impp. turbulento breuique imperio vsi, parum in iure condendo occupati fuere. Itaque ALEXANDRI Edicta enarrabimus, et constitutiones, quae ab eo non aliter factae traduntur, nisi ex consilio Iurisperitorum aliquot, quibus ille semper vsus est^{m)}. Eum autem

Lain.

Lampridius Leges innumeras sanxisse tradit, e quibus nonnullas ipso illo auctore referemus.

- m) *Lamprid. Alex. Seu. c. 16.* [Dignus hic locus, qui legatur ob accuratam descriptionem moris in habendis deliberationibus ab hoc Principe obseruati.]

§. XII.

Vt autem eius potissima EDICTA referamus: primum *Leges de iure populi et fisci moderatas et infinitas sanxit* ⁿ⁾: *negotiatoribus maximam immunitatem dedit* ^{o)}: *usuras foeneratorum contraxit ad trientes pensiones* ^{p)}. *Adfessoribus salaria instituit* ^{q)}. Quae in Codice reperiuntur, hic commemorare nihil attinet.

- n) *Lamprid. Alex. c. 16.*

- o) *Lamprid. c. 22.*

- p) *Lamprid. c. 26.* Ceterum Alexandri Leges illustrauit *Chassanaeus* singulari libro supra laudato.

- q) *Lamprid. c. 46.* quod iam ante *Pescennius Niger* constituerat. *Spartian. Pescenn. Nigr. c. 7.* cf. *Brissen. Sel. Ant. I, 12. Iac. Gothofr. ad Cod. Th. de adfess. T. I. p. 76. P. Burg. Elect. I, 9. Herald. rer. iudic. I, 8.* quae *Gothofredianis* ad *Cod. Theod.* addidit *Ritterus.*

§. XIII.

Ceterorum Imperatorum, vsque ad *Diocletianum* ^{*)} et *Maximianum*, fere breue imperium fuit: aut certe ius magis vetus Rescriptis suis repetierunt, quam nouum constituerunt ^{r)}. Horum autem, et *Galerii Constantii*que *Chlori*, tot sunt in Codice Constitutiones, vt eas enarrare omnes ratio nostra non ferat.

- *) De *Diocletiano*, praeter *Brissonium* et *Reinoldum* vid. *Herm. Cannegieter ad Coll. Legg. Mos. et Rom. cap. XIV. p. 187. sqq. et Io. Conr. Sichel, V. C. Exercitatt. II. Diocletianus et Maximianus, siue, de vita et constitutionibus*

nibus C. Aurelii Valerii Diocletiani et M. Aurelii Valerii Maximiani A. A. Lips. 1792. et 1793. 4.

r) Constitutionem s. potius Rescriptum Gordiani**), quod in Codice non exstat, e libro scripto a Pithoed acceptum, de nuptiis contra mandata contractis, et dote caduca, edidit Cuiac. Obs. I, 11.

***) Omnia omnino Gordiani instituta exponere aggressus est Ioach. Mauric. Gul. Baumannus V. C. Exercitatt. II. Diuus Gordianus, siue, de vita et constitutionibus M. Antonii Gordiani III. Imp. Lips. 1792. et 1793. 4. qui commentarius doctissime conscriptus, optabile est, vt mox absoluaatur.

§. XIV.

Ceterum hic de Rescriptis Imperatorum aliquid addendum est *). Eorum vsus his temporibus tantus fuit, vt pleraque non iure, sed Rescriptis, agerentur. Quare etiam supra tradidimus, Macrinum Imperatorem cogitasse aliquando omnia Rescripta tollere †). Vulgo Imperatores ab omnis generis hominibus consulebantur, rescribebantque. Et quamquam fere ius tantum constitutum ad causas et facta proposita transtulerunt, tamen etiam multa capita iuris summi, legumque subtilitatem, Rescriptis suis ad maiorem aequitatem atque humanitatem sensim paulatimque reuocarunt. Quod, cum Rescripta per se efficere non possent, factum est maxime temporis diuturnitate, ac similitudine Rescriptorum adsidua: vt superiori capite ostendimus †). Atque haec causa est, quare non solum in Digestis Rescripta frequenter laudari reperiamus: sed etiam adeo fuerint iam hoc aeuo Icti, qui Rescripta Imperatorum colligerent, atque in Codices referrent. Papius quidem Iustus Rescripta Diuorum Fratrum XX. libris collegit †), e quibus et hodie in Pandecte sunt fragmenta **). Dositheus autem Grammaticus Epistolas et Sententias Hadriani *) vno libro comprehendit; et

Vlpia.

Ulpianus in VII, libro de Officio Proconsulis Rescripta contra Christianos composuit ⁷⁾).

- *) cf. *Dau., Cappelen Hunthum Diss. de rescriptis principum romanorum*, Lugd. Bat. 1709. 4. et in *Gelrichi Thes. diss. iurid. selectiss. Vol. II. Tom. III. p. 297.*
- e) *Capitolin. Macrin. c. 13. de quo consilio in utramque partem censent viri docti, Jac. Gothofred. Diss. de Cynotaph. T. III. Thes. Iur. Otton. p. 345. et Schulting. Diss. pro Rescriptis Imperatorum Rom. cf. Ritter. ad Cod. Theod. T. I. p. 27.*
- f) v. *Brenemann. de Heuremat. Modestin. c. VII. p. 130. Schulting. pro Rescript. Imp. n. 5. Nordkerk. Obs. c. V. p. 99.*
- u) v. *Wieling. Iurispr. Restit. p. 157.*
- **) Nec primus tamen fuit *Κωδικούργος*, uti vulgo statuunt: sed primum tantum exemplum praebuit colligendarum constitutionum imperialium: expressit enim solum earum sensum. vnde nec inter *Κωδικούργους* refertur ab ipso Iustiniano in *Const. de nouo cod. fac. et de Iustin. cod. confirm.* cf. *Car. Aug. Hennioke*, seditimus meae disciplinae alumnus, *Diss. Papirii Iusti, Icti Romani, fragmenta obseruatiunculis illustrata*, me praeside defensa, Lips. 1792. p. 5. sq.
- x) v. supra §. IV. h. sect.
- y) *Lassant. Div. Iust. V, 15. v. Schulting. pro Rescript. Imp.*

§. XV.

Cum vero Imperatores tam frequenter consulerentur a priuatis etiam hominibus, iisque rescriberent, etiam de iure certo: atque adeo munus Ictorum occuparent: quod imprimis post Alexandrum crebro vsu venisse puto: inde videtur consecutum esse, ut sensum paullatimque auctoritas Ictorum, et dignitas plane deleta sit, ipsaque iurisprudentiae professio obsoleuerit.

S E C T. IV.

De Iure Honorario et Edicto Perpetuo.

§. I.

Magnam iuris Romani partem in Iure Honorario positam fuisse, supra intelleximus. Id ius, etsi multa capita vtilissima et aequissima habebat: tamen, quoniam singuli Praetores noua Edicta proponere, et ab superioribus Edictis recedere poterant, magnam varietatem et difficultatem adferebat: iurisque prudentiam, et iurisdictionem adeo ipsam, incertam faciebat. Itaque videbatur perquam necessarium et vtile, iurisdictioni magistratum certam formulam praescribere, cui omnes adstringerentur, a qua recedere non possent: et iuris studiosis certum iuris honorarii quasi corpus componere: quo certior atque liquidior fieret scientia. Ac Iureconsulti quidem aliqui cum liberae reipublicae, tum Caesarorum ante Hadrianum temporum, colligendis componendisque Edictis consulere disciplinae iuris tentauerant: sed is labor, quippe a priuatis susceptus, et auctoritate, et necessitate caruerat. Igitur Hadrianus Imperator, cum iure potissimum constituendo rempublicam fundare suscepisset, inprimis Iuris Honorarii componendi consilium cepit: vt tandem aliquando magistratus, praecipueque Praetores, perpetuam certamque formulam, quasi iurisdictionis legem, quam sequerentur, haberent *).

*) De causis, cur Edictum perpetuum conditum, atque ex priscis potius Praetorum Edictis, quam ex Constitutionibus Principum, concinnatum sit, v. *Ios. Toscani Iuris publ. rom. arc. Tom. II. P. I. Cap. III. p. 37. sq.* eius historiam autem enarrauit *Laur. Andr. Hambergerus Diss. de Edicto perpetuo, Ien. 1714. 4. et in Opusc. ad elegantior. iurisprud. pertinent. Ien. et Lips. 1740. 8. num. IV. p. 251. sqq.* plenius in *Observatt. ad*

ad Iani Vincentii Grauiinae Origg. iur. ciuil. cap. IX. ibid. num. VI. p. 416. sqq. et historiam litterariam omnium diligentissime Chr. Gottl. Haubold, V. III. et Collega coniunctissimus, in doctissima Comment. Ueber die Versuche, das Praetorische Edict herzustellen in Gust. Hugonis ciuilib. Magaz. Berol. 1796. 8. T. II. fasc. 3. num. 14. p. 288 — 327.

§. II.

Hadrianus itaque EDICTVM PERPETVVM componi iussit ^{a)}: id negotium dedit Saluio Iuliano ^{b)}, ICto tum temporis celeberrimo ^{b)}, et forte tum designato Praetori Urbano ^{c)}; a quo cum illud compositum esset, in Senatu oratione Principis habita, SCTo que facto, comprobatum ^{d)} vim Legis perpetuae accepit. Publicatum deinde Edicto Imperatoris anno Chr. CXXXI, ab V. C. DCCCLXXXIV, in quem annum Hadriani [Quindecennalia] incidunt ^{e)}.

a) Eutrop. VIII, 9. Iustinianus Constit. Gr. de confirmat. Digest. §. 18. [Sed conf. Gust. Hugo Hist. iur. rom. (Lehrbuch der Geschichte des römischen Rechts) Edit. II. Berolini 1799. 8. §. 133. sqq. et §. 209. sqq.]

b) Errat Hug. Grotius in Florum sparf. ad Ius Iustin. p. 87. qui Didium Iulianum, Imperatorem et pronepotem Saluui ICti, cum Saluio Iuliano confundit, et Edicti perpetui auctorem facit, deceptus corrupto loco Avelti Viſoris de Caesar, c. 19. de quo vid. Io. Stranchius Vit. Iuliani et Ex. Spanhemius Orb. Rom. cap. 8.

b) Euseb. Chron. Eutrop. l. c. L. 2. §. 18. C. de vet. iur. enucl.

c) Est haec coniectura Heineccii non improbabilis Hist. Iur. I, 270. Nam Praetorem fuisse, intelligitur ex L. 5. D. de manum. vind.

d) Constit. Gr. de confirm. Dig. §. 18. SCTum ipsum praefixum postea Edicto simulque editum esse ex L. 102. D. de R. I. colligit Iac. Gothofredus Comm. ad Reg. Iur. p. 449.

e) v. Pagi Diss. Hypat. P. II. c. 4. §. 3. p. 123. Crit. Baron. T. I. p. 127.

§. III.

§. III.

Hoc Edictum Perpetuum compositum collectumque est ex Praetorum Edictis, quae tum extabant: ad usum istius temporis, omissis inutilibus ^{f)}, immutatis veteribus ^{g)}, adiectis etiam novis quibusdam capitibus ^{h)}. In quo etiam Iulianus id sibi fumsit, vt, cum Sabinianus ipse esset, opiniones Sabinianorum, reiectis diuersis, Edicti auctoritate comprobaret ⁱ⁾.

f) veluti de fluminibus retandis. *Gell. N. A. XI, 17.*

g) v. *L. 1. D. quod met. causs. L. 1. §. 1. D. commodat.*

h) *L. 3. D. de coniung. cum emancip. lib. ei. quamquam Nordkerk. Obs. c. VIII. p. 164.* dubitat, Iulianus id caput in Edictum Perpetuum retulerit, an postea Praetor factus id demum proposuerit. [cf. *Laurent. Andr. Hambergeri Diss. cap. VII. p. 268. sqq.*]

i) *L. 1. §. 1. D. de iur. fisc. Mascov. de Scã. c. VII.*

§. IV.

Ita Praetores ceterique magistratus vr bani formulam legemque iurisdictionis perpetuam acceperunt, a qua recedere non liceret: id quod etiam ipsi Principes saepenumero prae se ferunt ^{h)}. Atque ab eo tempore desierunt Edicta ordinaria siue annua magistratum in vrbe. Id tamen non eam vim habebat, vt, vbi propter res plane novas incidentes supplendum ius esset, Praetoribus ea potestas plane esset adempta ⁱ⁾. Ceterum autem quamquam id Edictum publica auctoritate promulgatum vim Legis habebat, tamen naturam iuris honorarii capita in eo comprehensa non amiserunt.

k) *L. 13. C. de testam. L. 2. C. de condit. insert.*

l) v. *Nordkerk. Obs. c. VIII. p. 161.*

§. V.

Magnam mutationem Iurisprudentiae attulit hoc Edictorum *ούσημα*. Nam primum eo quasi fonte iuris ciuilibus vsi sunt iuris studiosi: deinde id certa-

tim commentariis summi quique Icti illustrarunt: rationem et ordinem eius in libris iuris ciuilibus scribendis componendisque secuti sunt: vt eam ob causam Iulianus ad commodatissimum duceret, in Pandectis digerendis eundem ordinem seruari. Denique ab eo tempore studia sectarum refrixisse videntur ^{m)}, ita, vt noua Ictorum ratio existeret eorum, qui ex vtriusque sectae decretis optima quaeque et maxime probabilia libarent, et amplecterentur ⁿ⁾. *Miscelliones* et *Herciscundi* adpellantur ^{o)}. Atque hoc Edictum semper deinde vsque ad Iustinianum obseruatum est.

m) v. *Mascou. de Sect. c. VII.*

n) v. *Mascou. de Sect. c. VIII.*

o) v. *Io. Sam. Brunquell. Prol. de Ictis, Herciscundis suis miscellionibus, quorum fragmenta in Digestis supersunt, Ien. 1723, 4. et in Opusc. Tom. I. p. 419. sq.*

§. VI.

In Digestis multa Edicti huius capita ex commentariis veterum Ictorum extant: ipsumque corpus Digestorum ad ordinem eius compositum, et maximam partem ex scriptis Ictorum, illud interpretantium, collectum est. Quare operae pretium facere visi sunt doctissimi homines, qui in eo elaborarunt, vt vel ordinem, vel etiam ipsum quasi corpus, Edicti restituerent, *Eguinarius Baro*, in *Manualibus Iuris* ^{*}), *Gal. Ranchinus* ^{o)}), *Hub. Gifanius*, in *oeconomia Iuris* ^{**)}), [*Florentius Petrus*] *Pittenius*, in *oeconomia Edicti Perpetui*, *Iac. Gothofredus*, in *serie Edicti Perpetui*, in *Quatuor Fontibus Iuris Ciuilis*, edita. Quorum omnium labores cum non videantur satis consilio fecisse: *Io. Gottl. Heineccius* id perficere destinabat. Sed morte ipsius praematura, etiam haec spes ab ipso facta caruit euentu ^{p)} ^{***)}). Ceterum vnicuique iuris scientiae accuratae diligenter studioso suadendum est, vt

vt

vt et ordinem et materiam Edicti huius Perpetui, quantum fieri potest, cognoscat ***). Vtilissimum id est, et aptissimum ad interpretationem Digestorum, quae magnam partem commentariis ad Edictum continentur.

*) His libris nondum absolutis, e vita discessit: leguntur tamen in *Tom. I. Oper.* quae post mortem in tres tomos diuisa, Lutet. 1562. et, mutato titulo, ibid. 1598. f. exierunt. Plurima Edicto supposuit, quae Ictorum responsis et legum interpretationi debentur. Sed Edictum ipsum primus omnium restituere conatus est *Steph. Perraeus* in libro: *Edicta praetoria ex libris Digestorum congruo ordine desumpta*, Paris. 1554. 4. in quo sola fragmenta, in Digestis obuia, eaque tanta cum negligentia collegit, vt honoris tantum causa, vt aiunt, nominandus esse videatur. De edicto perpetuo meriti sunt quodammodo *Greg. Haloander*, teste *Henr. Brenemanno* in *Hist. Pand. IV, 3. p. 332.* et *Barn. Briffonius de formulis et sollemp. populi rom. verbis, Lib. III. §. 1 — 19.*

o) cuius liber: [*Edictum perpetuum, a Saluio Iuliano Icto compositum a Gul. Ranchino restitutum*, prodiit Paris. 1597. 8.] et insertus est a *Meermanno T. III. Thes. Iur. Ciu. et Canon.* [p. 235 — 262. Nouissime repetita fuit haec Edicti perpetui recensio cura *Hyacinti Gandini*, Parmae. 1782. 8.]

**) Prodiit *Gisfani Oeconomia* Francf. 1606. 4. et *Pittenii* latet in codice manuscripto, quamuis laudetur a *Fabricio Bibl. lat. Vol. III. p. 788.* sed *Iac. Gothofredi Fontes Iuris Ciuilis* typis exscripti sunt Geneu. 1653. 4. postea Eius *Operibus a Christ. Henr. Trotzio*: Lugd. Bat. 1733. f. editis, et *Eu. Ottonis Thes. Iur. Tom. III. p. 242.* inserti.

p) Nam, quae in eius *Opusculis Postumis*, [Hal. 1744. 4.] edita sunt *Edicti Perpetui* commentaria, rudia adhuc et inchoata sunt.

**) Fertur praeterea *Io. Venduillius* (de Vendeuille) *Edicti perpetui Saluii Iuliani et Cod. Theodosiani cum Iustiniani Imp. legislatione Comparationem* scripsisse; sed ea, auctore *Io. Fresco Foppens Bibliotheca Belgica*, Bruxellis 1739. 4. *Tom. II. p. 745.* typis nunquam fuit excusa. Attamen edidit *Abr. Wielingius* *Frag-*

menta Edicti perpetui, Franequi. 1733. 4. in quibus post Ranchini, Noodtii et Westenbergi labores et iuxta seriem titulorum a Tribouiano in Bandecten relatorum, Edicti capita disposuit. Voluit quidem Ranchinus, singulari libello seriem et ordinem Edicti perpetui atque notulas ad singula Edicta exhibere, sed neque is perfecit; neque Wielingius, qui curis secundis ius honorarium commentari instituerat, fidem hac in re liberauit. Promiserat etiam *Eu. Otto* historiam *Edicti perpetui*: sed ea lucem publicam non adspexit. Vnde huic desiderio iam satisfecit, qui plurimis abhinc annis in *Comment. Acad. Inscriptt.* absolutam, eamque perfectissimam ex instituto meditatus erat Editorum Edictique perpetui historiam, *Matth. Ant. Buchaldus*, *Diatrabe (Dissertation sur l'Edit perpetuel) Commentario ad legem duodecim Tabularum* edit. noviss. Paris. 1803. 4. *Tom. II. p. 377 — 499.* appendicis loco inserta, in qua, quicquid de tempore, quo compositum fuit Edictum, de vita Iuliani, ipsiusque Edicti perpetui fati et auctoritate innotuit, non in vita Minerua congeffit.

***)) Sed in iis ipsis pariter, ac inscriptionibus enumerandis quam maxime variant viri docti. *Gifanius* in *Oecon. Ed. perp.* p. 122. decem Edicti perpetui partes: *Iac. Gothofredus* l. c. multo plures recenset. Fuerunt autem septem, ad quas quippe solas Iuliani libros Digestorum scimus pertinuisse. Has quidem, cum in interpretandis Ictorum fragmentis vtramque paginam faciant, *Io. Gottl. Heineccius* *Hist. Ed. perpet. Cap. IV. §. 3.* in *Opusc. post.* p. 259. sq. integritati et ordini suo primus sic restituit: Prima pars complexa fuit *Plura*, h. e. quae in iure fiunt: Altera egit de iudiciis: Tertia de rebus creditis: Quarta de nuptiis et tutelis: Quinta de bonorum possessionibus, testamentis, successionibus, legatis et fideicommissis: Sexta de damnis imminentibus et infectis, causis status, acquirendo dominio et possessione, delictis priuatis et re iudicata, eiusque exsequutione, et interditiis: Septima de exceptionibus et stipulationibus praeiudicialibus. Sub finem desiderantur quaedam capita.

§. VII.

Edicto Perpetuo demum illud caput adiectum fuisse puto, quod quisque iuris in alterum statuit, ut eo ipse utatur: cum alii id ad tempora liberae reipublicae reiiciant⁹⁾.

9) v. supra Lib. II. c. II. ScE. III. §. 6.

§. VIII.

Iisdem temporibus, aut certe paullo post, EDICTVM ETIAM PERPETVVM PROVINCIALE, quod in omnibus provinciis perpetuo deinceps observaretur, compositum statuunt viri docti, nominatimque Henr. Dodwellus^{r)}, et Ez. Spanhemius^{s)}. Perperam: cum omnes ea de re sileant veteres scriptores, idque etiam, propter diuersam singularum provinciarum formulam, facultatem non habuerit^{t)}. Itaque circa Edicta ordinaria siue annua provinciarum magistratuum nihil mutatum est, nisi hoc, ut in iis capitibus^{u)}, quae ad provincias transferri possent, Edictum urbanum sequerentur.

r) *Dodwell. Prael. Cambd. IX. p. 341.*

s) *Spanhem. Orb. Rom. Ex. II, 8.*

t) Docui illud in Prolus. de *Edicto Provinciali Perpetuo*; Lips. 1752. [in *Opusc. p. 168. sq.*]

u) Haec capita forte dicta sunt Edict. provinc. perpet.

§. IX.

Idem dicendum est de EDICTO PERPETVO AEDILICIO^{*}): quod nonnulli viri docti circiter iisdem temporibus factum esse, arbitrantur^{v)}. Nam ostendi potest, Aediles ex Edicto Praetoris Perpetuo ius dicere debuisse, non minus, quam ceteros urbanos magistratus: quorum omnium iurisdictioni ista formula communis ideo data est. Ceterum neque semper hisce temporibus Aediles Curules fuerunt^{x)}.

*) De eo cf. *Io van der Wayen Diss de aedilitio edicto* Lugd. Bat. 1720. 4. et *Diatribae Buchaldi, Icti Parisiensis, (Mémoire des Edits des Ediles par M. Bouchaud) in Comment. Acad. Inscriptt. Tom. XLII. p. 149. sq.*

u) *Dodwell. l. c.*

x) *v. Cuiac. Obs. VIII, 38.*

SECT. V

De Iure Ciuili

siue

*De Auctoritate Prudentum: ipsisque
Iureconsultis.*

§. I.

Iurisperitorum auctoritas ab Hadriani temporibus laetissime effloruit: celeberrimosque ab eo tempore Romam habuit Ictos, usque ad Alexandrum Imperatorem: a cuius imperio fere conticescere visa sunt Iurisprudenciae oracula. Cuius rei causas non difficile est inuenire. Nam splendor quidem et auctoritas Ictorum inde extitit, quod Imperatores ab Hadriano semper Ictos in summo honore et frequenter in consilio habuerunt suo, usque ad Alexandrum, de quo id ipsum memoriae proditum est *). Post Alexandrum autem necesse erat Ictorum scientiam frangi, quod, Rescriptorum ad priuatos usu inualescente, munus de iure respondendi Imperatores ipsi sibi adrogabant, adeoque Iureconsultorum exigua auctoritas et dignitas esse debebat. Itaque ab Hadriano, usque ad Alexandrum, multos summae scientiae et auctoritatis Ictos reperimus: post eum fere nullos vel paucissimos, qui aliquo numero fuerint, vel ad posteros clari.

a) *Lamprid. Alexandr. c. 16.*

§. II

§. II.

Iurisconsultorum autem eadem fere, quae ab Augusto orta, ratio etiam his temporibus mansit. Id vnum immutasse fertur Hadrianus, ut non amplius facultatem respondendi a Principe petere necesse esset^{b)}: quod quamdiu durauerit, certo dici non potest^{c)}. Ceterum hic minuenda est opinio Hotomanni^{d)}, aliorumque, qui Ictis horum temporum celeberrimis parum pretii statuunt, quasi et peregrini plerique, et latinae linguae rationisque Romanae parum gnari fuerint, scribendique genere vtantur, a consuetudine latina valde abhorrente. Primum enim peregrinos fuisse, quis dicat, quos sciamus in summis honoribus et magistratibus eluxisse? Si qui autem e Syria vel Phoenicia oriundi fuerint, uti traditur de Vlpiano et Papiniano: peregrinos tamen exinde dicere non possis, cum et in vrbe nati, et eorum parentes maioresue iam dudum ciuitate donati esse potuerint: multos enim in prouinciis ciues Romanos fuisse, sub Caesaribus, etiam ex prouincia oriundos, nemo est, quin sciat: praeterea constitutione Antonini Caracallae ciues Romani effecti erant ingenui omnes, in Romano imperio^{e)}. Orationem autem eorum latinam, si quis recte vel per se, vel aetatis istius ratione, aestimet, reprehendere non possit: virique docti satis a criminibus et vitiis defenderunt^{f)}.

b) L. 2. §. 47. D. de Or. Iur.

c) Eunapii certe temporibus rursus peti solitum fuisse, docet idem Eunap. in vit. Chrysanth. p. 286. exemplo Innocentii Icti. Vixit autem Eunapius tempore Imperatoris Constantini M.

d) Hotomann. Antitribonian. c. 12.

e) v. Ant. Schulting. Orat. qua disquiritur, culpandusne sit Tribonianus etc. in Iurispr. Anteiust. p. 898. sq.

f) v. *Dukeri Opusc. de Latinit. Iurisconsultorum* [Lugd. Bat. 1711. 8.] p. 292. et 322. recus. [Lips. 1773. 8.] et *Bynher shoekius Obs. VIII, 15.*

§. III.

Iam ad Sectas ICorum proficiscimur. Quarum dissensiones etsi non plane cessarunt his temporibus, quippe Iustiniani tempore haud paucae superessent, quibus ille definiendis componendisque per L. Decisiones operam daret: tamen earum quasi aëlius aliquantum deforbuit, condito Edicto Perpetuo, ut supra tradidimus: exortumque est genus nouum ICtorum, mediam quandam viam sequentium, et ex vtriusque sectae decretis optima quaeque et verosimillima libantium: quos hodie vulgo *Herciscundos* adpellant *), auctore Cuiacio^{b)}: *Miscelliones*^{b)} alii.

*) cf. *Io. Sal. Brunquell Prol. de ICtis erciscundis huc miscellionibus, quorum fragmenta in Digestis supersunt.* Ien. 1728. 4. et in *Opusc. Tom. I. p. 419. sqq.*

g) *Cuiac. ad §. 25. Inst. de rer. diuis. ad exemplum Stoicorum, quos, medium secutos, Herciscundos adpellare creditur Seruius ad Virg. Aen. III, 68. ad verba animamque sepulcro condimus. Verba Seruii, ut ea Cuiacius legit, sunt: quam Stoici herciscundi, id est, medium secuti, tamdiu durare dicant, quamdiu durat et corpus. Sed vel sic valde de huius vocabuli auctoritate dubitant viri docti. Nam optimae Seruii editiones et Codd. habent: quam Stoici terris condi, id est, cet. atque contextus satis indicare videtur, vocabula terris condi hoc loco veram lectionem esse. Sed recepta est Herciscundorum adpellatio omnibus historiae iuris scriptoribus: atque adeo ea quoque nos interdum vti sumus.*

h) *Festo auctore, Miscelliones sunt, qui non certae sunt sententiae, sed variorum mixtorumque iudiciorum.*

§. IV.

Iam ipsos ICtos huius aetatis persequemur. Princeps est SALVIUS IULIANVS^{b)}, Hadrumetinus Afer^{b)}, qui sub Hadriano, Pio, et Diuis Fratribus vixit,

vixit, bisque Consulatum susceptum gessit ¹⁾). Edictum Perpetuum, iussu Hadriani composuit ^{m)}). Scripsit *Libros XC Digestorum*, ad Edicti Perpetui ordinem deductos ⁿ⁾), *Libros VI ad Minicium Natalem* ^{o)}), s. vt alii vocant, *ex Minicio*, vel *apud Minicium*, ad *Vrseium Ferocem Libros IV* ^{p)}), *de Ambiguitatibus librum singularem* ^{p)}). Sabinianus fuit, quamuis interdum a schola sua dissentiat ^{q)}).

i) De hoc late disputat *Heinecc.* in *Progr. de Saluio Iuliano*, [Ictorum sua aetate coryphaeo, in *Sylloge Opusc. var. Exerc. XXIII.* p. 788. (seqq.) et *Hist. Edict. Perpet.* II, 3. in *Opusc. Postum.* p. 192. sq. cf. *Menag. Amoen. Iur. Civ. c. 24.* Vitam breuiter scripsit *Io. Strauchius*, [*Vit. vet. Ictor. num. I.* p. 1. sq. add. *Gottl. Aug. Ienichen Libr. sing. de Prisco Iavoleno*, Lips. 1734. 4. vbi p. 17. disquirat: cur primus sit in Indice Florentino, et quando sit mortuus? De Saluio Iuliano singulararem libellum promisit *Abr. Wieling Prooemio Institutt.* Francf. 1737. 4. p. 25.]

k) *Spartian. vit. Iulian. c. 1.*

l) v. *Mascov. de Señis* p. 54. Ceterum stemma eius genealogicum *Casaub.* ad *Spartian. Iulian. c. 1.* *Reines. Var. Lect. III, 2.* p. 344. et *Epist. ad Rupert. 59. Rupert. ad Pompon.* p. 473. confecerunt et illustrarunt: magis emendare adgressus est *Heinecc.* *Progr. de Saluio Iuliano* p. 793. et in *Hist. Edicti Perp.* p. 197.

m) v. supra *Señ. IV. §. 2.*

n) vid. *Iac. Cuiacii Recitatt. ad Saluii Iuliani lib. Digestor. Tom. III. Opp. postum.* Existimantur quidam, sed falso, hos Digestorum libros, ad quos *Vlpianus*, *Marcellus*, *Paullus*, aliique notarunt, ipsum, quod habemus, Pandectarum corpus esse, seducti falsa narratione *Matth. Blastaris Syntagm. alphab.* in *Fabricii Bibl. gr. T. XII.* Superfunt autem ex his libris *CCCLXXVI* fragmenta, caque pura.

o) v. *Augustin. Emend. 1, 6.* p. 51.

p) v. *Augustin. l. c.*

q) Stoicorum exemplo, quorum multi libri *περὶ ἀμφιβολῶν* extitere. Ex hoc libro est *L. 13. D. de reb. dub.* subtilissimum fragmentum: quod multi explicare labora-

runt: quos recenset *Meermann.* in *praef. ad Tom. III. Thes. Iur. Ciu. et Canon.* Ceterum fragmenta librorum Iuliani in Digestis v. ap. *Wieling. Iurispr. Restit.* p. 55. sqq.

q) v. *Mascov. de Sect. II, 7.* p. 60. sqq.

§. V.

ABVRNVS VALENS, Iuliani aequalis, in Antonini Pii consilio fuit ^{r)}). Scripsit ^{s)}) *Fideicommissorum Libros VII, et Actionum libros totidem* ^{*)}). Sabianus fuit ^{t)}), quippe Iauoleni discipulus.

r) *Capitolin. Anton. Pi. c. 12.* quamquam dubitant etiam nonnulli, an hic locus de ICTO hoc capiendus sit, nec ne. Nam ibi dicitur *Saluius Valens.*

s) *Fragmenta v. ap. Wieling. Iurispr. Restit.* p. 256. seqq.

*) Extant ex his libris fragmenta *pura* in Digestis.

t) v. *Mascov. de Sect. II, 5.* p. 53.

§. VI.

Eiusdem Iauoleni discipulus fuit TVSCIANVS ^{*)}), de quo alia omnia ignorantur ^{*)}).

u) *L. 2. §. ult. D. de Or. Iur.* de eo quaerit *Menag. Amoen. Iur. Ciu.* cap. 5. Aliis videtur Fuscianus dicendus esse.

*) Vnde factum est, vt, cum solus *Pomponius l. c.* huius ICTI mentionem faciat, alii *Fuscianum*, alii *Maccianum*, alii *Viuianum* mutandum censuerint. Sed reperitur adhuc nomen alibi, v. c. in *L. 18. C. mandati*, vbi rescribitur ad *Tuscianum* quendam: deinde non sequitur, id falsum esse, quod semel occurrit. cf. *Bynkershoek Praetermiss. ad Pompon.* p. 96. sqq.

§. VII.

SEX. CAECILIUS AFRICANVS ^{*)}), Iuliano item aequalis ^{*)}), sub Antoninis potissimum eminit. Idem Caecilius esse putatur, cuius est cum *Fauonio* disputatio de Legibus duodecim apud *Gellium* ^{*)}): quamquam alii dubitant ^{z)}). Scripsit ^{*)}) *Libros IX*

Quaesti-

Quaestionum subtilissime et acutissime^{b)}, et Libros XX Epistolarum. Sabinianus fuit^{c)}).

*) Vitam exposuit praeter *Ant. Lescurium*, Lugd. 1574. 8. Io. *Strauchius* in *Vit. vet.* ICTor. num. VII p. 55. sq. Scripsit etiam *Scipio Gentilis* singulas Disputat. academ. ad singulas leges *Africani*, quarum *Altorsii* ab anno 1602 — 1607. nouem prodiisse scio ex vita *Sc. Gentilis* apud *Car. Sebast. Zeidlerum* in *Vit. Professorum Iuris in acad. Altorsf.* (Norimb. 1770. sq. III. Tom. 4.) T. I. p. 133. Superfunt fragmenta plurima, eaque *pura*, in quibus interpretandis partim ex casuum fictione, partim ex occultatione rationum, partim ex dicendi genere nimis breui et abrupto difficultas oritur.

x) L. 3. §. 4. *D. de agnosc. et alend. lib.*

y) *Gell. N. A. XX*, 1. v. *Cuiac. Obs. VII*, 2. et *Tract. ad African. I*, init. *Reinold.* ad L. 23. *D. de R. I.* [in *Opusc.* p. 303. sq.]

z) *Menag. Amoen. Iur. Ciu.* c. 22. *A. Augustin.* de nom. propr. *Pand.* p. 111. lit. a.

a) *Wieling. Iurisprud. Restit.* p. 4. sq.

b) *Eas Cuiacius IX. Tractatibus ad Africanum* eruditissime exposuit [*Opp. prior. Fabrotti Tom. I.*]

c) *Mascov. de Scã. IV*, 3. p. 80. seqq.

§. VIII.

TERENTIUS CLEMENS, auditor Iuliani^{d)}, scripsit^{e)} Libros XX ad Leges Iuliam et Papiam Poppaeam^{*)}).

d) L. 6. *D. de vulg. et pupill. subst.*

e) Fragmenta v. apud *Wieling. Iurisprud. Restit.* p. 251.

*) Inde fragmenta *pura* in *Digestis*, quae exposuit Io. Gottl. *Heineccius* *Comm. ad Leg. Pap. Popp.*

§. IX.

VINIDIUS VERVS^{*)}; Antonini Pii consiliarius^{f)}: tantum ab aliis ICTis in *Pandecte* laudatur:

*) cf. *Greg. Maiansii Vindius*, *Tom. II.* p. 264. sqq.

f) *Capitolin. Anton. Pi.* c. 12.

§. X.

Iisdem temporibus vixit I V N I V S M A V R I C I A N V S^{b)}, *duorum librorum de Poenis*^{b)}, et VI *librorum ad Leges Iuliam et Papiam Poppaeam*, et *Notarum apud Iulianum*, auctor *).

g) L. 57. D. de legat. II.

h) Fragmenta v. ap. *Wieling. Jurispr. Restit.* p. 119.

*) Sunt ex eius scriptis fragmenta pura in Digestis.

§. XI.

T A R V N T E N V S *) P A T E R N V S **), sub Commodo Praef. Praetorio occisus¹⁾. Scripsit^{h)} *libros quatuor de Re Militari, siue Militarium*; vnde Vegetio¹⁾ dicitur *diligentissimus iuris militaris adsertor*.

*) ap. *Dion. Cass.* vocatur *Tarruntius*.

***) v. *Greg. Maiansii Tarruntius Paterus, Tom. II.* p. 294. sqq. Extant duo fragmenta pura.

i) *Dio Cass. Excerpt. Peiresc.* p. 724. *Lamprid. Commod. c. 4. v. Stewech. ad Veget. I, 8. et Otto praef. ad Tom. I. Thes. Jur. Ciu.* p. 16.

k) v. *Wieling. Jurispr. Rest.* p. 251.

l) *Veget. de Re Mil. I, 8.*

§. XII.

P A P I R I V S I V S T V S, auctor *librorum XX Constitutionum Diuorum Fratrum*^{m)} *), iisdem temporibus floruisse videturⁿ⁾.

m) v. *A. Augustin. de nom. propr. Pand.* pag. 129. 2. Fragmenta in Digestis v. apud *Wieling. Jurisprud. Restit.* p. 157.

*) Restant ex iis sedecim fragmenta pura, ad quae commentatus est *Car. Aug. Hennicke Diss. Papirii Iusti, ICti rom. fragmenta obseruationibus illustrata me praefido defensa*, Lips. 1792. p. VI. sqq.

n) L. 60. D. de pass.

§. XIII.

§. XIII.

SEX. POMPONIVS ^{o)}, Iuliano aequalis, usque ad Diuorum Fratrum imperium videtur vixisse ^{p)}. De secta eius non conuenit. Herciscundum fuisse, Mascouius ^{q)}, Proculianum, alii statuunt. Scripsit ^{r)} *Enchiridion* duplex, alterum II libris, alterum libro singulari ^{s)}, *Epistolarum Libros XX*, *Fideicommissorum Libros V*, *ad Q. Mucium Lessionum XXXIX* ^{t)}, *ad Plautium* s. *ex Plautio Libros VII*, *Regularum librum singularem*, *Libros XXXV ad Sabinum*, siue *ex Sabino* ^{u)}, *Libros V Senatusconsultorum*, *Libros Variarum Lessionum XL*, siue *ex variis Lessionibus* ^{x)}, *Libros XIV Epistolarum et Variarum Lessionum*, *Digestorum Libros V*, *Libros ad Edictum LXXXIII* ^{y)}, et *de Stipulationibus*. Ceterum sine iusta causa duos Sextos Pomponios fuisse statuunt nonnulli viri docti ^{z)} *).

o) v. de eo Heinecc. praef. ad Vhlü Opus. ad Histor. Iur. [Hal. 1735. 4.] et Bern. Henr. Reinoldi Orat. de Pomponio. [Herbornae 1710. 4.] et in Opusc. [cura Io. Frid. Iugleri, Lugd. Bat. 1755. 8. p. 502. seqq.]

p) L. penult. D. de pollicit.

q) Mascou. de Sect. p. 130.

r) Fragmenta v. ap. Wieling. Iurisprud. Restit. pag. 214. seqq.

s) e quo est L. 2. D. de Or. Iur.

t) v. Arnald. Var. Coni. II, 29. [add. Greg. Maiansii Q. Mucius apud Pomponium, siue, ad Sexti Pomponii Libros XXXIX. ad Q. Mucium Scaeuolam Commentarii, Tom. I. p. 237. seqq.]

u) quorum priores illustrauit Henr. Theod. Pagenstecher [Comment in Sex. Pomponii libb. IV. de re testamentaria et bonorum possessione, Lemgou. 1750. 4.]

x) de quorum ratione v. Iac. Gothofr. Discurs. Histor. ad L. Barbar. Philipp. p. 15. in Opusc.

y) v. Wieling. Ind. Alfab. Ictor. in Iurisprud. Rest. p. XC.

z) A. Augustin. de nou. propr. Pand. p. 92. et 255. et Otto praef. T. I. Thes. Iur. Ciu. p. 14. vide Reinold.

Or. de Sex. Pomponio, [in Opusc. pag. 511. sqq.]
Heinecc. praef. ad Vhlii Opusc. pag. 10. sqq. [Menag.]
Amoen. Iur. Ciu. cap. 20. Cuiac. Comm. ad D. de he-
red. instit.]

- *) Primus hanc sententiam fouit *Augustinus l. c. ob leg. 41. D. de hered. instit.* quae desumpta est ex Pomponii libro XII variarum lectionum. Ibi in fine leguntur verba: *ut refert Sext. Pomponius.* Sed ea lex forte *Iulianum* auctorem habet, cuius fragmentum antecedens cum lege ista cohaeret, adeo, ut liber *Pomponii* in margine tantum adscriptus fuerit. Ceterum *Pomponius* fragmenta pura reliquit.

§. XIV.

CAIUS *)^{a)}, Ictus apud ipsos veteres celeberrimus, cuiusque libri in magno usu versati sunt, vixit sub Hadriano, Pio, et Marco ^{b)}): quamquam aliqui viri docti ^{c)} eum usque ad Caracallae tempora vixisse statuunt. Certe dudum explosa et eiecta est opinio eorum, qui Caium usque ad Diocletiani, vel ad Iustiniani, tempora vixisse putant ^{d)}. Herciscundum inter sectas fuisse, constat ^{e)}. Plurima scripsit, e quibus fragmenta in Digestis relata sunt ^{f)}. Eorum hodie haec nota sunt: *Libri VII Aureorum*, siue *rerum quotidianarum* ^{g)}, *de Casibus liber singularis*, *Liber singularis Dotaliciorum* ^{h)}, *Libri ad Edictum Aedilium Curulium*, *Libri ad Edictum Praetoris Urbani* ⁱ⁾, siue, *Libri X ad Edictum Urbicum*, *Libri XXXII ad Edictum Prouinciale* ^{k)}, *Libri II Fideicommissorum*, *Liber singularis de formula hypothecaria*, *Libri VI ad Legem XII Tabularum* (*Δωδεκάδελτου* ^{l)}), *Liber singularis ad Legem Gliciam* ^{m)}, *Libri XV ad Leges*, *Libri III de Manumissionibus*, *Liber singularis Regularum*, *Liber singularis de re uxoria* ⁿ⁾, *Libri Regularum, ad SCtum Orphitianum* *Liber singularis, ad SCtum Tertullianum* *Liber singularis, de Verborum Obligationibus* *Libri III, et*
 Commen-

Commentarii; e quorum plerisque multa fragmenta hodie in Digestis extant ***).

- *) Quae ad Caium pertinent, de iis cf. *Aleander, Oise- lius*, et *Schulting*. in *not. ad vitam Caii a Bertrando et Grotio descriptam in Iurispr. Anteiust. Prolegom. add. Ger. van Eversdyck Diss. ad L. 6. D. de transact. Lugd. Bat. 1732. 4. et in Oelrichs Thes. Diss. Belg. Vol. I. Tom. III. num. XXII. cap. 1.*
- a) Praenomen Titi habuisse, vulgaris est sententia. Sed v. *Meermann. Specim. Animadu. Crit. in Caii Institutiones* p. 1. sqq. Caius autem non praenomen, sed cognomen vel nomen fuit. Nam, quamquam liberae rei-publicae temporibus Caius praenomen tantum fuit, tamen deinde pro cognomine vel nomine sub Imp. coepit esse, cum ratio nominum valde esset mutata. v. *Perizon. Animadu. Histor. c. V.* [add. *Henr. Cannegierus* libr. singul. *de mutata romanorum nominum sub Principibus ratione*, Trai. ad Rh. 1758. 4. Cap. XVI. p. 87. sqq.]
- b) *L. 7. pr. D. de reb. dub. L. 9. D. ad Sct. Tertull. cf. A. Augustin. Emend. I, 5. p. m. 46. Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. ult.*
- c) *Racuard. Coni. III, 19. Conradi Ad. Erud. Lips. 1727. mens. Febr. [p. 60. sq.] et deinde nouis argumentis [Vindic. obseruationum de vera Caii aetate,] in Parerg. II, 5. p. 279. sqq. [add. Gust. Hugonis, V. III. Diatribe: Caius, ein Zeitgenosse Caracalla's, im ciuillist. Magaz. (Berol. 1796. 8.) Tom. II. Fase. 3. num. 16. p. 358 — 378.]*
- d) v. *Eu. Otto praef. T. I. Thes. Iur. Ciu. p. 15.*
- e) v. *Majcov. de Secl. c. VIII. p. 127.*
- f) v. *Wieling. Iurisprud. Restit. p. 8. sqq.*
- g) *Rerum quotidianarum* nomine inscripti haud dubie libri eam ob causam, quod vtiliora disciplinae praecepta continerent: isque titulus haud dubie a Caio est ipso: nomen autem *Aurorum* videntur a posteris accepisse propter praestantiam et gratiam. Ceterum nomine *Aurorum* etiam libros *Institutionum* Caii simul comprehensos fuisse, contendit *Conradi Parerg. I, 7. [p. 113. de Caii libris-rerum quotidianarum, siue, aurorum,]* propterea, quod tantum ex tribus libris *Aurorum* in Digestis fragmenta sunt, septem autem in Indice

Indice Florentino memorentur. Quae ratio, haud scio, an sit infirma.

- h) Vitiosam hanc libri inscriptionem esse putat *Gifox*, *Cod. p. m. 389.* legendamque ad *L. Falcidiam* vel *Cinciam*. Equidem magis probo sententiam *Wielingii* in *Ind. Alphabet. ICTor.* Iurispr. Rest. p. LXXVI. qui putat, esse eundem librum cum eo, quem *de veteri re uxoria* laudat Iustin. in *Const. omnem §. 1. ad Antecessor.*
- i) Horum librorum plures reperiuntur inscriptiones in Digestis: v. c. ad *Edictum Pr. V.* titulo *de aqua pluvia arcenda*, titulo *de damno infecto*, titulo *de liberali causa*, titulo *de praedicatoribus*, titulo *de Publicanis*, titulo *Qui neque sequantur, neque ducantur*, titulo *de Re iudicata*, titulo *de testamentis*, ut adeo libri ad *Edictum Praetoris Urbani* scripti, in eodem titulos partiti fuisse videantur, in quos *Edictum* ipsum distinctum fuit. Ab hac sententia neminem reuocet inscriptio *L. 4. D. de op. seru. L. 30. D. de bon. lib.* et aliarum, quae sumtae inscribuntur ex *Caii libro secundo ad Edictum Praetoris Urbani*, titulo *de liberali causa*. Non enim exinde consequens est, singulares istos libros omnes fuisse diuersos ab illis, ad *Edictum Urbicum*, vel duos libros ad hunc ipsum titulum *Edicti* de liberali causa fuisse: sed potius in libro II. ad *Edictum* fuisse a *Caiio* titulum de liberali causa tractatum. Forte enim non perpetui commentarii in totum *Edictum* his libris fuerunt, sed tantum in certos quosdam et insigniores *Edicti* titulos. Nam *Edictum* ipsum in titulos descriptum fuisse, constat, et *ICTos* etiam libros suos in titulos vel capita diuisisse, docet *Bynkershoek Obs. V, 15.*
- k) Hos libros nihil aliud fuisse, nisi collectionem *Edictorum* prouincialium, tam in prouinciis *Caesaris*, quam in prouinciis *Senatoris* propositorum, ad *Edicti Urbani* ordinem factam; id quod indicant formulae: *ait Proconsul, ait Praetor*, quibus *Caius* utitur: neque adeo ex iis libris argumentum pro *Edicto* perpetuo prouinciali arcessi posse, ostendi in proluf. de *Edicto Perpetuo Prouinciali*, in *Opust.* p. 168. sqq.
- ***) Singularem in *Δωδεκάβιβλον* commentarium *Nicol. Antonius Biblioth. Hispan.* (Rom. 1696. f.) *Tom. I.* p. 84.

p. 84. in his terris non obuium laudauit: *Ant. Cabre-ros de Auendano Interpretat. ad Casum Ictum ad leg. XII. Tabb.* Madrit. 1638. 4.

l) In sola *L. 4. D. de inoff. test.* inscriptione memoratur. Sed vitiosam eam inscriptionem esse, plerique viri docti consentiunt: cum praesertim librorum scriptorum in ea exhibenda magna sit varietas. v. *Bynkershoek. Obs. II, 12.* [add. *Car. Louardi liber de vera origine querelae inoffic. testamenti ex lege Glicia, Dred. 1762. m. 8.*]

m) *Constit. Omnem de rat. doc. ad Antecess. §. 1.* vbi etiam liber *sing. de tutelis* laudatur.

***) Sunt *pura.* Scriptis etiam *de tacitis fideicommissis* librum singularem, vti apparet ex inscriptione *L. 23. D. de his, quae ut indign.* adeoque diuersum a libris duobus fideicommissorum, quos *Bachius* in catalogo recensuit.

§. XV.

Praecipue autem hic memorandi sunt eius *libri Institutionum quatuor* ^o), non solum propterea, quod Imperator Iustinianus illis multum tribuit, maximeque suas ad eorum exemplum componi voluit: sed imprimis eam ob causam, quod illi Institutionum libri hodie supersunt, vtilissimi studiosis iurisprudentiae elegantioris. Non illi quidem integri, et sinceri ab omni mutatione, ad nos peruenerunt, quippe seruari ex Breuiario Alariciano, in quod hos libros, in epitomen redactos, ad usum sui temporis interpolatos et adcommodatos, referri iusserat [*Alaricus.*] rex Visigothorum ^o). Itaque ab isto compilatore libros quatuor in duos contractos habemus, multis capitibus omissis, vnde post locum de furtis nihil ad nos peruenit. Ceterum tamen vel sic earum Institutionum magna est ad interpretationem et illustrationem corporis Iustiniani vtilitas, Praestantia vero Institutionum Caii inde cognosci potest, quod apud ipsos veteres in scholis magnus

usus harum institutionum Caji, maxima omnium laus fuit ^o). Aliud Caji Institutionum compendium, aliquot abhinc saeculis, a monacho quodam, ut videtur, etsi satis imperito, factum est: quod primus edidit Petrus Aegidius Antwerpiensis ¹), et nuper Meermannus ²).

n) Quatuor libros fuisse, hodie constans omnium opinio est: nisi quod *Wieling. Ind. Alphab. Iurisprud. Restit.* p. LXXV. in eam opinionem venit, ut putaret, duos tantum fuisse libros, propterea quod Iustinianus in *Const. Omnem, de rat. doc. ad Antecess.* §. 1. dicit, studiosos primo anno sex libros voce magistratū percipisse, in quibus *Institutiones Caji* et eiusdem *quatuor libri singulares* numerarentur. Sed id quam fragile sit argumentum, facile intelligitur. v. *Conradi Parerg.* I, 7. p. 147.

b) Haec Institutionum Caji excerpta primus [vna cum Paulli recept. sentent.] edidit *Almaricus Bouchardus*, [Parisi. 1525. A. quam editionem principem numquam Schultingio visam, et] *Lottan.* 1570. 12. [iterum excusam, bibliotheca Gottiagensis habet; deinde Caium in publicum protulit *Io. Sichardus* vna cum fragm. cod. Hermog. et Gregor. nec non Papiniani ac Paulli, Basil. 1528. f. tum *Ludou. Pefnoisius*, Lugd. 1553. et 1559. 8. postea *Iac. Cuiacius* adiecit Codici Theodof. Paris. 1586. fol. et *Aureliac* 1586. 4. ac denique *Iul. Pacius*, Franef. ad Moen. 1592. 22. imprimendum curauit.] Hunc excepit *Hieronym. Alexander iun.* Venet. 1600. 4. [deinceps *Iac. Oisellius*, Lugd. Bat. 1658. 8.] et denique cum omnibus in eum commentariis *Ant. Schultingius* in *Iurisprudent. Antiquiss.* [Lugd. Bat. 1717. 4.] qui etiam reliqua Institutionum harum fragmenta ex *Boethio, Callatione Legis Mosi et Romanae, Prisciana, Diomede*, et ipsis Pandectis, interposuit. Ceterum has Institutiones Caji denuo cum libris scriptis duobus bibliothecae Leidensis comparauit, et [*Specimen animaduersionum criticarum in Caji Icti Institutiones*] edidit *Gerh. Meermannus*, Mantuae Carpentanorum, 1743. [et *audius Lutet.* Paris. 1747. 8. nec non in *Thes. Jur. Tom. VII.* p. 669. sqq. Nouissime varias in Caium lectiones exhibuit *Io. Christoph. Amadulius*

datius Legg. Nouell. anecdot. Imp. Theodos. Iun. et Valentiniani III. Romae 1767. fol. p. 114 — 130.]

p) *Const. Omnem §. 1. de concept. Digestor.*

q) *P. Aegidii liber sic inscribitur: Summae, siue argumenta Legum diuersorum Imperatorum, ex Corpore Diui Theodosii, Nouellis Diui Valentiniani, Aug. Martiani, Maioriani, Seueri, praeterea Caii et Iulii Paulli Sententiis, nunc primum diligentissime excusa, Caesaris iuris studiose utilitatem allatura non mediocrem ex vetustissimo archetypo. A. 1517. apud Theodoricum Martinum Alustensem Antwerp. [fol.] qui liber rarissimus est.*

v) in appendice *Animaduersionum in Caii Icti Institutionet.*

§. XVI.

L. VOLVSIUS MAECIANVS sub Antonino Pio et Diuis Fratribus celebris *), Diui Marci etiam praeceptor in iure ciuili *) fuit. Reliquit *) *Libros XVI Fideicommissorum, siue Quaestionum de Fideicommissis, Librum ex Lege Rhodia u), Publicorum Libros XIV, siue de publicis iudiciis, item Quaestionum Libros **), quorum mentionem facit Papinianus x). Eidein etiam tribuitur, etsi parum certo, Liber de asse et partibus eius y).*

*) De vita eius scriptisque egit *Io. Strauch. Vit. vet. Ictor. num. VI. p. 46. et Io. Wunderlich Comm. de L. Volusio Maeciano Icto, et Scto Volustano, Hamb. 1749. 4. Extant fragmenta pura.*

z) *Capitolin. Marc. c. 3. v. Menag. Amoet. Iur. Ciu. c. 5. Otto praef. T. 1. Thes.*

l) *Fragmenta eius librorum in Digestis v. apud Wieling. Iurispr. Restit. p. 97.*

u) Sic enim titulus libri scribendus est, non ad *Legem Rhodiam*, v. *Bynkershoek. Exerc. ad L. Αἰτωρικ [9. D. de lege Rhodia de iactu Liber sing. in Eius Opp. minor. Lugd. Bat. 1730. 4. p. 251. sqq. cap. 1. p. 268. sqq.]*

**) Non plurium, sed *singularis libri mentionem facit Papinianus l. c.*

x) in *L. 86. pr. D. de acquir. vel omitt. hered. quos libros, cum libris de Fideicommissis, eisdem esse putant*

viri docti, propterea, quod in Indice Florentino non memorentur. Sed parum idoneam rationem esse hanc, docent exempla librorum in eodem Indice omissorum, de quibus nullus dubitationi locus reliquitur. cf. *Bynkershoek, Exerc. ad L. Aëtiois c. 1.*

- y) Scribendi genus in hōc libello adhibitum, valde abhorrens ab elegantia Maeciani Icti, multum dubitationis iniecit viris doctis, [inprimis *Christ. God. Hoffmanno Hist. Iur. Vol. I. P. I. cap. 1. p. 331.* et *lo. Wunderlich Diss. laud. p. 18.*] Veilissimum tamen studiosis iuris esse iudicauit summus *Cuiacius* ad *L. 21. §. 2. D. de ann. leg.* ita, vt eum ante ipsarum Institutionum doctrinam cognoscendum planeque imbibendum putaret: Adiectus est *Libris de Pecunia Vetere* a *I. F. Gronouio*, et insertus a *Graeuio Thes. Ant. Rom. T. XI* [Etiam separatim editus, *Paris. 1565. 8.*]

§. XVII.

Q. CERVIDIVS SCAEVOLA²⁾ *) auctor Iuriconsultorum prudentissimus^{a)}, Marci Antonii consiliarius^{b)}, Septimium Seuerum Imp. et Papinianum in iure civili discipulos habuit^{c)}. Herciscundus fuit^{d)}. Edidit^{e)} *Libros XL Digestorum, Notas ad Iulianum, Librum singularem de Quaestione familiae, Libros XX Quaestionum^{f)}, Librum singularem Quaestionum publice tractatarum^{g)}, Libros IV Regularum, Libros VI Responsorum^{h)} et Notas ad Marcellum<sup>h

h</sup>*.

- 2) Scripsit *Fr. Duarenus* librum, cui nomen *Scaeuola*, [quo libro *Scaeuolae* fragmentum, in *L. 122. D. de verb. oblig. obuium*, exposuit.]

- *) Vitam persecuti sunt: *Iac. Cuiacius*, qui *Responso* eius explicauit *Recitatt. Tom. III. Opp. Alex. Arn. Pagenstecher Disp. de Q. Ceru. Scaeuola*, Groning. 1707. 4. *Io. Ortow. Westenberg Orat. de iurisprudencia Q. Ceruidii Scaeuolae*, Lugd. Bat. 1734. 4. et in *Opusc. academ. Triade cum animaduers. Ios. Lud. Ern. Pürtmanni*, (Lips. 1795. m. 8.) num. III. p. 131. sq. ac *Io. Lud. Conradī* libr. sing. *de vita et scriptis Q. Ceruidii Scaeuolae*, Lips. 1755. 4. et in *Opusc. e iure ciu.* (Bremae

1777.

1777. 8.) Vol. I. p. 1. sq. Hunc Ictum Muciorum gentilem fuisse, plane negat *Ge. d'Arnaud Vit. Scaeuolae* cura Henr. Io. Arntzenii, Traj. ad Rh. 1767. in publicum editis, p. 12: negat etiam Io. Lud. Conradi *loc. cit.* p. 7. Dubium certe facit, quod non Q. Mucius, quod nomen gentis est, sed Q. Cervidius Scaeuola dictus sit, nisi forte nomina propria istis iamiam temporibus varie fuerint immutata, quod vberius ostendit *Henr. Canegisterus Libr. de mutata roman. nominum sub Principibus ratione*, Traj. ad Rh. 1758. 4.

a) L. 3. C. Th. de testam.

b) Capitolin. Marc. c. 11.

c) Capitolin. Caracall. c. 8.

d) *Moscov. de Scæ. VIII, 5.*

e) Fragmenta in Digestis v. ap. *Wieling. Iurisprud. Resit.* p. 33. sqq.

f) In XIII. libros priores harum Quaestionum scriptis commentarios Io. Altamirano et Velasquez, quos inseruit *Meermannus Thes. Iur. Civ. et Canon. T. II,* p. 369.

***) Has explicauit *Ios. Fernandez de Retes* Opusculorum libro III. quo continetur commentarius ad librum singularem quaestionum publice tractatarum Scaeuolae, in *Meermannii Thes. Iur. T. VI.* p. 169.

g) de quibus v. *Cuiac. Obs. XII, 10.* Ceterum male *Heinecius Hist. Iur. I, 318.* secutus *Wielingium Iurisprud. Resit. Ind. Ictoy, Alphab.* p. LXXVIII. huic Scaeuolae tribuit librum singularem *ἑκῶν*, qui est Q. Mucii Scaeuolae, [Pont. Max.]

***) Etiam ad Sabinum arg. L. 19. D. de neg. gest. Stilius eius difficilis est ob abruptum dicendi genus et *ἀναγνῶστος*, cuius luculentissimum cernitur exemplum in L. 14. D. de transact. v. *Petr. de Toullieu Diss. de occurrentibus in iure ciuili anantapodotis.* in *Collesan.* Groning. 1737. 4. num. X. p. 300, sq. Ceterum plurima extant fragmenta pura.

§. XVIII.

[L.] VLPIVS MARCELLVS *) sub Pio, Marco, et Commodo floruit ^{b)}: Proculianorum suo tempore acerrimus ⁱ⁾. Reliquit ^{k)} *Libros XXXI Digestorum,*

H h 3

libros

*libros VI ad Leges Iuliam et Papiam; Libros de Officio Praefidis, Libros II Publicorum, Librum singularem Responsorum **), Libros de Officio Consulis, Notas ad Libros Digestorum Iuliani, Notas ad Pomponii librum singularem Regularum ***).*

*) *Vitam exposuerunt Meynard Tydemann. Diss. Inaug. de L. Vlpri Marcelli Icti vita et scriptis, Trai. ad Rh. 1762. 4. et in Oelrichs Thes. nouo Diss. iurid. select. Vol. I. Tom. I. p. 1. sq. ac Io. Theoph. Sigerus Disp. Vlprius Marcellus, Lips. 1768. 4. add. Car. Frid. Wolch de aetate Vlpri Marcelli in Eius Opusc. Ien. 1756. 8. Part. I. Sect. 2. num. 1.*

h) *Capitolin. Anton. Pi. c. 12. L. 19. D. de test. tut. Dia Cass. Exc. Peiresc. p. 724.*

i) *v. Cuiac. Obs. XIV, 35. Mascov. de Sect. p. 90. Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 24.*

k) *Fragmenta v. ap. Wieling. Jurisprud. Reflit. p. 100. seqq.*

**) *Eum interpretatus est Iac. Cuiacius ad Marcelli libr. singul. Respon. Tom. III. Opp. postum.*

***) *v. Eu. Otto praefat. thes. iur. ciu. Tom. I. p. 19. et Gottfr. Mascovius de Sectis Sabinian. et Proculian. c. I. p. 90. Superfunt ex eius scriptis fragmenta puta bene multa.*

§. XIX.

AEMILIUS PAPINIANVS 1); Syrophoenix, Iuliae Domnae cognatus fuisse traditur. Summae apud ipsos veteres eximiationis ICTus^m), adeo quidem, vt, paribus in vtramque partem ICTorum sententiis, Valentinianus tertius ei parti praeciperet standum esse, cui adfentiretur Papinianusⁿ); idque inualuerit, ut studiosi iuris tertio anno Papinianistae ab eius nomine dicerentur^o). Sub Seuero libellorum magister fuit, post Praefectus Praetorio^p), et a Seuero tutor relictus Caracallae et Getae^q), sed interfectus a Caracalla, cum probare caedem Getae nollet^r). Medium ferire voluit^s). Plurima scripsit, e quibus haec referuntur^t): *Libri II de Adulteris,*
Liber

Liber singularis de exercitio publici iudicii de adulteriis ^{u)}, *Liber singularis Ασυνομίαν*, h. e. de officio Aedilium ^{x)}, Graece, *Libri XXXVII Quaestionum, Libri II Definitionum, Libri XIX Responsorum.*

Q) Vitam Papiniani [praeter Matth. Wesenbecium, Christoph. Besoldum, et Jos. de Rusticis] exposuerunt: Iac. Leclius [de vita et scriptis Papiniani, Geneu. 1594. 8. et in *Ottonis Thes. Tom. I. p. 123. Io. Strauchius Vit. vet. ICTor. num. V. p. 38.*] *Os. Otto* [libr. sing. de Papiniani vita, scriptis, moribus et morte, Duisb. 1712. 8. et multo auct. et emend. Brem. 1743. 8. Nouissime prodit Bau. Voorda Papinianus, seu, Optimi Icti et Viri forma in Aepilio Papiniano spectata, Lugd. Bat. 1770. 4.]

m) *Zosim. I, 9. Spartian. Sever. c. 21. Cassiodor. Var. VI, 5. l. 30. C. de fideicomm.*

n) *L. vn. C. Th. de Resp. prud.*

o) *Const. Omnem reip. §. 1. 4. ad antecess.*

p) *Dio Cass. Exc. Pivrese. p. 865.*

q) *Zosim. I, 9. Spartian. Carac. c. 8.*

r) *Spartian. Carac. c. 4.*

s) *v. Mascov. de Sect. VIII, 6. p. 135.*

t) *Wieling. Jurispr. Restit. p. 138.*

u) *Otto in Papiniano. c. 12. §. 4.*

x) Eius fragmentum Graecum est in *L. un. D. de via publ.* Ceterum vulgo putant, eum librum egisse de officio Aedilium municipalium; quam sententiam imprimis defendit Otto in Papiniano c. 4. §. 3. et alibi. Sed Burmannus ficto nomine Ottocari Hammens. *Schediasm. Nomico Philolog. p. 146. seqq. [edit. Geneu.]* rationibus et argumentis gravissimis docuit, eum pertinuisse ad Aediles Urbis Romae: contra quas rationes denuo pro Ottone disputavit *Ge. Arnald. Var. Cou. I, 18. **) sed frustra, vt mihi videtur. Qui graece sciunt, idem sentiant cum Burmanno, necesse est.

*) Etiam *Abrah. Wielingius Lib. II. Lest. Iur. Ciu. c. 16.* postea Otto ipse *Papin. repetitae praelectionis cap. XIIX. §. 6.* et nouissime *Mazochi ad Tab. Heracl. p. 485. sqq.* Ceterum vniuersa Papiniani opera, e quibus fragmenta plurima, eaque pura supersunt, illustravit

strauit *Iac. Cuiacius Reditat. in Opp. postum. T. I. et de variationibus Papiniani dissequit Idem Obs. II, 37.*

§. XX.

TERTULIANVS ICTUS *) iisdem temporibus floruisse putatur; diuersus tamen est a Tertulliano patre ecclesiastico ²⁾, vt vel dicendi genus vtriusque arguit. Scripsit ²⁾ *Libros VIII Quaestionum*, et de *Pe. ulio Castrensi Librum singularem* ^{3*)}.

*) cf. *Io. Henr. Blumbach de Scto, Q. Septimio Florenti, Presbytero et ICTo, Tertulliani*, Lips. 1735. 4. et *Iust. Car. Wiefenhaverii Diss. de ICTo Q. Septimio Florenti Tertulliano*, Hildesh. 1743. 4. *Io. Alex. Guinaud. Pagenstecher Orat. de iurisprudencia Tertulliani*, Harderov. 1768. 4. In Digestis fragmenta pura leguntur.

g) *A. Augustin. de nom. propr. Pand. p. 139. a. Cuiac. Obs. VII, 2.* aliique statuunt eosdem esse. Sed satis eam opinionem refutarunt *Menag. Amoen. Iur. Civ. c. 12. Otto praef. T. I. Thes. Iur. Civ. p. 15.*

2) Fragmenta v. in *Wieling. Iurisprud. Restit. p. 252* sq. Ceterum hunc ICTum parum idoneis rationibus cum *Masurio Sabino* vixisse statuit [*Henr. Hahnus Or. de Usu Chronolog. [in Iure priu.] in Wieling. Iurisprud. Restit. T. II. p. 138.*

) Inferendus hic **MESSIVS ICTUS, qui in eodem auditorio cum Papiniano sedit, et cuius fragmentum citatum occurrit in *L. ult. D. de iure fisci*, expositum a *Greg. Maians. Comment. T. II. p. 323. seqq.*

§. XXI.

CLAVDIVS TRYPHONINVS *), Papiniani aequalis, quippe cum eo in *Seueri et Antonini consilio* fuit ^{a)}, reliquit ^{b)} *Notas ad Scaeuolam* ^{c)} et *Disputationum libros XXI.*

*) v. *Christ. Rau, V. S. R. Diss. doctissima et elegantissima, de Claudio Tryphonino, ICTo Rom.* Lips. 1768. 4.

a) *L. 50. D. de iur. fisci. Cuiac. Obs. VII, 2.*

b) Fragmenta v. ap. *Wieling. Iurisprud. Restit. p. 253.*

c) Has notas **) illustrauit *Ant. Dadin. Alteserra* commentario, *Tolosae* 1679. [Scripsit potius *Ios. Fern. de Rites*

Retes ad Claud. Tryphonini notas in Scaevolae responsa et digesta in Meerm. Thes. Tom. VI. p. 196. sqq.]

- *²) Deceptis errato operarum apud Wielingium et Heineccium ad *Notas Baohius* refert *Alteserrae* recitationes, quae ad *Disputat. libros* pertinent. Sed prodierunt *Alteserrae recitat. quotidianae in Tryphonini libros XXI. Disputationum et varias partes Dig. et Cod. Tom. I. Tolosae 1679. Tom. II. ibid. 1684. 4.* (Fres Tomi, qui restant, manuscripti latent penes Aduocatam quendam Tolosanum, teste *Meermanno in Conspectu noui thes.* (Hag. Com. 1754. 8.) p. 68. Ceterum e Tryphonini libris plurima fragmenta pura supersunt in Digestis.

§. XXII.

ARRIUS MENANDER, Carscallae consiliarius ^d), scripsit *Libros IV Militarium* ^e), siue *de re militari* ^e).

d) L. 11. §. 2. D. de minor.

e) Vnde fragmenta quaedam pura.

e) Fragmenta v. ap. *Widling. Jurispr. Rest.* p. 120. quae collecta illustrauit singulari libello, sed parum commendabili, quamuis nuper repetito Lipsiae, [*Coelst.*] *Mirabellus* [ad fragmenta legum *Arrii Menandri de re militari*, Biturig. 1663. 12. et cum notulis *Io. Georg. Harnisch*, Lips. 1752. 4.]

§. XXIII.

Incerti temporis sunt *SEX. PEDIUS* ^f), *PVTEOLANVS*, auctor *Adseffortorum* ^g), *PACTUMEIVS CLEMENS* ^h), *PAPIRIUS FRONTO* ⁱ), *FVRIVS ANTHIANVS*, qui scripsit *Libros V ad Edictum* ^k), *RUTILIVS MAXIMVS*, qui *Librum singularem ad Legem Falciariam* scripsit ^l).

f) Laudantur tantum libri eius in Digestis, veluti de *stipulationibus* in L. 6. D. de reb. cred. [De Sexto Pedio vide *Alb. Gentilem Lib. III. Lect. et Epist. cap. 4.*]

g) laudatur hic liber in L. 12. D. de pact.

h) laudatur in L. 21. §. 1. D. de stat. lib.

- i) *Responsa eius laudat Callistratus L. 4. fin. D. ad L. Rhod. de iact. L. 220. §. 1. D. de V. S.*, [v. *Maiansii Papirius Fronto, Tom. II. p. 256. sqq.*]
- k) *Wieling, Iurisprud. Ristik. p. 6.* [cf. *Maiansii Furius Anthianus, Tom. II. p. 328.* et *P. F. Besler, Diss. de Furiis Anthiano ICto eiusque, quae in Pand. exst. Fragm. Lugd. Bat. 1803. 4.*]
- l) v. *Cuiac, Obs. II, 27.* [add. *Maiansii Rutilius Maximus Tom. II. p. 326. sqq.*]

§. XXIV.

QUINTVS CLAVDIVS SATVRNINVS^{m)}, qui scripsit *Librum singularem de poenis paganorumⁿ⁾*, et Q. VENVLEIVS SATVRNINVS^{o)}, auctor *librorum X Actionum, librorum VII Disputationum^{***)}, librorum VI Interdictorum, Librorum IV de Officio Proconsulis, Librorum III Publicorum, siue de Publicis Iudiciis, Librorum XIX Stipulationum^{o)}*, non confundendi inuicem, ut a multis factum est^{p)}: ille incertae aetatis, hic autem temporibus D. Pii fuisse videtur.

- m) Duos facit *Heineccius Hist. Iur. I, 335.* [et *Diss. de variis Saturninis ICtis, inf. Io. Lud. Vhlii Opusc. ad hist. iuris pertinentibus, Hal. 1735. 4. p. 353. seqq.*] *Q. et Claudium Saturninos, secutus Grot. vii. ICtor. II, II. p. 191. errore*;*) ut docuit *Bertrand. Lib. II. p. 263. conf. Otto praef. Thes. Iur. Ciu. Tom. I. p. 16.*
- n) Imo *Bachius* errat: nec verbo quidem confutauit *Heineccium* et *Grotium*, qui recte faciunt duos Saturninos: *Quintum* et *Claudium*, v. *L. 13. §. 5. D. de iureiur. et l. 19. §. 7. D. de auro, arg. mund. leg. cf. Chr. Rau, V. S. R. Prol. de variis Saturninis ICtis, Lips. 1791. 4.* qua omnem rem more suo, h. e. doctissime exposuit: et verissime probauit, *Claudium Saturninum* sub *Diuis* fratribus praeturam gessisse, *Quintum* recentioris esse aetatis, *Venuleium* autem sub *Antonino Caracalla* et *Alexandro Seuero* vixisse.
- o) Fragmentum est in *L. 16. D. de poen.* Ceterum in *Indic. Pand. Florent.* errore tribuitur hic liber *Venuleio*

nucleo Saturnino, omisso Claudio Saturnino, v. Otto
l. c.

- ***) cf. Io. Eberh. Linkii Diss. de Ictis Saturninis, Argent. 1730. 4. Pauk. Phil. Wolffhardi Prol. de Q. Claudio Saturnino, Rintelii, 1747. 4. et Herm. Oosterdyk, Jo. Al. Diss. inaug. ad fragmenta, quae ex Venuleii Saturnini libris de officio proconsulis supersunt, Trai. ad Rh. 1755. 4. et in Oelrichs nouo thesi. diss. iurid. select. Belg. Vol. I. Tom. II. p. 447. sqq. vbi cap. I. de vita Venuleii Saturnini bene differitur.
- ****) Horum librorum nullam plane mentionem facit Index Florentinus: vnde facile potuerunt confundi cum libris stipulationum, v. Labittus in Vsu Indic. cap. VI. §. 5. p. 118. Ceterum purum Claudii Saturnini fragmentum vnum, Venuleii plura occurrunt.
- e) Fragmenta v. ap. Wieling. Iurisprud. Restit. p. 257. sqq. qui perperam ei attribuit Librum singularem de Poenis paganorum, qui debetur Claudio Saturnino.
- f) A. Augustin. de nom. propr. Pand. p. 196. b. Merrill. Obs. VIII, 1. aliisque. v. Panciroli. Thes. Var. Lect. II, 139. Otto l. c.

§. XXV.

DOMITIVS VLPIANVS *), Tyrius Syrophoenix, sub Septimio Seuero scriniorum magister, sub Alexandro Praefectus Praetorio fuit ¹⁾, interemptus a militibus. Nulli sectae se mancipauit ²⁾. Plurimos libros scripsit ³⁾, e quibus in Digestis excerpta sunt. In quibus saepe a Papiniano paullo iniquius dissentire ⁴⁾, scribendi genus autem latinum traxisse aliquid putatur ex ratione loquendi Phoenicia ⁵⁾. Perperam ⁶⁾: quamquam oratio latina, qua utitur, vt tum tempora erant, valde a vetere elegantia remota est.

*) v. Matth. Wesenbecii Vlpianus, Vitemb. 1572. 8. lac. Lectius Orat. II. de vita et scriptis Domit. Vlpiani, Geneu. 1601. 8. et in Ottonis Thes. Tom. I. p. 51. sqq. Bertrandus et Grotius, quaeque ad horum scripta notauit Schulling. in Iurispr. Anteiust. p. 543 — 558. Petr. de Taullieu Or. de Vlpiano, an Christianis infenso,

senso, Groningae 1724. 4. et in *Collectan.* pag. 495.
Hadr. Steger Diss. de Domitio Ulpiano, Lips. 1725. 4.

g) *Zosim. I, 11.*

h) v. *Mascov, de Sect. VIII, 7, 2.*

i) quorum fragmenta in *Digestis v. ap. Wieling. Iuripr. Restit.* p. 261. sqq.

j) *Otto, Papiasian. c. 8. §. 13.*

k) Hebraïsinis potissimum scaturiente: quod negat *Io. Gottl. Heinecius Pr. de Ulpiani Icti hebraïsmis*, Francof. 1730. 4. et in *Opusc. Var. Syll. Exerc. XVIII*, p. 696. sq.: sed affirmat *Chr. Wolle Ep. de Hebraïsmi Ulpiani*, Lips. 1739. 4.

l) ut demonstrat *Dukerus de Latinit. vet. Ict.* pag. 322. et 392. de eius stilo omnino conf. *Bynkershoek. Obs. VIII, 15.* [adde *Io. Cannegieterum ad Ulpiani Fragm. Lugd. Bat. 1774. 4. p. 42. sqq.*]

§. XXVI.

Iam libros Ulpiani trademus. Scripsit *Libros V de Adulteriis, Libros IV de Appellationibus, Libros VI de Censibus, Libros X Disputationum, Libros LXXXIII ad Edictum s. ad Edictum Praetoris, Libros II ad Edictum Aedilium Curulium, Libros VI Fideicommissorum, Libros II Institutionum, Libros ad Legem Aeliam Sentiam, Libros XX. ad Leges siue Legem Iuliam et Papiam, Libros III de Officio Consulis, Libros X. de Officio Proconsulis x), Librum de Officio Quaestoris singularem y), Libros VI Opiniorum z), Libros X Pandectarum a), Libros VII Regularum, Libros II Responsorum aa), Libros LI ad Sabinum b), siue ad Masurium Sabinum.*

x) In septimo eorum librorum Rescripta Imp. contra Christianos eum collegisse tradit *Lactant. Inst. Div. V, 15.* v. *Cuiac. Obs. X, 34. Menag. Amoen. Iur. Cin. cap. XII. p. 69. Bynkershoek. de Rel. Peregr. Diss. I. p. 241. Obs. V, 23. Schulting. Diss. pro Rescript. Imp. p. m. 171. sqq.*

y) vitiosa itaque est inscriptio *L. 3. D. de iurisd.* z) ut patet

patet e *L. 1. D. de off. Quaest. v. Gronou. Emendat. Pand. p. m. 77.*

- *) In inscriptione *Legis 3. D. de iurisd.* occurrit nempe *liber II. Vlpiani de Offic. Quaestor.* et in inscriptione *Legis vn. D. de Offic. Quaestor.* legitur: *Vlpianus libro singulari de Offic. Quaestor.* Sed ab hoc mendii vitio liberavit *I. L. E. Püttmannus Interpret. et Obséruat.* (*Lips. 1763. 8.*) cap. IV. §. 13. sqq. vbi contendit, Vlpianum, aliorum Ictorum exemplo, duo diuersa scripta eodem insigniuisse titulo, et de officio quaestoris exhibuisse vnum breuius, idemque *μονοβιβλιον*; alterum paullo diffusius et in duos libros distinctum.
- z) in quibus ille consilia prudentiae, siue cautiones, vti *Modestinus* in libro *Heurematicorum*, tradidit. v. *Noord Comm. Dig. tit. de procurat.* Exemplum est in *L. 11. D. de alien. iud. mut.* Errat vero *Iac. Gothofred.* ad *L. 61. D. de R. I. p. m. 259.* qui putat *L. laud. 61.* non esse veteris illius *Vlpiani*, sed alicuius posterioris *Vlpiani*, acui *Constantiniani*: congestas autem esse in eos libros *Opiniones*, hoc est, virorum prudentum placita, responsa, sententias maxime illustres: vtrumque perperam.
- o) v. *Ind. Pand. Florent. L. 2. D. de loc. et itin. publ.* praescribitur *Vlpianus Lib. XL. Digestorum.* Sed ibi scribendum est *Iulianus*, quia nullos *Digestorum* libros scripsit *Vlpianus*. v. *Ant. August. de nom. propr. Pand. p. 65. a. Labitt. Vj. Ind. Leg. VI, 6. Gronou. Emend. Pand. p. 71.* Nullae ex *Pandecis Vlpiani* in *Digestis Iustiniani* reliquiae sunt.
- ***) *Responso* interpretatus est *Iac. Cuiacius Recitat. in Opp. postum. T. III.*
- b) *Lamprid. Elog. c. 16.* memorat *Sabinum Consularem*, ad quem libros *Vlpianus* scripserit. Sed nulla in rebus veteribus, contra ipsos veteres scriptores, his auctoribus fides est: Itaque non *Sabino* dedicati, sed ad *Masurii Sabini* libros Iuris Ciuilis illustrandos scripti sunt. v. *Cuiac. Obs. VII, 2.*

§. XXVII.

Scripsit porro *Libros X Protribunalium*, siue potius *de omnibus Tribunalibus*, vt hic liber vbique in *Digestis*

Digestis adpellatur ^{c)}), *Libros singulares Excusationum, de Officio Consularium, de Officio Curatoris reipublicae, de Officio Praefecti Vigilum, de Officio Praefecti Vrbi, de Officio Praetoris Tutelaris, Librum singularem Pandectarum* ^{d)}), *Regularum, de Sponsalibus; Notas denique ad Aristonem, ad Marcellum, ad Papinianum* ^{e)}).

c) v. Gronou. *de Emend. Pand.* p. 76. Ceterum quae ratio horum librorum fuerit, v. Cuiac. *Obs. VII, 23.*

d) Ex hoc sunt *L. 24. D. de reb. cred. et L. 34. de liber. caus.* Quare cum ex libris *X. Pandectarum* nullae in Iustiniani Digestis reliquiae sint, emendandum *Ind. Flor. Pand.* scribendumque *πανδεκτη βιβλίον ἐν*, vt purat Grotius. Sed v. Schulting. *Iurispr. Antic.* p. 550. [quî dubitat, an opus sit emendatione.]

e) Ex huius ICTi scriptis sunt quam plurimâ fragmenta pura in Digestis.

§. XXVIII.

Ex Vlpiani singulari libro ^{e)}) *Regularum* hodie tituli XXIX. supersunt, seruari ex Alariciano Breuiario, in quod illati fuerant iussu regis Visigothorum Alarici. Primus edidit Io. Sichardus ^{e)}), post Io. Tilius ^{**)}), quem auctorem plerique secuti sunt editores, qui post eum accesserunt. Optimâ editio est Ant. Schultingii in *Iurisprudentiâ AnteuJustinianea*, qui duo alia aliunde fragmenta addidit. Ceterum hi tituli studiosis iuris antiqui, vt ad interpretationem et illustrationem iuris Iustiniani imprimis vberes, valde commendandi sunt.

e) v. Schulting. *ad Vlpian. fr. init. in Iurispr. Antic.* p. 560.

***) Duplex error Bâchii. Primum enim in Sichardiana editione *Cod. Theod. Basil. 1528. fol.* non adiecti deprehenduntur isti tituli, vt adeo prima omnium huius libelli editio sit Tiliana: deinde falsissime cum *Iac. Gothofr. Manual. Iur. cap. IX.* aliisque excerpta haec existimauit deberi Aniano, cum tamen hic nullam prorsus

prorsus in suo legum corpore consiciendo eorum rationem habuerit. Neque enim Ulpiani mentionem faciunt Interpretes, neque regulae ipsae barbaram manum redolent, ut Cui et Pauli fragmenta, sed sunt purissimae, vid. Ant. Schulting. *Jurispr. Antef.* p. 560. et Io. Cannegieter ad *Ulpiani fragm.* Lugd. Bat. 1774. 4. p. 3. Ceterum de ordine in hoc Regularum, libro ab Ulpiano obseruato egit Noordkerkius *Obseru.* cap. VII. p. 130.

*) Princeps haec editio inscribitur: *Ulpiani, Icti veteris liber, titulis 29. quorum in Pandectis nulla mentio est, Paris. 1549. 8.* Haec ad amulsum secutus est Lud. Pernotius, qui bis exhibuit *Brachylogum totius iuris civilis, Lugd. 1553. et 1559. 8.* quique, uti innuit privilegium mense Septembri a. 1548. ipsi concessum, dedendo Ulpiano primus cogitauerat. Ediderunt deinceps Lud. Charondas in catalogo *legg. ant. Zasi in fine, Paris. 1555. 12.* et emendat. 1578. 10. ex qua quidem editione Schultingius tantum lectiones variantes exhibere potuit; postea Petr. Pithoeus, ut fertur, sed neque extat in Opp. nec nancisci potuit Schultingius, nec Meermannus: porro lecturam editionem Tillianam tum notis Cuiacii, Charondae, et suis Schultingius in *Jurispr. Antef.* p. 560. et cum notis Petri Fabri ineditis, qui Schultingii Iurisprudentiam Anteu- sinianeam recudendam curauit, Ios. Finestresius, Ceruariae 1744. 12. p. 269. sq. tum ob libri Finestresiani raritatem Ulpianum ad istas editiones non solum recudendum; sed et sphalmata; quae irreperant, corrigenda, suasque animaduersiones addendas curauit Gerh. Meermannus sub rubro: *Tituli ex Codice Ulpiani XXIX emendatius, quam antea, editi, cum notis Petri Fabri eiusdemque obseruationibus in notis Iac. Cuiacii ad eodem Ulpiani titulos, in Thes. Iur. Ciu. et Can. Tom. VII. p. 739. sqq.:* tandem una cum Collatione Legum Mosaic. et Rom. ac notis suis Io. Cannegieter, Trai. ad Rh. 1768. et Lugd. Bat. 1774. 4. Nouissimam textus recensionem post Schultingium et Meermannum ex virorum doctorum coniecturis coninnauit Gustauus Hugo, Prof. Gott. Cel. sub titulo: *Domitii Ulpiani fragmenta libri regularum, vulgo Tituli ex corpore Ulpiani, Gottingae 1788. 8.*

§. XXIX.

Hic commemorandum est fragmentum, ex DOSTHEI Grammatici Exercitationibus Graecis inditis, *de iuris speciebus et manumissionibus*, quod laudari solet sub nomine *veteris Icti*. Auctorem esse ipsum *Vlpianum*, non abhorret ^{f)}. Dositheus, aequalis ipsius *Vlpiani*, quippe se scribere narrat *Apro et Maximo Consulibus*, id graece venit ex Latinis *Vlpiani*: unde postea latine, nescio quis (ipsum *Dositheum* fuisse, non alienum est credere) reddidit. Quam latinam, non sane satis elegantem, interpretationem eruit *Claudius Puteanus*, et cum *Cuiacio* communicavit ^{g)}: qui primus edidit subiectam *Codici Theodosiano* ^{h)}: denuo deinde vulgavit *P. Pithoeus* ⁱ⁾ cum animaduersionibus: quem alii secuti sunt, et nouissime *Schuldingius* ^{k)}, adiectis cum *Pithoei*, tum suis animaduersionibus. Sed graecus textus tamen latuit: donec *Matthias Roeverus* illum ex libris scriptis accuratioribus et integrioribus, quam *Cuiacianus* fuit, cum notis et emendationibus in lucem edidit ^{l)}. Quo auctore longe iam integrius, quam antea, et si non ab omni labe et corruptela vacuum, redditum est nobis id fragmentum: elegantiori iurisprudētia non inutile.

f) v. *Roever. praef.*g) *Cuiac. Obs. XVII, 20.*h) [*Lugduni*] 1566. [fol.]i) sub finem *Collationis Legis Mos. et Rom. Lutet. 1573* in 4.k) in *Iurisprud. Antiqua*. [p. 811.]l) [Sub titulo: *Veteris Icti fragm. de iur. spec. et manum. quod seruauit Dositheus Magister, cum not. Matth. Roeveri*] *Lugd. Bat. 1739, 8.* ex *Codd. MSS. Leidentibus*, quorum vno, eoque octo fere saeculorum, iam vsus fuerat *Salmasius*, qui de *Mod. Vsur.* saepe illum librum laudat.

§. XXX.

§. XXX.

IULIUS PAULLUS *), Seuēri et Caracallae Imperatorum consiliarius, et postea sub Alexandrō Praefectus Praetorio fuit ^m). Summam ei iurisprudentiae laudem ac fere principatum ipsa tribuit antiquitas; neque inmerito: quamvis et, propter subtilitatem, obscuritatis ⁿ), et, propter prauum studium carpendi, iniquitatis arguatur ^o). Medium secutus videtur ^p). Ceterum omnes fere Ictos librorum, a se scriptorum, multitudine superauit.

*) cf. Nic. Rittershusius Diatr. de vita Iulii Paulli, Norimb. 1566. 4. et Io. Strauchius: Vit. vet. Ictor. num. XII. p. 91. et Alex. Arn. Pagenstecher Iulius Paulus in Eius diss. sytloge Brem. 1713. 12. p. 523 — 624. De patria Paulli lis est, Romanus fuerit, an exterus. Res nullius momenti. Romanum tamen fuisse ostendit Laur. Pignorius Epist. sing. ad Annibalem Campegiū, Ictum Ticinensem, inserta Bertrando de Iuris peritis a Franckio editis p. 126. sqq. et in Symbolis Epistolicis, Patav. 1629. 8. lib. I. Ep. 41.

m) Lamprid. Alexandr. c. 26.

n) Duaren. ad L. 132. D. de V. S. defendit tamen eum ab hoc crimine Bynkershoek. Exerc. ad L. Leſa c. 13: p. 85. [add. E. A. O. C. Pagenstecher Gryphorum magister Paullus iniuria vapulans, seu, de filio Paulli, Wetzlar. 1726. 4. et, cum aliis opusculis, Herborn. 1734. 4. Franc. Car. Conradi Prol. Iulius Paullus, ab iniuriis criticorum vindicatus, Helmst. 1733. 4. et in Parergis Lib. IV. p. 507. sqq.]

o) Balduin Iurispr. Mucian. p. 299. P. Faber ad L. 145. D. de R. I. Mascov. de Sed. VIII. 8, 2. p. 144. Otto Papin. p. 294. Neque tamen satis certum est, quod de Ulpiani et Paulli aemulatione dicitur. v. Bynkershoek. ad L. Leſa p. 89.

p) v. Mascov. de Sed. VIII, 8, 2.

§. XXXI.

Eius autem hī libri ad posteritatis notitiam peruenērunt, siue delibati, siue laudati in Digestis ^q):

Libri tres de Adulteriis, Libri XXIII Brevium, siue Breuis Edicti ^{q)}, *Libri II de Consibus, Libri III Decretorum* ^{r)}, *Libri LXXX ad Edictum* ^{s)}, siue ad Edictum Praetoris, *Libri ad Edictum Aedilium Curulium, Libri Epitomarum siue Epitomatorum Aelfeni Digestorum* ^{t)}, *Libri tres Fideicommissorum, Libri II Institutionum, Libri II de Iure Fisci, Libri tres ad L. Aeliam Sentiam, Libri II ad Legem Iuliam, vel Iuniam, Libri X ad Legem Iuliam et Papiam, Libri III Manualium* ^{u)}, *Libri IV ad Neratium, Libri II de Officio Proconsulis, Libri XVIII ad Plautium* ^{v)}, *Epitomas Labeonis περὶ Σαῶν* ^{y)}.

q) *Fragments in Digestis v. ap. Wicling. Iurispr. Resit. p. 158. sqq.*

r) *de quorum ratione et indole v. Heinecc. Hist. Edict. in Opusc. postum. p. 26. sq. [Suspiciatur Chr. Gottl. Haubold, V. I. Diss. elegantissima de Edictis monitoriis ac breuibus, Lips. 1804. 4. p. 70. collecta fuisse in eo opere eiusmodi supplementa, quae antiquioribus magistratum, siue urbanorum, siue prouincialium, edictis post Hadriani tempora paulatim accesserant, ut maiorem commentarium, quem in ipsum Edictum conscripserat, veluti continuaret.]*

s) *v. Iac. Cuiacii, Recitatt. ad Iul. Paulli libb. ad Edictum in Opp. postum. Tom. II.*

t) *de quibus v. Cuiac. Obs. II, 26. Merill. Obs. II, 26. Bynkershoek, Exerc. ad L. Leica c. 1. Schulting. Iurisprud. Anticust. p. 211.*

u) *de his v. Bynkershoek, Obs. VIII, 1.*

v) *ad quos librum singularem Differentiarum edidit Edm. Merillius, Paris. 1638. 4. [et in Eius Opp. Neap. 1720. 4.]*

y) *qui quales fuerint, docet Bynkershoek, Obs. II, 18.*

z) *v. Bynkershoek, Obs. III, 6, et 12.*

§. XXXII.

Scriptis porro *Libros XXVI Quaestionum* ^{z)}, *Libros VII Regularum, Librum singularem Regularum, Libros*

Libros XXIII Responsorum *), Libros ad Sabinum XVI **) Libros VI Sententiarum siue Factorum b), qui etiam dicuntur Libri Imperialium Sententiarum in cognitionibus prolatarum, Libros IV ad Vitellium c); Libros singulares plurimos, de Actionibus, de Concurrentibus Actionibus, de Adulteriis, de Appellationibus, de Articulis liberalis causae**), de Cognitionibus, de Conceptione Formularum, de Donationibus inter virum et uxorem, de Dotis repetitione, de Excusationibus Tutorum, de Extraordinariis Cognitionibus, de Tacitis Fideicommissis, de Forma testamenti, de Gradibus et Affinibus d), de Inofficioso Testamento, de Instrueto et Instrumento, de Intercessionibus feminarum, de Septemviralibus iudiciis e) ***), de Iure Codicillorum, de Iure Fisci, de Iure Libellorum, de Iure Patronatus, de Iure Patronatus, quod ex lege Julia et Papia venit f), de Iure singulari ****), de Iuris et facti Ignorantia.

2) De eorum indole v. Bynkershoek. Exerc. ad L. Leg. c. 1. §. 3. [et Iac. Cuiac. Recitatt. ad Iulii Paulli Libri XXVI. Quaest. in Opp. postum. Tom. II.]

b) v. Iac. Cuiacius Recitatt. ad Iulii Paulli libros Responsorum in Opp. postum. Tom. III. Ceterum Paullum libros Responsorum edidisse, negat Chr. Henr. Trostzius ad Hugon. de prima scrib. orig. p. 8. reprehensus a Cannegietero ad Coll. Legg. Mos. et Rom. p. 249.

a) v. Gronou. Emend. Pand. p. 77. Schulting. Iurisprud. Anteuft. p. 208.

b) Hi quomodo diuersi fuerint a libris tribus Discretorum, disquirat Schulting. in Iurispr. Anteuft. p. 211.

c) v. A. Augustin. Emend. I, 6. Sed Gifan. Lectur. Atorff. p. 929. putat fuisse notas ad Sabini libros ad Vitellium.

**) Recte quidem. Solum enim Indicis Florentini de hoc libro silentium ei expungendo nondum sufficit, cum alios libros singulares ab hoc ICTo conscriptos et in Florentino Indice praeteritos sciamus, quos commemorat Guil. Grotius lib. II. de vitis ICTorum cap. 10: §. 14.

d) v. *Cuiac. Obs. VI, 40.*

e) ita inscribitur omnibus locis: sed legendum haud dubie *de Centumuiralibus iudiciis*. v. *I. F. Gronou. Obs. IV, 11.*

***) Mentio fit Septemuiralis iudicii item apud *Liuium XXIV, 45.* Vnde hoc non prorsus eliminandum, neque in hac parte a lectione Codicis Florentini recedendum puto, uti recte docuit *Ge. Henr. Ayrer Disquis. de iudicio Romanorum septemuirali*, Gotting. 1757. 4. et in *Siccamae Comm. de iudicio centumuir.* ab *Ill. Zepherinichio*, Hal. 1776. 8. edito p. 184. seqq.

f) hi duo libri mihi videntur vnum corpus esse: quamuis in *ind. Flor.* distinguantur ac segregentur.

****) v. *Fr. Car. Conradi Comm. ad Iulii Paulli ex libro singul. de iure singulari reliqua*, Lips. 1728. 4. et in *Oelrichs Diss. iurid. antiqu. n. VII.*

§. XXXIII.

Reliquit porro *Libros singulares ad Legem Cinciam, ad Legem Fusiam Caniniam* ^z), *de Legibus* ^b), *de Legitimis hereditatibus, de Liberali causa, de Libertatibus dandis, Προδικεσις ad Municipalem* ⁱ), *de Officio Assessorum, de Officio Consulis, de Officio Praefecti Vigilum, de Officio Praefecti Vrbi, de Officio Praetoris Tutelaris, ad Orationem Diui Antonini et Commodi* ^k), *ad Orationem Diui Seueri, de Poenis militum, de Poenis omnium Legum, de Poenis paganorum, de Portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur, ad Regulam Catonianam, de secundis Tabulis, de SCTis, ad SCTum Libonianum, seu Claudianum, ad SCTum Orphitianum, ad SCTum Silianum, ad SCTum Tertullianum, ad SCTum Turpilianum, ad SCTum Velleianum* ^l), *de Testamentis* ^m).

g) In *indice Flor.* memoratur liber singularis ad *Legem Velleiam*, omisso hoc: quare hunc ei substituendum censet *Gronou. Emend. Pand.* p. 78. cum praesertim in *Digestis* ex hoc fragmenta extant, ex illo nulla.

h) hic liber in *Ind. Flor.* relatus est ab aliena manu: adeoque valde dubius, cum praesertim nihil ex eo in *Paudecke*

Pandecte relatum extet. v. Gronou. de Emend. Pand. p. 80. qui etiam dubitat de duobus proximis libris, de legitimis hereditatibus, et de donationibus inter virum et uxorem.

- l) In *Ind. Flor.* vno versiculo ponuntur pro vno libro. *Taurellus* vt diuersos posuit. *Gronou.* vero de *Emend. Pand.* p. 78. putat suspectum vtrumque, tamquam ab aliena manu profectum, cum praesertim in *Digestis* nihil ex illis relatum reperiat.
- k) Hic liber in *Ind. Flor.* omissus est: contra vero refertur liber *sing. ad Orationem D. Marci.* Quare cum ex illo in *Digestis L. 60. D. de R. N.* excerpta sit, ex hoc nihil, vnus idemque esse videtur. In *L. 20. D. de R. N.* praescribitur *Paulli liber sing. ad Orat. D. Seueri Commodi.* Sed cum *Seuerus* et *Commodus* collegae non fuerint, recte corrigendam inscriptionem putant viri docti: *ad Orationem D. Marci et Commodi.* v. *Wieling. Ind. Alph. ICt.* in *Iurispr. Resit.* p. LXXXVIII. [cf. *Ios. Lud. Ern. Püttmann ad Orat. D. Marci in Eius Aduers. Iur. Lib. III.* Lips. 1788. 8. Cap. III. p. 31. sqq.]
- l) Forte hi libri singulares ad diuersa ista SCta sunt tituli libri de SCtis. v. quae dixi in *Traiano* p. 148.
- m) Forte hic liber non diuersus est a libro de forma testamenti, e quo extat *L. 89. D. de Legat. III.* vt putat *Conradi* ad *Ind. Florent. ICtor.* p. 166.

§. XXXIV.

Item *PAVLLVS*, vt acutissimi ingenii ac subtilissima disciplinae cognitione erat, plurima aliorum *ICtorum* scripta Notis suis castigauit. *Notas* quidem scripsit ad *Iulianum* *), ad *Papinianum*, et ad *Staculam*.

- *) Non adeo expeditum est, *Paullum* singularem ad *Iulianum*, vt ad alios *ICtos*, libellum composuisse, cum neque *Index Florentinus* harum notarum mentionem faciat, neque, si a tribus vel quatuor legibus in *Pandecte* obuiis, in quibus solum *Paullus* ad marginem *Digestorum Iuliani* quid notasse videtur, discesseris, plures notae occurrant. cf. *Ant. Augustinus Emendat. lib. I. c. 6. Noordkerk. Obseru. Iur. cap. 2. et Eu. Otto in*

Papiniano c. XIII. p. 45. Sed praeter fragmenta haec notata ex *πολυγραφου* illius *ICTI* libris quam plurima in *Digestis* fragmenta pura reperiuntur.

§. XXXV.

In omnibus autem *Paulli* scriptis maxime memorabiles sunt *libri V Sententiarum Receptarum*, ad filium scripti ⁿ⁾, qui hodie extant; non illi quidem fidei, nec ab interpolatione vacui, sed ita, uti eos cum interpretatione *Gothica* interpolatos, atque ad sui temporis vium adcommodatos, in *Breviatium Legum* referri iusserat *Alaricus Rex Visigothorum*. Eos, una cum reliquijs *Codicis Theodosiani*, *Gregoriani*, *Hermogeniani*que, primus in lucem reuocauit *Almaricus Bouchardus* una cum *Caio* in *Gallia Paris.* 1525. 4: deinde *Io Sishardus* in *Germania, Basil.* 1528. f. iterum *Alm. Bouchardus*, *Louanii* 1570. 12; post hos *Iac. Cuiacius* pleniore et emendatiores cum adnotationibus edidit ^{o)}: inde *Conr. Rittershusus* ^{p)}, cum nouis accessionibus; postremo omnium accuratissime illustratos ac perpolitos *Ant. Schultingius* ^{q)}. Ceterum utilissimi sunt hi libri, tum ad cognitionem iuris antiqui ^{r)}, tum ad interpretationem, illustrationemque iuris *Iustiniani* ^{s)}.

n) non confundendi cum libris alijs *Sententiarum* siue *Factorum*, v. *Schulting. Iurispr. Antieust.* p. 211. sqq.

o) A. 1558. primum: deinde 1566. sed vberimos ac plenissimos a. 1586. *Paris.* et *Geneu.* quamquam, de hac editione quas monet, v. *Nordkerk. Disquis. de Leg. Petron.* p. 190.

p) *Norimb.* 1594. 8. de Editionibus *Paulli Sententiarum*, v. *Schulting. Praef. Iurispr. Antieust.* p. 17. sqq.

q) *Iurisprud. Antieustin.* [p. 187. sqq.]

r) v. *Iac. Gothofred. Manual. Iur.* pag. 50. et *Conr. Rittershus. praef. ad Edit. Paull. in Iurispr. Antieust.* p. 196. sqq.

s) Commendanda vehementer est nouissima horum librorum editio *Gustavi Hugonis*, *Prof. Gotting. Cel.* qui non

non solum editionem principem, Bouchardinam, vna cum reliquis diligenter contulit, ac variantes lectiones bene notauit, sed et locupletissimum *Indicem editionum omnium corporis iuris ciuili fontium* exhibuit sub rubro: *Iulii Pauli sententiarum receptarum ad filium libri quinque ex breuiario Alariciano*, Berolini 1795. 8.

§. XXXVI.

lisdem temporibus fere *) floruit CALISTRATUS, de quo nihil aliud constat, nisi scripta in Digestis relata: veluti *libri sex de Cognitionibus* †), *libri VI Edictorum Monitoriorum* †), *libri tres Institutionum*, *Libri IV de Iure Fisci*, siue *de Iure fisci et populi*, denique *Libri II Quaestionum* *).

s) L. 2. D. de iur. fisc. L. 38. D. de Leg. L. 3. §. ult. D. de off. Procur. Caes.

t) v. Wieling. *Jurispr. Rest.* p. 20. sq.

u) de quibus v. Heinecc. *Hist. Edict.* p. 26, et Briffon. *de Form. lib. III.* p. 277. [In his, auctore Christ. Gottl. Hauboldo Diss. laud. *de Edict. monitor.* p. 48. tractauit ea potissimum edicti praetorii capita, quibus monerentur litigantes, ne damnum aliquod incurterent, eaque occasione forte arbitrarias actiones, interrogationes in iure faciendas, variasque satisfactiones interpretationis luce illustrauit. Spectabant nempe Edicta monitoria ad perpetuam Praetorum iurisdictionem; quod demonstrauit per singula exempla eundo.] Ceterum *Singularia de Callistrato Icto* scripsit Gottl. Aug. Ienichen, [Lips. 1742. 4.]

*) v. Edm. Merillius *Comm. in Quaestiones Callistrati*, in *Eu. Ottonis Thes. Iur. Ciu. Tom. III.* p. 613. sqq. Ex scriptis Callistrati fragmenta pura in Digestis occurrunt.

§. XXXVII.

Eiusdem aetatis est †) AELIUS MARCIANUS †), qui in disciplina iuris neutrius sectae placitis addictus fuisse putatur †). Scripsit †) de *Appellationibus. libros II*, *Libros XVI Institutionum* †), *Libros V Regularum* **, *Libros II Publicorum*, *Libros singulares*

de Delatoribus, ad Hypothecariam formulam^{***}), ad Sctum Turpissianam, Notas ad Papiniani libros de Adulteriis^{b)}).

x) v. L. 11. §. 3. 4. D. de muner. et honor. L. 4. C. de de stat. def. cf. Gothofrad. de Conotaph. T. III. Thef. Ott. p. 130.

*) Vitam persecuti sunt Io. Strauchius Vit. vet. IClor. num. XI. p. 83. et Gerh. Oelrichs Singul. Diss. de vita, studiis, honoribus, et scriptis Aelii Marciani ICTi, Trai. ad Rh. 1754. 4. Ex eius libris plurimae leges Pandectarum sumtae: hinc fragmenta pura extant.

y) Otto Papinian. c. 13. §. 9.

z) v. Wieling, Jurispr. Restit. p. 112.

a) de quorum ratione vid. Nordkerk. Obs. c. II. p. 34. sqq. [et Heinecc. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. I, 5, 2.] Fragmenta autem horum librorum in ordinem redegit Heinecc. Opusc. Post. p. 588.

***) v. Iac. Gronouii Diss. ad quatuor fragmenta, quae ex Aelii Marciani primo regularum libro in Pand. super. sunt, Lugd. Bat. 1759. 4. et in Fellenbergii Iurisprud. ant. Tom. II. p. 625 — 675.

****) cf. Frid. Platneri Exercitatt. IV. ad Marcianum de formula hypothecaria, Lips. 1759. 4. et Franc. Christoph. Wiefen Diss. in Aelii Marciani librum ad hypothecariam formulam, Wurceb. 1781. 4.

b) de quibus v. Otto Papinian. c. 13. §. 6. et 9.

§. XXXVIII.

FLORENTINVS eadem tempora attingisse videtur *): qui libros XII Institutionum scripsit), magna elegantia **).

*) De vita Florentini eiusque Institutionum libris cf. Andr. Flor. Rivinus Diss. Florentini iurisprudētiaē testamentariae reliquiae in Institutionibus Imp. Iustiniani repositae et notis illustratae, Vindob. 1752. 4. Chr. Godofr. Iaspis Comm. de Florentino eiusque eleganti doctrina, Chemnic. 1753. 4. Car. Fr. Walchius, Comm. de philosophia Florentini, Ien. 1754. 4. et in Opusc. (Hal. 1785. 4.). Tom. I. Sect. II. num. 2. Superfunt XLIII. fragmenta, eaque pura. cf. Institutionum Florentini

centini, Icti, quae extant; fragmenta, commentario illustrata a Theodoro Schmalz, Regiomontani, 1801. 8. et Io. Thibou Matthews Diss. ad Florentini libros sex priores Institutionum Lugd. Bat. 1801. 4.

e) Fragmenta v. ap. Wieling. *Iurispr. Restit.* p. 44.

***) Huc referendus etiam PAGONIVS Ictus, de quo Maiansus. *Tem. II.* p. 187. seqq.

§. XXXIX.

Neque ad aliam aetatem referendus est LICINIUS RVFINVS *): qui edidit libros *Regularum XII* ^{d)}). Ceterum eum auctorem *Collationis Legum Mos. et Rom.* statuunt ^{e)}; sed falso ^{f)}).

*) v. Henr. Io. Ott. Koenig, V. C. Prof. academica de *Licinio Rufino*, Hal. 1772. 4. et in *Exersitatt. Fascic. I. Chr. Aug. Henr. Clodius*, V. A. Diss. de *Licinio Rufino Icto*, praeside I. L. E. Püttmanno defensa, Lips. 1791. 4. Restant fragmenta pura.

d) est tamen ex libro XIII. L. 34. *D. de re iud.* Ceterum fragmenta v. ap. Wieling. *Iurispr. Restit.* p. 245.

e) *Cuiac. Obs. VII*, 2. aliique.

f) v. Menag. *Amoen. Iur. Ciu. c. 7. Iac. Gothofr. Manual. Iur. c. 2. §. 10. p. m. 54. et Prolegom. Cod. Theod. cap. III. cf. Schulting. ad Collat. Leg. Mos. et Rom. init. in Iurispr. Anteiust.* p. 727.

§. XL.

AEMILIUS MACER eorundem temporum est ^{a)}), non confundendus cum eiusdem nominis Poëta, Augustae aetatis ^{b)}). Scripsit ⁱ⁾) *Libros II de Appellationibus, Libros II de Re Militari*, siue *Militarium*, totidem *de Officio Praesidis, et Publicorum* ^{*)}), et *Εκνοσών, ἢ ad Legem vicesimas hereditarium* ^{b)}).

a) v. L. 1. *D. si pendent. appell. cf. Panciroll. Var. Lex. I*, 79.

b) de quo v. Broekhus. ad *Tibull. II*, 6. qui scripsit *Ἐπιδορυλάς*.

i) Fragmenta v. ap. Wieling. *Iurispr. Restit.* p. 96. sqq.

*) Leges ex hisce libris in Digestis dispersas Iac. Ladius collegit et commentario illustravit Lugd. 1597. 8. in

Ottou. Thes. Tom. I. p. 67. sq. Sunt ex scriptis huius Icti fragmenta, *pura* in Digestis.

- k) Vulgo inscribuntur *ad Legem Vicepsam*: sed perperam ex vitiosis Digestorum locis, v. supra *Lib. III. cap. I. Sect. II. §. 3.* Ceterum fragmenta horum librorum interpretatus est *Fr. Ramos del Manzano Comm. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. l. 8. sqq.* [in *Meymanni Thes. Tom. V. p. 69. sqq.*]

§. XLII

HERENNIVS MODESTINVS postremo memorandus est *), Is fuit discipulus Vlpiani ¹⁾, et praeceptor Maximini iunioris in iure civili ²⁾: Ictus multae acquiratis, humanitatis, et prudentiae. Edidit ³⁾ *Libros IX Differentiarum* ^{o)} **), *Excusationum* ^{p)} *Libros VI* graece, *Libros X Regularum, Libros XIX Responsorum* ***), *Libros XII Parastelorum, Libros IV de Poenis* ****), *Libros singulares de Casibus enucleatis* ^{q)}, *Heurematicorum* ^{r)}, *de Inofficioso Testamento, de Legatis et Fideicommissis, de Manumissionibus, de Praescriptionibus, de Ritibus Nuptiarum, de Testamentis, de Dotis Differentiis, Notas ad Q. Mucium* ^{s)}.

*) Vitam habet *Io. van Nispen Disp. ad fragmenta, ex libris Different. Modestini Lugd. Bat. 1750. 4.* et in *Oelrichs Thes. Diss. iurid. select. Belg. Vol. I. Tom. I. p. 1. sqq.* Omnia eius scripta illustrare coepit *Chr. Henr. Breuning, Spec. IV. Interpretat. ex Herennio Modestino exhib. Lips. 1752. 4.* In Digestis fragmenta plurima, eaque *pura* occurrunt.

f) *L. 52. §. 20. D. de furt.*

m) *Capitolijn. Maxim. iun. c. 1.* Ceterum de eo v. *Brennmann, Comm. de Heuremat. Modestini. c. I. §. 18.* *Otto praef. T. I. Thes. Iur. Civ. p. 16.*

n) Fragmenta v. ap. *Wieling, Iurispr. Rest. p. 120. sqq.*

o) de quibus v. *Noodt de fbrm. emendandi dol. mal. c. XII.*

***) v. *Iac. Cuiacius Recitatt. ad Modestini different. libros, in Opp. postum, Tom. II.*

f) Horum librorum fragmenta, a vulgari interprete neque diligenter neque eleganter satis versa, denuo melius

hinc et elegantius conuertit A. Augustinus libro singulari ad Modestinum de Excusationibus, et animaduersionibus eruditus illustrauit, [adi. Eius Opinion. et Emendatt.]

***) Interpretatus est Iac. Cuiac. T. III. Opp. postum.

****) v. Iac. Ledius ad Modestinum de poenis in Ottonis Thes. Tom. I. p. 123.

q) de eo est Io. Florentis Riuii, [potius Godofr. Mascovii Exerc. Lips. 1727. 4. et in Eius Opusc. Vol. I. p. 31. sqq.]

r) Sic enim adpellandus, non liber de Heurematicis seu περὶ Εὐρηματικῶν, quamuis vulgo sic inscribatur, etiam in Ind. Florent. egregio commentario fragmenta huius libri exposuit Henr. Brenemannus, [Lugd. Bat. 1706. 8.] Io. Schilterus illustrauit sing. libello, [Argent. 1687. 4.] sed pragmatice fere tantum. Ceterum de huius libri instituto v. Cuiac. Obs. XII, 32. Merill. Obs. VII, 34. Brenemann. l. c. c. 1. [et Ianus Thom. Wilh. uan Alphen Diss. doctissima, Selecta quaedam iuris publici et privati, Lugd. Bat. 1792. 4. cap. II. Sect. I. et Sect. II. p. 27 — 50.]

s) Saltem XXXI. libri ad Q. Mucium fuisse videntur. Ceterum Modestini Regulorum fragmentum ex libro IX. titulo de bonis libertorum et de testamentis vnicum, extra Pandectas Iustiniani seruatum, superest: quod primus edidit P. Pithoeus sub finem Collationis Legis Mosaiscae et Rom. nouissime Iurisprudentiae Anteiustinianae inseruit Schultingius, [p. 801.]

§. XLII.

Post Modestinum usque ad Constantini M. tempora nullus Ictus inuenitur, qui quidem ad posteror aliquo numero fuerit: ut adeo recte dixisse videatur Iac. Gothofredus ¹⁾, in Modestino obmutuisse Ictorum oracula. Nam etsi multi haud dubie Icti fuerunt, qui aut docerent et Romae et Beryti iurisprudentiam, aut exercebant formulis componendis: tamen nullam magaopere auctoritatem et dignitatem habuerunt: neque certe iuris civilis disciplinam scribendis libris excoluerunt ²⁾. Atque etiam homines iasimae conditionis, libertini, externi, non Romani sanguinis, iurisprudentiam, veluti aliquod officium, exer-

exercuerunt *), quos rabulas potius, et leguleios, quam Ictos, diceres. Inde necesse fuit, vt misera ipsius Iuris disciplinae esset facies. Cuius rei quae causa fuerit, initio huius capituli x) diximus.

t) *Manual. Iur. p. m. 14.*

*) cf. *Chr. Henr. Breuning Diss. de causis capentis iurisprudentiae post tempora Alexandri Severi*, Lips. 1768. 4.

u) *Mamertin. Panegy. X. c. 20.*

x) hac Sect. §. 1.

§. XLIII.

Ceterum, vt exempla iuris ciuilibus, per Ictorum sententias, accedente disputatione fori, aucti adferam, interpretatione Scti Hadriano imperante facti y), regula composita est, in vniuersalibus iudiciis *non succedere in locum pretii* z): et cautione Muciana: Ictis ad Legem Papiam Poppaeam Sctumque adcommodata, exorta est *Lex Iulia Miscella*, de qua supra *).

y) *L. 20. §. 6. D. de hered. petit.*

z) *L. 20. §. 10. D. de hered. petit.*

a) v. *Zach. Richteri Diss. de Lexe Iulia Miscella, me praeside defensa*, [Lips. 1753. in *Opusc. Bachii* p. 186. qq.]

§. XLIV.

Cum mentionem fecerimus eorum, qui Romae aut Beryti docerent ius ciuile: non alienum erit, hoc loco dicere, et de ratione iuris docendi, et de scholis Iuris ciuilibus Romana, ac Berytensi. Docendi igitur ratio his temporibus ab Hadriano inde videtur eiusmodi fuisse, primum, vt Romae quidem publicis in locis, veluti porticibus, traderent praecipua iuris ciuilibus b); deinde vt eam ob causam horum temporum Icti tot *Institutiones*, veluti legitima scientiae elementa, ederent, quibus explicandis interpretandisque auditores erudirent. Atque inde

etiam

etiam his temporibus *Professores Iuris* reperimus^{c)}: qui tamen neque publica salaria acciperent, neque etiam ab auditoribus exigere possent^{d) *)}.

b) *Gell. N. A. XX, 1.* Ceterum hic conferenda est *Fr. Car. Conradi Oratio de fatiis scholae iuris ciuiliis romanae*, [subiuncta *Io. Frid. Eisenharti Institutionibus historiae iuris litterariae*, Helmst. 1763. 8. p. 265. sqq.]

c) *L. 1. §. 5. D. de extraord. cogn.*

d) *L. 1. §. 5. laud. cf. Bynkershoek. Obs. VI, 3.*

*) Hoc, lege ipsa curatius inspecta, paullo aliter se habet. Tradit ibi *Vlpianus* *ICtus*, multis hac aetate in ciuitatibus et prouinciis fuisse et iurisscientiae, et aliarum disciplinarum professores, quibus plane non deneganda publica salaria, sed tantum, si non soluta fuerint ab auditoribus, actione non exigenda esse statuit.

§. XLV.

Cum vero in prouincias imperii Romani fere omnium artium liberalium disciplinae, non exemplo solum Romanorum et imitatione, sed etiam priuilegiis Principum Professoribus concessis, incitatae, se effudissent: iurisprudentia Romana quoque ipsa, quippe propter iuris Romani amplissimum usum necessaria, in prouincias simul quasi enauigauit, traditaque est ab aliquibus professoribus. Saeculo autem tertio quasi sedem ac domicilium *Beryti* in Phoenicia cepisse videbatur^{e)}. Quae schola saeculis sequentibus mirum in modum celebrata.

e) *Thaumaturg. Orat. paneg. in Originem* pag. 126. ed. *Mogunt.* Ceterum de hac schola videndi sunt *Io. Struichius de Beryto*, [Brunsv. 1662. 4. et *Iac. Hafaeus de Berytensi ICtorum Academia*, [Hal. 1716. 8.]

CAP. III.
DE
IURISPRVDENTIA NOVA
A
CONSTANTINO M.
VSQVE AD
THEODOSIVM IVN.
SECT. I.
De Statu Publico.

§. I.

Lam ingredimur noua imperii Romani rei que publicae tempora, quibus status publicus mirum in modum immutatus est *). Nam CONSTANTINVS M. primus Imperator Christianus, cum, anno Christi CCCXXIV, solus imperium adeptus esset, in eo elaborauit, vt eam imperio formam describeret, quae esset aptissima rationibus suis. Atque profecto religio Christiana, quam professus erat, nouas leges nouamque quandam formam videbatur postulare **). Primum igitur omnium sedem imperii Byzantium in Thracia, a se denuo ad similitudinem Romae conditam, et nomine *Romae nouae*, *Constantinopolim*que, appellatam, transtulit, siue metu, siue odio Romanorum: quod institutum valde reprehendit Zosimus †). Inde quasi duplex imperii caput extitit, alterum Roma in Occidente, Constantinopolis in Oriente alterum: quae veluti diuisum orbem terrarum haberent. Qua
de

de caussa Senatus quoque et magistratus fere iidem, qui Romae, huic nouae Romae^{b)} dati sunt, siue a Constantino ipso, siue paullo post, exceptis Consulibus. Nam Consules cum tantum duo esse possent, in iis inita haec ratio est, vt vnus in Oriente, alter in Occidente fasces teneat: vnde variae, in Consulibus notandis, post haec tempora formulae, ortae sunt: tamquam haec: Consule hoc vel illo, et qui nunciatus erit^{c)}.

^{a)} cf. *Scriptores historiae Byzantinae*, Tom. XXXI. Paris. 1647. sq. fol. Edit. II. Tom. XXVII. Venetiis 1729. sq. fol. *Anselmi Bandurii Imperium Orientale, seu, Antiquitates Constantinopol.* Paris. 1711. II. Tom. fol. Ex recentioribus huc potissimum facit *Pilate de Tassulo histoire des revolutions, arrivées dans le gouvernement, les loix et l'esprit humain après la conversion de Constantin jusqu'à la chute de l'Empire d'Occident.*, à la Haye 1783. H. T. 8. german. Lips. 1784. 8. et *Ludwig Theobul Kosegarten Geschichte des oströmischen Kayserthums. Erst. Bd. von des grossen Constantins Erhebung bis zu des grossen Theodosius Tode*, Lips. 1795. m. 8. De Constantini M. ingenio autem et moribus in magno veterum. scriptorum vtriusque religionis dissensu optime exposuit praestantissimus nostrae aetatis historicus, *Edward Gibbon history of the Decline and Fall of the Roman Empire*, (Lond. 1788. 8.) Tom. III. cap. 18.

^{b)} Factum hoc est anno CCCXII. Videtur tamen ex rationibus politicis tantum eam professus esse, probante *Burc. Gotthr. Struuius Diss. de Constantini M. Christianismo politico*, Jen. 1713. 4.

^{c)} *Zosim. II, 40.* Fundamenta autem huius vrbs nouae iacta sunt anno Chr. 325. perfecta et dedicata est a. 333. de quo v. *Pagi ad a. Chr. 324.*

^{d)} Probabilius est, factum id iam a Constantino esse: quamuis *Zosim. III, 11.* Iuliano id tribuat. v. *Vales. ad Amm. Marc. XXII, 9.*

^{e)} hanc formulam explicat *Pagius Diss. Hypat. P. III. c. 4. §. 5.*

§. II.

§. II.

Quemadmodum vero magnam in sede constituenda mutationem fecit Constantinus: ita quoque in ipsa administrandi imperii ratione multum innouauit. Nam primum totum imperium in quatuor *Praefecturas Praetorianas* ^{d)}, Orientis, Illyrici, Galliarum, et Italiae, diuisit, subiectis cuique certis prouinciarum dioecesibus ^{e)}; ac singulis Praefecturis singulos Praefectos Praetorio praeposuit. Iplis vero Praefectis, imperio militari adempto, solummodo potestatem ciuilibus imperii ^{f)}, eamque liberam, et sine sui prouocatione, attribuit ^{g)}. Potestatem vero militarem dedit *Magistris Militum*, a se creatis: quorum alii *Equitum*, alii *Peditum Magistris* essent. In quo quidem instituto, etsi valde reprehenditur ^{h)}, caute suae securitati prospexisse videtur. Praefectorum enim Praetorio potestas ante ipsum tanta erat, ut ipsi Imperatoribus periculosa atque timenda esset, propterea, quod summam et in re militari, et in civilibus negotiis, potestatem habebant; quae iam diuisa ac seiuncta, valde imbecilla fiebat. Atque haec distinctio ciuilibus et militaris potestatis etiam aliis petitis re-
rumpublicarum conditoribus placuit ⁱ⁾, prudenti sano consilio. In ipsis quoque prouinciarum Rectoribus non dubium est, quin multa immutauerit; cum id a scriptoribus diserte tradatur: sed ipsius mutationis conditio atque ratio non constat propterea, quod veteres Constantini, Theodosii, aliorumque imperatorum in hoc genere instituta, quae plurima fuerunt, non satis dislinxerunt.

d) *Zosim. II, 33.*

e) Dioeceses singularum Praefecturarum, prouinciasque singularum dioecesium, expositas v. apud *Fr. Spanham. Introduc. in Geograph. sacr. p. m. 130. sqq.* et apud *I. A. Fabric. in solutari Luce Euangelis. Pagi Crit. & Chr. 37.* Haec autem partitio Praefecturarum et dioecesium

cesium imprimis necessaria est scitu tum illis, qui in utroque codice explicando recte et ordine versari volunt, tum his, qui iuris ecclesiastici canonicique origines, ipsamque adeo historiam ecclesiasticam, accurate cognoscere cupiunt.

- *) cf. Io. Dan. Ritteri Prol. *Historia Praefecturae Praetorianae ab origine dignitatis ad Constantin. M.* Viteb. 1745. 4. et Io. Hop. Diss. *de iudicibus a praetore et provinciarum rectoribus ad causas privatas diiudicandas dari solitis* Lugd. Bat. 1729. 4. et in *Odrichs. Thes. nouo Diss. Belg. Vol. I. Tom. II. p. 507. sqq.*
- f) v. P. Faber *Semestr. I. 1. et 2.* et *Guther. de offic. dom. Aug. II, 1. sqq.* Ceterum cum antea Praefecti Praetorio omnium expeditionum ac peregrinationum comites fuissent, propter militaris rei potestatem; hoc Instituto Constantini in comitatu principis non amplius esse solebant. Nam etsi *Petr. Faber Semestr. l. c.* vnum semper in comitatu fuisse statuit Praefectum Praetorio, qui *Praefectus Praesens* inde dictus sit, quod etiam defendit *A. Rubenius in Comm. de vita Mallii Theodori p. m. 47.* tamen id satis certum esse non videtur, v. *Guther. de Off. dom. Aug. II, 5.*
- g) *Zosim. II, 33.* quem eleganter et erudite refellit *Io. Andr. Diczius Diss. de forma imperii administrandi a Constantino M. sapienter et recte mutata* Lips. 1753. 4.
- h) veluti *Cyro, v. Xenoph. Cyropaed. Lib. VIII. ca. Orconom. c. IV. p. 21.* edit. quae mea cura prodiit.

§. III.

Multas novas dignitates, nouaque officia, excogitavit, eodem consilio, quo olim Augustus, quo plures sibi devincire, aut retinere beneficiis posset. In his autem dignitatibus novis haud dubie eminet *Patriziatus* 1), cui summum locum, secundum ab Imperatore ipso, superiorem ipsis Praefectis Praetorio, dedit: qui adeo honor fuit tam excellens, ut etiam Regibus expetendus videretur *). Ceterum non abhorret credere, hanc dignitatem pretio redimi consuevisse, obque consilio a Constantino inventam esse. Quae enim potestas cum hoc honore

coniuncta fuerit, non constat, quamuis postea interdum *Patricior* in summis muneribus inueniamus, veluti *Patricios Italiae, Occidentis*. Dignitatem porro *Nobilissimatus* inuenit ^{k)}, quam consanguineis et propinquis suis daret. Inde *Nobilissimi Patris* tam in veterum monumentorum titulis, quam in legum subscriptionibus, occurrunt.

i) *Zosim. II, 40*, de quo vide *Guther. de Off. dom. Aug. II, 19*.

*) cf. *Car. Frid. Pudor Diss. de patriciis medijs aevi Lips. 1758. 4*. Caeterum de patriciis his, quae agitur: *utrum munere vel officio quodam gauisi sint?* facile deciditur, si distinguatur inter eos, qui in aula vel comitatu Imperatoris versabantur, et eos, qui prouinciis vel exercitiis praeerant.

k) *Zosim. II, 39*.

§. IV.

Officia item Palatina, et ciuilia quoque vel auxit, vel intendit. In quibus ponendum esse *Quaestorem Palatii* ducimus ¹⁾. Nam etsi iam ante *Quaestores Principis* fuerunt, ex instituto Augusti, tamen honorem *Quaestoris* et potestatem ita auxit *Constantinus Magnus*, ut nouus plane esse videretur. Cetera noua officia ab eo inducta, quamuis multa fuerint ^{m)}, tamen cum discerni satis non possint ab iis, quae postea accesserunt, silentio scriptorum hodie non constant. Omnium vero eorum, qui officia gererent, quos *Comites* dicebant ⁿ⁾, eo tempore tres ordines, veluti gradus ^{o)}, fecit: vnde sequentibus temporibus, *Comites primi, secundi, tertiusque ordinis* occurrunt: in quibus maxime eminebant *Comites Consistoriarum* ^{p)}. Haec est ista mutatio in forma administrandi imperii a *Constantino* facta ^{q)}; reprehensa illa vehementer et a veteribus, et a recentioribus ^{q)}.

1) *Zosim. V, 32*. cf. *Rittler. ad Heinecc. Hist. Iur. I, 200*. *Guther. de Off. dom. Aug. II, 18*.

m) *Zosim.*

- m) *Zosim. l. c.* Ceterum hanc in rem cf. *Balduin. Constant. M. p. 83.*
- n) de Comitum origine distincte egit et diligenter *Ernesti Excurs. XV. ad Suet. Tib. c. 46.*
- o) *Euseb. vit. Constant. M. IV, 1. cf. Guther. de Off. domus Aug. I. ult.*
- p) de quibus vide *Salmas. ad Spart. Hadr. c. 18. ad Trebell. Pollion. Macrian. c. 11. Jacob. Gothofr. Comment. ad L. vn. C. Th. de Com. Consp. Ritter. ad Heinecc. Hist. Jur. I, 280. [Io. Filleau tract. sing. de Comitibus Conspistorianis, Paris. 1631. 8. et in Meermann. Thes. T. I. p. 335. Just. Christ. Thorschmid Diss. de historia comitum consp. in Imperio Orientalis, Vitcb. 1720. 4. Andr. Flor. Rivinus Diss. de auditoriis legalibus, ibid. 1755. 4. et Chr. Gottl. Haubold Diss. de conspistorio Principum, Lips. 1788. 4.]*
- *) Formam Imperii sub Constantino M. et eius filis strictim ac breuiter persecutus est *Claud. Chiffletius de Ammiani Marcellini vita et libris rerum gestarum, in fronte edit. Gronou.*
- q) *Zosim. II, 40. Guther. de Offic. dom. Aug. I. ult.* Sed Constantinum de industria defendit *Diczius laudata Dissert.*

§. V.

Iam progredimur ad reliqua ipsius instituta. Primum *Indictionis* usum introduxit, rem ad temporis computationem salutarem¹⁾: voluitque, tempora computari secundum trium Quinquennialium spatia. Quod quamquam ab eo iam a. Chr. CCCXII. institutum est, tamen, quia ei soli debetur, huc referre maluimus. *Follem* quoque instituit, tributi genus, locupletibus inprimis graue²⁾. Eundem *Chrysargyri*³⁾ porro auctorem esse scribit *Zosimus*⁴⁾. Id vectigal graue erat, a negotiatoribus, omnibusque, qui aliquam artem facerent, etiam a lenonibus, atque meretricibus per singula quinquennia soluendam: appellatur etiam *lustralis collatio*, s. *aurum lustrale*⁵⁾. Sublatum postea ab *Anastasio Imperatore*⁶⁾.

- r) v. *Scalig. Emend. Temp. Lib. V. p. 501. Sed accuratius id docuit Pagius Diff. Hyp. P. II. c. 11. §. 20. p. m. 103.*
- s) *Zosim. II, 38. de quo tributo est Petauii erudita Diff. inserta in Epiphanium de ponderibus et mensuris Commentario, [Oper. Epiphani. Tom. II. p. 431. fqq. edit. Colon.] cf. Pagius ad a. Chr. 330.*
- *) *Miscet Bachius Chrysaegyrum et πορωναυον. cf. Io. Frid. Reitemeyer ad Zosim. p. 589.*
- t) *Zosim. II, 38. quamquam multis, eam ob causam Zosimum arguentibus, id vectigal iam ante institutum videtur; quod sane probabilius est. eam in rem v. Pagium Crit. Bar. ad a. Chr. 330. T. I. p. 426. Nou itaque abhorret animus credere, Constantinum circa exactionem aliquid immutauisse, ita, vt nouus auctor videri eius posset.*
- u) *de hoc tributo v. Iacob. Gothofr. Comment. ad L. 1. C. Th. de lustrali collatione, [Tom. V. edit. Lips. p. 3. fqq.] et Pagius Diff. Hyp. P. II. c. IV. §. 6. p. m. 125. fqq. [ibid. p. 5]*
- *) *Euagr. H. E. III, 39.*

§. VI.

Ceterum hic adiiciendum est, Constantinum, cum religionem Christianam professus esset, quo sibi Christianorum animos adiungeret, iisque contra aemulos vteretur, omni studio Christianos complexum, leges, ad stabiliendam confirmandamque in imperio Romano religionem Christianam, petmultas sanxisse *). In quibus etiam cultum deorum, superstitionemque veterem aboleri, templa deorum eueri iussit: quamuis id Romae perficere non potuerit, quae veteri superstitioni etiamnum sub Theodosio M. vel maxime adhaesit. Ad studium Christianae ecclesiae referri potest hoc, quod Concilium Oecumenicum Nicaeae conuocauit **), anno Chr. CCCXXV^o), eique ipse praesuit^o) ***).

*) Pleraque tamen leges religioni christianae, si verum amamus, plus dedecoris ac detrimenti, quam ornamenti

menti et commodi attulerunt, quod post *Corn. Guil. Rhoerium*, Virum antiquitatis christianae non minus quam iurisprudentiae historicae consultissimum, *Dissertatt. de effectu religionis christianae in iurisprudentiam romanam Groningae. 1776. 8. Fasc. I; Diss. IV.* ex instituto docuit *Car. Aug. Sattlerus Diss. de causis constitutionum principum in corrupta Christianorum disciplina quaerendis Lips. 1789. 4.*

4) v. *Pagii Crit. Baron. ad a. Chr. 325.*

5) v. *Thomae Illigii historia concilii Nicaeni observationibus maxime recentiorum scriptorum illustrata, cura et studio Chr. Ludouici, Lips. 1712. 4. §. XXXII — XXXIV.*

2) quod notandum est contra Pontificios, qui Romanum Episcopum per legatos suos praesedisse falso iactant, v. *Ern. Sal. Cypriani Belehrung von dem Ursprung und Wachsthum des Papstthums, [sechste Aufl. Hof, 1769. 8.]*

***) *Cyprianus cap. X. §. 3. Nicaenum Concilium indixisse suo arbitrio et inconsulto Romano Pontifice, non praesedisse dicit.*

§. VII.

Quamquam vero tam studiose Christianam ecclesiam sequitur, tamen ipsius vita moresque parum convenientes fuerunt religionis sanctissimae praeceptis. Omnibus enim flagitiis atque sceleribus turpissime inquinatus est, parumque adeo decori religioni nostrae fuit. Neque vero, nisi moriens demum, Nicomediae baptismum recepit. In flagitiis ipsius primum locum tenet caedes crudelissima filii *Crispi* Caesaris, et *Faustae* vxoris, quam dirissimo mortis genere peremit. Mortuus est a. Chr. CCCXXXVII, postquam solus imperasset annos XV, in vniuersum autem XXX, menses IX. Successores reliquit filios suos *Constantinum*, *Constantem*, et *Constantium*, quos iam antea Caesares creauerat, diuisis inter eos prouinciis imperii Romani.

§. VIII.

CONSTANTINVS, CONSTANS, et CONSTANTIVS, cum a. Chr. CCCXXXVII. Augusti facti essent, ex voluntate patris imperium ita diuisum tenuerunt ^{a)}, vt primus Galliam, Hispaniam, Britanniam, et Germaniam obtineret; alter Africam, Italiam, Illyricum, et Graeciam, tertius denique Orientem totum, sed hac lege, vt *Dalmatium* Caesarem, patruelem, *Constantium*, patruum, et *Hanniballium*, *Nobilissimatus* dignitate decoratos, quodammodo consortes haberet, quos Constantius paullo post e medio sustulit. Diuisio autem ipsa non diuturna fuit. Nam Constantinus quidem, sua sorte non contentus, exercitu comparato, Italiam inuasit, fususque ab exercitu Constantis, caesusque perit: nondum exacto anno imperii tertio. Constans inde Galliam occupauit; quam cum biennium tenuisset, Magnentii, qui tum in Rhaetia exercitui praecerat, insidiis interemitus est. Magnentius autem ab exercitu Imperator salutatus, paullo post a Constantio proelio iusto victus ac debellatus, manus sibi intulit. Quo facto solus rerum potitus est Constantius: dixitque Caesarem *Iulianum* patruelem. Hic, cum sex annos vix imperasset, Lutetiae Parisiorum, fauore militari, Imperatoris et Augusti nomen adsumsit ^{b)}. Qua de re cum, vindictam sumpturus, cum exercitu aduersus eum profectus esset Constantius, in itinere febrem ardentem nactus, periit, anno imperii XXV. Homo flagitiosissimus fuit, crudelis, ac perfidus; maxime autem in cognatos suos saeuus, quos omnes praeter Iulianum interemit: Arianorum fautor: recte sentientibus infensus.

a) *Zafm. II, 39.* Haec diuisio tenenda est, vt Codicis vtriusque leges recte intelligi possint, cognoscique,
quis

quis auctor alicuius legis sit, id quod interpretationi maximam lucem adfundit.

b) *Zefim. III, 11.*

§. IX.

IULIANVS, qui propter desertam c) religionem Christianam *Apostata* vocatur, mortuo Constantio anno Chr. CCCLXI, solus imperium nactus, omni studio operaque elaboravit, ut Christianam religionem adfligeret, veteremque deorum cultum, inter mortuum paene, resuscitaret. *) Id autem fraude et calliditate maxime adgressus est d). Nam Christianos quidem ipsos interpretari scriptores gentiles e), artesque liberales docere, vetuit: quo Christianorum liberis necesse esset, scholas gentilium doctorum frequentare, sicque adeo sensim, consuetudine cum istis contracta, adducerentur ad paganam superstitionem: neque adeo discere possent, quibus telis veterem superstitionem petere, religionemque Christianam tueri possent: id, quod maxime ex scriptorum veterum libris a Christianis fieri solebat. Gentilibus autem rursus permisit liberum superstitionis suae exercitium, et oraculis auctoritatem restituit suam: quoque magis Christianos vexaret, potestatem Iudaeis templi Hierosolymitani reficiendi dedit: quod tamen consilium, diuina vi, caruit euentu. Cum bellum contra Persas faceret, ab hostibus caesus et interfectus f) anno imperii altero. Ceterum si odium Christianorum, vexationemque in eos institutam, exceperis, princeps fuit laude dignissimus: magno ingenio, liberalium artium scientia insigni, quam testatam fecit in scriptis suis: magna denique rei militaris peritia.

c) Auctor ei fuit *Maximus*, philosophus Neoplatonicus, *Liban. Or. funebr. in Iulian.* Eiuravit autem religionem per *Taurobolium*, de quo ritu erudita est *Diss. van Dalen in Diss. in Antiqu. et Maxmor.*

- *). Conf. *Iac. Gothofredi Orat. Iulianus, seu de ascensu Iuliani Imp. artibus ad prostigendam religionem christianam*, in *Opp. iurid. minor.* p. 315 — 332. *Io. Tob. Krebsii Prol. de argumentis pro veritate et praestantia religionis christianae et Iuliani reliquiis, Opusc. XIV.* p. 325. et *Prolusio de felici theologiae et literaturae connubio, ibid. XV.* p. 357. sq.
- d) v. *Iulian. Ep. VI. VII. XXVI. XXXI. XLII. XLIII. LI. LII.*
- e) v. *Iulian. Ep. XLI.*
- f) *Zosim. III, 29.* De eius morte variae auctorum sunt sententiae: quas collegit *Jacob Gothofr. singulari Dissert. Philostorgio adiecta.* Ceterum in hanc rem locupletissimus auctor est *Ann. Marcellin. XYV. 3.* qui ipse proelio interfuit, morientemque vidit in viis, et ceterum scriptor, ab omni studio partium remotissimus est. Is autem tradit, eum, vulnere letali ab hasta equestri accepto, magno animo expirasse. [Vitam Iuliani scripsit *Bleteris, Francogallus, lingua vernacula, Histoire de l'Empereur Iovien et traduction de quelques ouvrages de l'Empereur Iulien par l'Abbe de la Bleteris, à Paris 1748. II. T. 8.*]

§. X.

Mortuo Iuliano, IOVIANNVS, Primitivus primicerius praetectorum domesticorum nobili genere natus, ab exercitu in iisdem castris factus est Imperator anno Chr. CCCLXIII^b). Is, turbulentum imperii statum correcturus, primum omnium, pace cum Persis, est non satis honesta, facta, bello Persico finem imposuit: deinde religionem Christianam, a Iuliano adflictam, erigere et confirmare, contra vero superstitionem veterem, a Iuliano reductam, abolere instituit. Sed septimo post initum imperium mense veneno a custodibus domesticis sublatus est^b).

g) v. *Ritter, Prolus. adit. Obs. I.*h) *Zosim. III, 35.*

§. XI.

Inde VALENTINIANVS, tribunus militum, a militibus Imperator factus est, a. Chr. CCCLXIV ¹⁾. Qui cum fratrem VALENTEM in imperii consortium recepisset, diuiso imperio, Orientem fratri administrandum dedit, sibi Occidentem recepit ²⁾. Deinde sibi adsciuit collegam GRATIANVM, filium, Augustumque fecit. Alanos et Saxones multis proeliis feliciter profligauit. Mortuus est expeditione in Pannoniam suscepta, e febris ardente, anno imperii duodecimo. Quo facto, VALENTINIANVS II, filius ipsius, frater consanguineus Gratiani, Augustus appellatus est. VALENS autem, Azianorum haeresis secutus, acerbissime in recte sentientes saeuit, Edicto etiam contra eos publicato ³⁾. Gothis, religionem Christianam amplecti cupientibus, misit Arrianum episcopum Viphilam, qui eis praecepta religionis traderet. In bello aduersus Gothos et Alanos, magna ignominia accepta, vulneratus, cum in proximum tugurium profugisset, igne iniecto, crematus est ⁴⁾. Ceterum princeps fuit multis vitiis, atque flagitiis contaminatus.

i) *Zosim. III, ult.*

k) v. L. 7. C. Th. de metall.

l) id extat apud *Viātor. Vitenf.*

m) *Zosim. VI, 24.* [Anno aetatis quinquagesimo, anno imperii sexto decimo, *Sozom. VI, 40.*]

§. XII.

Valente mortuo, iam GRATIANVS et VALENTINIANVS II. in toto imperio soli erant Augusti, totumque adeo imperium tenebant a. Chr. CCCLXXVIII. Cum vero, multis bellis et seditionibus prementibus, Gratianus intelligeret, a se solo, cum Valentinianus frater puer admodum esset, teneri imperium non posse ^{a)}, in societatem imperii

adsciuit THEODOSIVM, nobili familia Hispana ortum, et laude militari imprimis insignem; eique Orientem totum permisit, referusto sibi Occidente^{o)}. Ac Gratianus quidem, multis rebus egregie gestis, et re publica cum magna laude administrata, cum se otio et quieti dedisset, Lugduni a Maximo, Galliae praeside, interfectus est, a. imperii XVI. Religionem et fidem Christianam, a Patribus Nicaenis constitutam, studiiosissime seruauit. Frater autem Valentinianus, a matre erroribus Arianis imbutus, recte sentientes vehementer vexauit. Denique a Maximo bello petitus, in Gallia, cum desidia et inertia deditus quinquennium uixisset, Viennae ad Rhodanum, insidiis Arbogastis oppressus, et strangulatus est, a. imperii XVI^{p)}: Eugenius autem Imperator adpellatus.

n) *Ammian. Marcell. XXXI. fin. Zosim. IV, 24.*

o) *Zosim. IV, 24. [Sozom. VII, 4. Theodoret. V, 6. Eit-ter ad Hist. Guthr. P. V, Tom. I. p. 131.]*

p) *Zosim. IV, 54.*

§. XIII.

Valentiniano igitur etiam extincto, THEODO-
AIVS, qui postea Magnus adpellatus est, imperium,
quod iam XII annos cum Gratiano et Valentiniano
administrauerat, solus suscepit, a. CCCXCII. In
eo dubium est, utrum maior prudentia, et rei mi-
litaris gloria, an pietas et religio, fuerit. Tanta
cum laude ex omni parte imperauit^{q)}. Aduersarios
et imperii aemulos, Maximum et Eugenium, su-
peratos, in potestatemque redactos, occidit^{r)}. Go-
thos ingentibus copiis imperium Romanum vastantes,
multis proeliis profligatos, fregit: totumque impe-
rium otio et quieti restituit^{s)}. Religionem autem
tanto studio amplexus est, ut, sublatis veteris super-
stitionis et haereticorum reliquiis, veri Dei cultum
ubique restitueret. Romam, victo Eugenio, cum
uenisset,

venisset, oratione habita, Senatui, qui tum prope universos ex gentilibus constabat, persuadere conatus est, ut religionem Christianam amplecteretur: et sustulit ex Curia aram Victoriae: qua occasione Symmachus scripsit Epistolam, ut eius restitutionem impetraret *).

*) Luxu tamen et voluptati se dedit.

g) *Zosim. IV, 46. 58.*

r) *Zosim. IV, 24. sqq.*

s) Epistola est *Symmach. ep. X, 54.* [edit. Lect. et Iureti: 61. edit. Scioppii et Parei.]

§. XIV.

Ceterum ab eo nova in magistratibus, officiis, ac dignitatibus, mutatio facta est *): quod acerbe insequitur Zosimus. Quinque enim *Magistros* militum fecit, auxitque etiam numerum *Prasaeclorum alarum, Tribunorum*, aliorumque militibus praepositorum. Quo facto, fiscum principis graui onere pressum esse, scribit Zosimus, reprehensor ubique Imperatorum Christianorum acerrimus. *Officia* quoque *palatina* et *ciuilia* auxit mirum in modum: omniunque dignitatum et officiorum certam in ordines suos descriptionem fecit, ut alii essent *Illustres*, alii *Speclabiles*, *Clarissimi* alii, alii denique *Perfississimi*: quae classes diu permansere: etsi interdum alia dignitas alii ordini adscripta est. Mortuus est Imperator Theodosius anno imperii XVI, filiosque suos, iam ante Augustos creatos, heredes imperii et consortes hac lege reliquit, ut Oriens Arcadio, Occidens cederet Honorio: illique Rufinum, huic Stiliconem tutores dedit: quorum auctoritate et consilio vterentur in administranda republica **).

†) *Zosim. IV, 27.*

**) *Zosim. IV, 57. et ultim.*

§. XV.

ARCADIUS igitur et HONORIUS, diuiso inter se imperio Romano, succedunt patri, a. Chr. CCCXCV. Ac sub Arcadio quidem graue fortunae impetii certamen fuit cum Rufino tutore Arcadii, et Gaina duce Gothico: ac deinde cum Eutropio eunucho, qui post Rufinum summus in aula tenebat: et denique cum barbaris populis, imperium inuidentibus. Rufinus quidem imperium tandem adfectauit, multaque miscuit, etiam barbaris inductis: cuius consilii eum exitum habuit, ut, cognita militibus ista re, ante ipsius Imperatoris pedes trucidaretur^x). Gaius, qui magnas aduersus Imperatorem copias comparauerat, nauis proelio superatus, et in fuga interfectus est. Eundem exitum etiam Eutropius, propter scelera, iure inuenit. Mortuus est Arcadius a. XIII. imperii: princeps fuit minime ille quidem malus, sed nimis alienae potestatis^y), nimiumque confusus aliorum consiliis atque fidei, multum damni fecit. Successit ei filius Theodosius inuicior: de quo sequenti capite dicemus. Nec minoribus damnis et turbis conflictatus est Honorius. Nam primum cum Radagaiso Gothorum duce negotium habuit: qui, cum ingentes copias militum in Italiam adduxisset, fame, rerumque omnium inopia, oppressus, facile a Stilicone profligatus est^z): deinde cum Alarico^a): quem exercitus illius reliquiae regem creauerant: denique cum ipso Stilicone, omnium turbarum face: qui adfinitate Honorii et nimia sui fide, ad comparandam sibi filioque suo summam potestatem, abuti coeperat, ac omnium Alarici consiliorum particeps esse arguebatur. Ac Stilico quidem iussu imperatoris necatus est. Alaricus autem urbem Romam cepit, biennium fere obsessam^b): eaque victoria modestè usus est, et constituto Attalo^c)

Impe-

Imperatore, aliquot tantum dies ibi moratus, Placidiam Honorii sororem, in vrbe captam, Ataulpho, generoso adolescenti, propinquo suo, in matrimonium collocavit. Qui aliquanto post, mortuo Alarico, rex creatus pacem fecit cum Honorio, et in Hispaniam profectus, Vandalis, qui eam prouinciam occupauerant, repressis, a suis occisus est. Qua re cognita, Honorius Constantium, Galliae praesidem, ad recuperandam Hispaniam cum exercitu misit: qui, eiectis Vandalis, cum Placidiam recepisset, ab Honorio in adfinitatem, accepta in matrimonium Placidia, et in consortium imperii receptus: duobusque post annis vterque mortuus est: cum Honorius imperauisset annos XXX. Ceterum his duobus fratribus imperantibus omnes veteris superstitionis reliquiae penitus oppressae, omnia deorum templa et fana in imperio Romano euerfa sunt.

x) *Zosim. V, 7.*

y) *Zosim. V, 12.*

z) *Zosim. V, 26.*

a) *Zosim. V, 29.*

b) *Zosim. VI, 6.*

c) *Zosim. VI, 7. v. Radenii Diss. de vita Mallii Theodori.*

§. XVI.

Ceterum quamuis bis temporibus Imperatores diuisis imperii partibus imperauerint, tamen vnum adhuc imperium Romanum semper mansit, Imperatoresque, qui vna tam in Oriente quam in Occidente imperabant, collegae fuerunt. Quare etiam singuli Constitutionibus, a se editis, collegarum suorum nomina praescribere soliti fuerunt: quamuis constitutiones suae cuiusque parti prouinciisque tantum ferrentur. Neque enim, quae ab vno constitutio edebatur, eadem quoque ad alterius prouincias pertinebat: nisi forte ea quoque ad Collegam missa ac perlata

lata esset, ut, si ei videretur, suis quoque prouinciis eam publicaret. Quod factum esse scimus ab his, qui concordi animo rempublicam capefferunt.

§. XVII.

Scire autem interest ad intelligentiam legum, quis earum auctor fuerit. Id intelligitur partim ex adiecto nomine magistratus, veluti Praefecti Praetorio, ad quem data est constitutio, partim ex subscriptione, ac notatione loci, vnde emissa, aut quo publicata est. Atque huius rei causa necesse est, scire accurate, quas quisque Imperator prouincias proprie tenuerit: vbi sedes cuiusque Imperatoris quolibet tempore fuerit: quos denique quisque Praefectos Praetorio, Comitesue, habuerit *). Quam in rem lectio Commentarii Gothofrediani ad codicem Theodosianum optima est disciplina.

*) Vnum autem Imperatorem post diuisionem Imperii, duobus tribusue praescriptis Imp. auctorem esse, intelligitur ex *L. i. C. de frum. urb. CPol. lib. XI.* verbis: *a diuo pietatis meas*: e quibus patet, *Theodosium iun.* auctorem esse, inprimis cum data sit *CPol.* quamuis et *Honorii* nomen praeferat.

SECT. II.

De Constitutionibus Principum.

§. I.

Praetermissis SCtis siue Orationibus Principum, quae his temporibus vel plane nullae factae, vel tamen, ut iam superiori capite ostensum est, Constitutionum ad Senatum missarum numero habendae sunt: ad insigniores Imperatorum Constitutiones tendendas statim proficiscimur.

§. II.

§. II.

CONSTANTINI M. quidem Constitutiones magnam partem eo pertinuerunt, ut, superstitione veteri abolita, religionem Christianam per totum imperium Romanum magis confirmaret. Cuius generis haec sunt EDICTA: primum *ut liceret per ultimas voluntates ecclesiis, quantum quisque vellet, relinquere* ^{a)} ^{*)}: Constitutio *de die dominica* ^{b)}: et *de gladiatoribus tollendis* ^{c)}.

a) L. 1. C. de S. S. Eccl. [vid. Giphanius ad Codicem.]

*) Ad rem Christianorum ornandam comparatae fuerunt non solum Constitutiones a. CCCXIII. CCCXIX. CCCXXX. de clericorum immunitate, et a. CCCXXIII. de Christianis ad concelebrenda paganorum lustrorum sacrificia non cogendis a Constantino M. emissae: sed et Leges a. CCCXV. de Iudaeis, qui ad sacra Christiana defecissent, iniuria non adficiendis: a. CCCXIX. de aruspicina priuatum non facienda: a. CCCXXXVI. de Christianis mancipiis a Iudaeis non circumcidendis, promulgatae, de quibus pariter ac pluribus aliis bene meruit Ios. Toftani Iuris publ. rom. arcan. Tom. II. Part. II. p. 6 — 46.

b) L. 3. C. de feriis.

c) L. vn. C. de gladiat. Pertinebat tamen haec Constitutio tantum ad Orientem ^{**}), ut docet Iacob. Gothofr. Comment. Cod. Theod. ad L. 1. de gladiat. T. V. p. 485. cf. Pag. Crit. Baron. ad a. Chr. 104. Ritter ad Heinicc. Hist. Iur. I. 354.

^{**}) Neque ad omnes quidem Orientis prouincias. nam et Antiochiae, et Romae, et in Italia post hoc tempus adhuc gladiatoria munera edita. Romae demum a. Chr. CCCIV. Honorio imperante cessarunt cruenta illa spectacula.

§. III.

Edictis etiam cauit: *ut in sacrosanctis ecclesiis manumissi iustam libertatem haberent* ^{d)}: et *ne parentes liberos suos, propter egestatem, nisi sanguinolentos, venderent* ^{e)}: quam legem ferre, inopia aerarii sui

fui coactus fuisse videtur. Nam antea, ne propter egestatem liberi a parentibus vel necarentur, vel venderentur, constituerat, *egenis parentibus alimenta ex aerario praebere*^{f)}. Porro constituit: *ne quis constans matrimonio concubinam haberet*^{g)}; item *ne ob debita fiscalia*^{*)} *serui bouesque aratores pignori caperentur*^{h)}: sanxit porro, vt S^Ctum, *de rebus minorum vel pupillorum sine decreto non alienandis*, etiam ad praedia urbana aliasque etiam res mobiles, inprimis pretiosas, pertineretⁱ⁾ ****)** Primus denique permisit iis, qui ex concubina liberos genuissent, ducta in matrimonium concubina, *liberos eos legitimos efficere*^{k)}: vt alias taceamus Constitutiones, quarum magna copia est in vtroque codice^{l)}.

d) *L. vn. Cod. Theod. de manumiss. in eccl. L. 1. et 2. C. Iust. de his, qui in S. S. ecclesiis. Sozom. H. E. I. 9; cf. Iac. Gothofr. ad L. vn. C. Th. laud. T. I. p. 355. [et Rutgeri Ant. van Beem Disp. de manumissionibus in SS. ecclesiis Tral. ad Rhen. 1756. 4. et in Oelrichs Nou. Thes. Diss. iurid. select. Belg. Vol. H. Tom. I. p. 1.]*

e) *L. 2. C. de patr. qui lib. distr.*

f) *L. 1. et 2. C. Th. de aliment. quae inopes parentes ex publico petere debent. v. Bynkershoek. Exerc. de iure occid. lib. c. VIII. in Opusc. T. II. p. 150.*

g) *L. vn. C. de concubin.*

*) Minus accurate. Constantinus enim, vt ex legis verbis patet, voluit, ne liceret ob quaecunque debita auxilia, non ob sola fiscalia, res istas pignori capere. Adiicitur ratio: *ex quo tributorum illatio retardatur*: quae verba male cepit Bachius de debitis fiscalibus.

h) *L. 7. C. quae res pign. obl. poss. v. Iac. Gothofr. Comm. Cod. Th. T. I. p. 260. ed. Ritter.*

i) *L. 22. C. de adm. tut. cf. Iac. Gothofr. ad Cod. Theod. T. I. p. 369.*

**) Caut inprimis a CCCXX. *de rescindenda lege commissoria in pignoribus*, non, vt pridem animaduertit Gothofredus ad *Leg. vn. C. Th. h. t.* in venditionibus: porro *de usuris: de infirmendis poenis coelibatus*, et plura alia, vt mittam privilegia, quae Litteratis, Militibus,

litibus, Artificibus et Rusticis a. CCCXXI. et sequentibus annis indulgit, de quibus cf. *Ios. Toscani l. c. Cap. V. p. 139. sq.*

k) *L. 1. C. Th. de natur. lib.*

l) *Leges Constantini M. explicauit Fr. Balduinus in libello egregio, qui inscribitur: Constantinus M. [supra, de legibus Constantini ecclesiasticis et civilibus commentariorum libri II, Basil. 1556. 8. Arg. 1612. 8. cura Nic. Hieron. Gundlingii, Hal. 1727. 8. et in Heineccii iurispr. rom. et att. Tom. I. p. 573. sq.] quocum tamen iungendus est Iac. Gothofr. in Comm. ad Cod. Theod. Non enim satis diligenter in omnibus Constantini Legibus versatus est Balduinus. [add. Ios. Toscani iuris publ. rom. arc. Tom. II. P. II. Lib. IV.]*

§. IV.

Filii Constantini M. CONSTANTINVS, CONSTANS, et CONSTANTIVS, in suis quisque prouinciis multas leges et constitutiones promulgauerunt, quae ad ceteras partes non pertinerent. Non enim concordi animo fuerunt. In hoc vno instituto, ut religionem Christianam fouerent et firment, et contra gentilem superstitionem abolerent, eandem viam secuti sunt^{m)}. Constantis quidem *de abolenda superstitione* duae leges sunt in Codice Theodosianoⁿ⁾: quarum posteriore tamen *parci templis extra murum* iubet. Constantius autem legibus *templa claudi* iussit, et *sacrificia, cultumque simulacrorum* deuuo vetuit^{o)}. Atque ab eo tempore, fere nusquam, nisi in agris siue pagis, superstitio vetus superfuisse; atque inde nomen *paganorum*^{p)} cepisse gentiles putantur. Multa porro constituta sunt in ciuilibus, quibus ius civile ad maiorem simplicitatem reduceretur, et ad religionis Christianae praecepta conformaretur. Quo imprimis pertinet Constitutio Constantii, qua *formulariam iurisprudentiam* abrogauit^{q)}. Ceteras Constitutiones praeterimus.

- m) v. *Gothofr. Comm. ad L. 3. C. Th. de pagan. p. 298.*
 T. V. ed. Rittersi.
 n) *L. 2. et 3. C. Th. de pagan.*
 o) *L. 4. 5. 7. C. Th. cod.*
 p) v. *Gothofr. Paratit. C. Th. de pagan.*
 q) *L. 1. de form. et impetrat. ad.* Eam enim Constantio
 tribuendam esse docet *Gothofr. Comm. ad L. ult. Cod.*
Th. de stud. liberal. urb. Rom. T. V. p. 230.

§. V.

IULIANI, *Apostatae*, vero multae fuerunt Constitutiones ad restituendam veterem superstitionem, Christianamque religionem premendam*), comparatae^{†)}: quo magis mirum est, etiam aliquas huiusmodi Constitutiones in Codicem esse relatas^{**)}. In ceteris, ad religionem non spectantibus, Constitutionibus, magnam prudentiam aequitatemque probavit.

*) cf. *Io. Petr. & Ludewig Diss. Edictum Iuliani contra Philosophos Christianos*, Hal. 1702. 4.

†) v. *supra h. Libr. et Cap. Sect. I. §. 9.* hic memorati debet *Bletterie Histoire de l'Empereur Julien.*

***) Exemplo esse potest *L. 5. C. de sepulcro viol. quae, lata a Chr. CCCLXIII.* pertinet ad religionem gentilem circa sepulcra. Ceterum uniuersas huius Imperatoris leges exhibet *Chr. Gottlob Einert, V. Ill. Spec. duobus doctiss. Commentat. ad Constitutiones Iuliani Imp. Lips. 1771. 4.*

§. VI.

IOVIANI paucae quidem fuerunt Constitutiones^{†)}, quippe breue tantum imperium habuit: inprimis tamen Christianae religionis studio flagrauit.

†) Sunt tamen duae in Codice ueluti *L. 5. C. de Episc. et Cler. L. 2. de erogat. mil. et annon. Lib. XII.*

§. VII.

Qui eum exceperunt, VALENTINIANVS^{*)}
 et VALENS, non minus Christianam religionem
 tueri

tueri et ornare Constitutionibus suis contenderunt: Valens tamen Arianam sectam potissimum complexus est ¹⁾, infestus orthodoxis.

*) Lex Valentiniani de duabus uxoribus legitimis simul habendis, a *Socrate Lib. IV. H. E. cap. 31.* memorata, dubiae fidei videtur *Henr. Valejo*, cui adsentitur *Gul. Lowth ad Socrat. d. I. edit. Cantabr.* In primis vero *Baronius ad A. C. 370. p. 272.* pluribus argumentis contra hanc legem, quam infamem vocat, disputavit, quae in *Addendis in calce edit. Cantabr.* exhibentur.

†) *Io. Antioch. Excerpt. Peiresc. p. 847. Socrat. H. E. IV, 3. Sozom. H. E. VI, 36.*

§. VIII.

GRATIANVS, VALENTINIANVS IVN. et THEODOSIVS iisdem vestigiis insliterunt. In Gratiani constitutionibus non praetermittenda est ea, qua cauit, vt *damnatis vital spatium XXX dies prorogaretur* ²⁾. Theodosius autem in primis in eo elaboravit, vt subtilitates atque ambages iuris antiqui penitus tolleret, omninoque cum republicam, tum ecclesiam, optimis legibus et institutis ornaret ³⁾. Eius Constitutio de *nuptiis consobrinorum* ⁴⁾ memorabilis est.

*) *L. 20. C. Iust. L. 13. C. Th. de poen.* Eam legem a Theodosio M. latam scribit *Theodoreto. V, 18.* occasione caedis Thessalonicensis. At subscriptio et inscriptio ostendit, eam deberi Gratiano ⁵⁾: et tempore caedis Thessalonicensis iam septem annos defunctus erat Gratianus. Itaque quidquid dicat *Gothofred. Comm. Cod. Th. ad L. laud. p. 331. sqq.* quo legem Gratiano abroget, et vindicet Theodosio, nullam vim habet. Ac profecto, si Theodoro fides habenda, quae ei derogari non potest, dicendum est, Theodosium, occasione caedis Thessalonicensis admonitum ab Ambrosio, legem a Gratiano in occidente latam, repetiisse, et in oriente quoque valere iussisse. v. *Pagi Crit. Bar. ad a. Chr. 390.* qui tamen ipse eam *Valentino Iun.* tribuit: quia ad eum Italia pertinuerit.

Sed v. Tillemont. *Hist. Imp. T. V. P. I. p. 399.* [et doctissimi Angli *Hist. Orb. Vniuers. Lib. III. c. 28. §. 377. Tom. XIV. p. 346. vers. Germ.*]

- *) Recte quidem: quam sententiam etiam ad sensu suo probauit, et constitutionem hanc, reprobatis iis, qui vel Valentinianum, vel Theodosium eius auctorem faciunt, grauissimis argumentis Gratiano vindicauit *Chr. Gottlob Richter* Exerc. iur. ciu. elegantissima de poena ab irato principe extra ordinem imperata in diem tricesimum differenda ad l. 20. C. de poenis, Lips. 1781. 4. Cap. II. §. 1. p. 14. sq. Vnde ea in re sibi ipsi minime constitit *Bachius*, qui supra cap. I. sed. III. §. 7. not. a. p. 360. istam constitutionem Theodosio tribuit.
- *) *Socrat. H. E. V, 18.* Cuius adeo leges dignae essent, quas enarraret *Interpres* aliquis non inferior *Baldvino*; qui singularem iis de legibus commentarium promiserat.
- *) quae laudatur in *L. vn. C. Th. si nupt. ex resis. pet.* ipsa hodie non extat. Laudat etiam *Ambrosius ep. ad Patern. Augustin. de Ciu. Dei XV, 16.* quae deinde ab *Arcadio Honorio*que, et sequentibus, varie correctae mutatae est. Omnem huius iuris progressum vid. in *Reizii Excurs. X. ad Theoph. p. 1184. sqq.* vbi Excerpta sunt ex multis super ea re hominum doctorum disputationibus.

§. IX.

Eandem sectam secuti sunt *ARCADIUS*, et *HONORIUS*, quorum leges saluberrimas et utilissimas seruat vterque Codex: quos omnes memorare non est necesse. Aliquas Constitutiones non alienum erit laudare: veluti de *Episcopali iudicio*, siue potius de *Episcoporum delictis et poenis*, quae *Honorio* supposita, edita est primum a *Sirinondo*^{a)}, deinde etiam a *Iacobo Gothofredo*^{a)} cum commentario repetita, fraudisque conuicta^{b)}, tanquam ab impostore ex altis duabus legibus composita. Nam de delictis *Episcoporum* extat genuina *Honorii Lex* in Codice vtroque^{c)}. *Honorius* etiam *aurum tiro-*
nicum

vicum constituit^{d)}: et gladiatores in Occidente pe-
nitus sustulit^{e)} *),

x) In *Append. Cod. Theod.*

a) *Subiecta Codicis Theod. Tom. VI.*

b) Tueri eam, et a Gothofredi, vt ait, calumniis li-
berare laborauit [*Io.*] *Le Gendre, Ictus Franco - Gallus,*
[*Tract. Episcopale iudicium aduersus calumnias Iac. Go-*
thofredi acerrime defensum, nec non ab omni falsi suspi-
cione plenissime vindicatum, Lutet. Paris. 1690. 4.] quem
tractatum inseruit *Mormannus Thes. Iur. Ciu. et Can.*
Tom. III. [p. 233. sqq.] Sed huius Icti rationes mihi
non videntur vim Gothofredianorum argumentorum
infirmare, quamuis magno ille conatu elaborauerit.

c) *L. 14. Cod. Iust. de Episc. et Cler. et L. 35. Cod. Th.*
de Episc.

d) *L. 7. C. Th. qui a praeb. tiron. de quo v. Stewech.*
ad Veget. p. 27. et A. Ruben. Diss. de Mallio Theodoro
p. m. 40.

e) *Theodoret. V, 26. vid. Pagi Crit. Bar. ad a. Chr. [408.]*
Honorii et Theodosii Rescriptum de Pelagianis est ap.
Bayon. Annal. ad a. Chr. 420. sed emendatius e Cod.
edidit Salmas. Kucharist. de Suburbic. reg. et eccles.
p. 288. sqq. Est autem solius Honorii proprie, vt ex
subscriptione intelligitur. Idem tamen eodem exem-
plo Theodosius etiam ad Praef. orientis misit, edictis
promulgandum, v. *Salmas. l. c. qui eam ob causam*
pag. 291. edictum quatuor Praef. Praet. e Cod. MSt.
exhibet

f) Memoranda adhuc Arcadii et Honorii constitutio a
Chr. CCCXCIX. *aduersus Patriarchas Iudaeorum*
facta, L. 14. C. Th. de Iudaeis, Coelicolis et Sanctis.
ad q. l. cf. Iac. Gothofredi Comment. Pet. Waffeling. de
Archont. Iudaeorum, p. 92. et Chr. Guil. Franc. Wal-
chii Historia patriarcharum Iudaeorum, quorum in Hi-
bris iuris romani fit mentio, Ien. 1752. 8.

S E C T. III.

De Edictis Magistratum.

§. I.

Praetores atque Aediles his temporibus nulla Edicta proposuisse videntur, qui adstricti Edicto Perpetuo ius redderent, paruumque adeo potestatem haberent. At Praefectos Praetorio, Praefectosque vrbi, Edicta promulgasse nunc quidem frequentius, maiori- que auctoritate, reperimus^{a)}. Nam etsi antea id quoque factum est, rarius tamen fuisse videtur. Neque vero id mirandum est, cum his temporibus Praefectorum quidem Praetorio potestas in ciuilibus, in suis cuiusque dioecesibus, summa esset^{b)}, Praefecti autem Vrbi summum prope imperium, omnem- que potestatem in Vrbe, tenerent. Neque vero solum Constitutiones Principum, ad se missas, hi magistratus publicabant: cuius rei multa exempla ex- tant^{b)}: sed etiam sua sponte, si quid e republica esse videretur, edicebant.

^{a)} cf. Buchaldus, *ICTUS Celeberrimus, Recherches histori- ques sur les Edits des magistrats romains, Sixieme Me- moire, in Comuent. Acad. Inscriptt. Tom. XLV.*

^{a)} *L. 2. C. de Off. Praef. Praet. Orient. et Illyr.*

^{b)} v. Heinecc. *Hist. Edict. in Opusc. Postum. p. 52. et Sal- maf. Eucharist. de suburbic. region. p. 293.*

§. II.

Ac Praefectorum quidem Praetorio Edicta *Formae, τύποι, vel τύποι γυνταί* adpellabantur^{c)}, quae non solum vim legum habebant^{d)}, sed etiam colligi in codices, non secus ac Constitutiones Imperato- rum, coepta sunt: qui Codices *Ἐπαρχικῶν* nomine dicebantur^{e)}.

^{c)} *Nouell. CLXV. L. 16. C. de iudiciis.*

^{d)} Nam

- d) Nam inter Iustiniani Nouellas centesima et [sexagesima] sexta, et [duae] insequentes, γενικὸν ἢ ἀρχογενικὸν ῥήματα sunt: uti docent et rubricae et Cuiac. ad Nou. CLXV. et sq. et A. Augustin. Paratitl. Nouell. extr.
- e) Cuiac. Obs. V. f. 10.

§. III.

Praefectos Vrbi his temporibus edixisse, docent Exempla duo Edictorum L. Turcii Aproniani, Praefecti Vrbi sub Constantio a. Chr. CCCXXXIX^{f)}, quae hodie extant^{g)}.

- f) v. Almeloueen. Fast. Consul. p. 306. Murat. Anecdot. T. I.
- g) Gruter. Inscr. pag. DCCXLVII, 6, 7. Explicauit ea Car. Gothofredus Winklerus duabus doctissimis [Epitholis de Edicto Aproniano I: Lipf. 1743. 4. inf. Opusc. minor. Drod. et Lipf. 1793. 8. Vol. I. Part. II. p. 200. Epist. de Edicto Apron. II. Lipf. 1745. A. ibid. p. 215.] et Heinecc. Hist. Edict. I, 5. Opusc. Postum. p. 60. sqq. [add. Buchaldus Commentt. Acad. Inscriptt. l. c.]

S E C T. IV.

De Iure Ciuili

sive

De auctoritate Prudentum

ipsisque

Iureconsultis.

§. I.

Cum post Alexandrum Iurisconsultorum auctoritati et dignitati, ut supra ostendimus, multum decesserit, et hos fere omnis exaruerit, renasci tamen quodammodo et efflorescere rursus coepit sub Constantino M. Certe iis temporibus Icti aliqui extiterunt,

runt, qui, quamuis non aequarent superiorum auctoritatem et doctrinam, scriptis tamen suis nomen ad posterōs inuenerunt, iurique ciuili non parum adiumenti et ornamenti, ut tum erant tempora, attulerunt. Praeterea ab iisdem temporibus Schola Iuris Ciuilis *Berytensis* dignitatem et auctoritatem tenuit suam, ac ICtos etiam, praeclaro quasi foetu, protulit. Ceterum his rursus temporibus saltem ius respondendi ab Imperatoribus peti consueuisse, patet exemplo Innocentii ICti^a).

a) *Eunap. in vit. Chrysanthi p. 286.*

§. II.

Iam ICtos ipsos his temporibus claros persequemur. In quibus eminuerunt duo, GREGORIUS, siue GREGORIANVS aliquis, auctor *Codis Gregoriani*, et [HERMOGENES^a), siue] HERMOGENIANVS, cum aliorum librorum, tum *Codis Hermogeniani* auctor. Vtrumque autem sub Constantino M. vel saltem filiis eius imperantibus, vixisse, patet primum inde, quod in Codice utroque tantum Constitutiones Imperatorum Constantino M. priorum collectae^b), tum de Hermogeniano, quod mentionem facit Praefectorum Praetorio, potestate iuris dicendi libera, et sine Imperatorum adpellatione, praedictorum^c).

^a) vid. *Iac. Cuiacii Obs. II, 27.*

^b) Nulla enim inde proferri potest Constitutio Constantini, aut Imperatoris alius post Constantinum M.

^c) v. *Iac. Gothofred. Prolegom. Cod. Theod. c. 1.*

§. III.

De utroque primum Codice sic tenendum est, priuato studio a duobus ICtis factos esse^a): obtinuisse tamen, haud dubie Imperatorum ipsorum consensu, aucto-

auctoritatem in foro ^{d)}, et iudiciis, ita, vt ex iis Constitutiones Imperatorum ab aduocatis, litigatoribus, iudicibusque, iuris et persequendi et dicendi causa, proferrentur, siue adlegarentur. Causa autem compilationum istarum varie editur a doctis hominibus. Plerique dicunt, collectores auctoresue fuisse homines gentiles, qui, ne sub Imperatoribus Christianis Constitutiones gentilium Imperatorum interciderent, quod metuendum esse putarent, collectionibus faciendis cauere voluerint ^{e)}. Sed vera causa esse videtur haec, vt consulerent iudicibus et caasarum patronis, qui Constitutionum Imperatoriarum, quarum summus vsus erat in iudiciis, saepenumero vix ac ne vix quidem copiam haberent ^{f)}; adeo, vt necessariae eiusmodi collectiones viderentur. Quae adeo necessitas haud dubie effecit, vt hi Codices auctoritatem nanciscerentur in iudiciis.

^{a)} De his codicibus videantur *Iac. Gothofredus Prolog. Cod. Theod. cap. I. Ant. Schulting. Iurispr. Antiquist. p. 683. Bernh. Henr. Reinold. Obseruatt. interpretationi codicis praemiss. in Opusc. rarior. (Lugd. Bat. 1755. 8.) p. 381. sqq. et, qui singulari libello eoque elegantissimo vniversa horum codicum fata enarrauit Christ. Frid. Pohlitz, V. III. mitique amicissimus, Comm. histor. de codicibus, Gregoriano atque Hermogeniano, Lips. 1777. 4.*

^{d)} Interpretatio Goth. L. vn. C. Th. de Resp. Prudentium, et Const. summa resp. §. 3. de Cod. Iust. confirm. et *Ammian. Mart. XXX, 4. v. Ritter. ad Heinocc. Hist. Iur. I. 369.*

^{e)} *Gothofr. Proleg. Cod. Theod. c. 1. Heinoccii Hist. Iur. I. 346.*

^{f)} v. *Ritter. ad Heinoccii l. c.*

§. IV.

Prior sine dubio factus est *Codex Gregorianus* ^{g)}, de cuius auctore omnia incerta sunt. Neque enim illud pro certo adfirmari potest, *Gregorius*, an *Gre-*

grianus, appellatus fuerit. Propius tamen uero est, *Gregorianum* nomen ei fuisse^{b)}. Certum hoc esse uidetur, collegisse eum Constitutiones Imperatorum^{c)} ab Hadriano usque ad Constantinum M.^{d)}.

g) Semper enim, utroque Codice apud ueteres laudato, prior ponitur Hermogeniano. v. *Schulding. ad Cod. Gregor. tit. 1. in Iurisprudencia Antiqua. p. 683.*

h) v. *Schulding. l. c.* Nam uerba *Augustini ad Pollrat. II, 8. Collat. Leg. Mos. et Rom. I, 8. X, 8. XV, 3.* huiusmodi sunt, ut auctor *Gregorianus* dici uideatur.

i) Constitutiones ipsae, in eum codicem collectae, maximam partem rescripta fuisse uidentur. Intelligitur hoc eum ex earum inscriptionibus, tum ex ipso argumento fragmentorum, quae supersunt.

j) v. *Schulding. ad tit. 1. Cod. Gregor.* Itaque ualde abhorret a uero opinio *Cuiac. Parat. Cod. princ.* eamque sequentis *Dodwelli Praefat. Cambd. VIII, 1. p. 320.* qui existimant, in hoc Codice tantum fuisse Constitutiones Imp. ab Hadriano usque ad Valerianum [et Gallienum.]

§. V.

Posterior haud dubie est *Codex Hermogenianus*: in quo tantum spicilegium, siue supplementum, Gregoriano Codicis factum, probabile est: ita, ut, quae a Gregoriano praetermissa essent, Diocletiani imprimis Maximianique Constitutiones, complexus sit^{e)}. Quorsum enim Collectiones duas uno eodemque tempore, in quibus eadem omnes Constitutiones comprehenderentur? Ceterum tres eius factas editiones, uiri docti colligunt ex loco *Sedulii*^{f)}: non improbabili coniectura.

k) v. *Schulding. l. c. cf. Ritter. ad Proleg. Cod. Th. p. CCXI.*

l) *Sedul. Operis Paschal. praef.* qui dicit: *Hermogenianum doctissimum iuris latorem, tres editiones sui operis fecisse*: quod quamuis de Hermogeniani *Epitomis* dici quoque possit: tamen, quoniam probabilis ratio reddi potest, quare tres editiones Codicis fecerit, quae de *Epito-*

Epitomis reddi non potest, sane potius de Cod. Herm. capiendum mihi videtur.

§. VI.

Ordinem in utroque Codice fuisse eundem, qui esset Edicti Perpetui *), probabile facit cum ratio Iureconsultorum, et consuetudo fere perpetua, in libris suis ordinem Edicti sequentium, tum etiam similitudo ordinis cum ratione Iustiniani Codicis: quem ad Edicti ordinem compositum esse, convenit ^m).

*) Alio tamen ordine saepius proferuntur constitutiones in Codice Gregoriano, vti *Schultingius* in notis probavit. De librorum autem, quibus absolutus fuit, numero elegantem quaestionem primus movit *Illustr. Pohlus* l. c. p. 18. codicem illum statuens exemplo legum decemviralium in duodecim libros descriptum fuisse,

m) v. *Gothofr. Manual. Iur. p. m. 211. Schulting. ad tit. I. Cod. Gregor. p. 684.*

§. VII.

Ex utroque Codice Leges Imperatorum, ante Constantinum M. latae, in Codicem Iustinianum relatae sunt, abrogata iis auctoritate omni, quam in iudiciis ante tulerant. Itaque ex his Codicibus ad nos peruenturum, praeter Excerpta in Iustiniano Codice posita, nihil fuisset: nisi paullo ante Iustinianum, iussu Alarici Regis, id, quod iam saepe memoravimus, Breuiarium Legum Romanarum compositum esset: in quo, praeter alia, Codicis huius utriusque multa capita posita fuerunt. Ex eo itaque Breuiario nobis quaedam, etsi paucissimae, horum Codicum reliquiae, tamquam ex naufragio tabulae, servatae, supersunt. Primus eas in vulgus edidit *Io. Srichardus* *): novis accessionibus auctus *Iac. Cuiacius* ⁿ): postremo omnium, cum quibusdam animadversionibus, *Ant. Schultingius* ^o).

*) Ex

*) Ex codice nimirum Gregoriano XXII, et ex Hermogeniano duas constitutiones Sichardus secundum codices manuscriptos Argentoratensem, Moguntinum et Morpacensem, quem Amorbachii beneficio acceperat, exhibuit, et Codici Theodosiano adiecit, Basil. 1528. fol.

*) ad calcem *Cod. Theod. ed. Lugd.* [ap. Guil. Rosillium] a. 1566. f. sed auctiores *Parif.* [ap. Seb. Niuellium] 1586. f. tandem vero in editione *Geneuensi* eiusdem anni 4. omnia, quae uspiam ex Codice utroque adhuc extant, veluti in *Collatione Legis Mos. et Rom.* et *Consultatione vet. Icti*, adiecta sunt, suisque titulis tributa. [Geneuensis ista editio, mutato titulo, repetita fuit, *Lugduni ap. Franc. Fabrum* 1593. 4.]

o) in *Iurisprudentia Anteuustiniana* p. 683.

§. VIII.

Sed, quoniam HERMOGENIANVM, Ictum, auctorem Codicis *Hermogeniani* fuisse, de auctore autem *Gregoriani* omnia ignorari, diximus: tantum de Hermogeniano Icto, eiusque reliquis libris, breuiter adhuc exponendum est, antequam ad ceteros Ictos aetatis huius progrediamur. Hermogenianum igitur Ictum temporibus Constantini M. fuisse, hodie fere conuenit, ut supra diximus *). Christianum fuisse, sunt, qui putent ¹⁾: sed non satis idoneis argumentis ²⁾. Praeter *Codicem Hermogenianum* ³⁾, cuius auctor esse videtur, ut diximus, scripsit *Epitomarum seu Iuris Epitomarum Libros VI* ⁴⁾, ac *Libros Fideicommissorum* ⁵⁾, e quibus in Digestis pauca quaedam capita sunt ⁶⁾.

*) De vita *Hermogeniani* praeter *Loisellium* scripserunt *Is. Strauchius Vil. vet. Ictor. num. III. p. 22.* et *Ios. Finestres et de Monsaluo* *Diff. praelimin. de Hermogeniano et eius scriptis praemissa* *Eius Comment. in Hermogen. libros Epit. Iur. Ceruariae Lacetanorum* 1757. II. Tom. 4. Optandum vehementer est, ut quam academia Ceruariensis spem nuper fecit, vniuersa praestantissimi huius Icti opera iunctim edendi, ea mox expl-

expleatur, adeoque Finestresii Commentarius prope-
diem recudatur.

p) *Bertrand. de Iurispr. I, 8.*

q) ex *L. 60. D. de donat. int. vir. et ux.* Sed v. *Iac. Gothofr. Prolegom. Cod. Theod. c. I. p. CCXI Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. XI. Io. Strauch. in Vit. Hermogenian. p. 22. Ritter. ad Proleg. Cod. Th. l. c.*

r) Negat *Reinold. Diss. de Observ. Cod. p. 23. sqq.* eum-
que sequitur *Wieling. Ind. Ictor. Alphab. p. LXXIX.*
in *Iurispr. Rest.* diuersosque Hermogenianos, aucto-
rem *Codicis*, et *Epitomarum* scriptorem, statuunt: pro-
pterea, quod videatur genus dicendi diuersum esse.
Sed genus scribendi hic quidem in iudicium vocari
non posse, facile intelligitur, propterea, quod *Codi-
cis* quidem tantum fragmenta, eaque magnam partem
interpolata, habemus: et quod oratio Imperatorum
est, non Hermogeniani **).

***) Neutrum certo affirmari potest: sunt tamen ex Her-
mogeniani libris fragmenta *pura* in Digestis.

s) Horum librorum rationem ipse tradit in *L. 2. D. de
stat. hom. cf. Cuiac. Obs. II, 27.* [*Iosephi Finestres et de
Monsaluo in Hermogeniani Icti Iuris Epitomarum Li-
bros VI Commentarius, Tom. I. et II. Ceruariae Laca-
tanorum, 1757. 4.]*

t) Librorum fragmenta in digestis v. ap. *Wieling. Iuris-
prud. Restit. p. 46. sqq.*

u) cf. *Bynkershoek. Obs. VI, 21.*

§. IX.

AVRELIUS ARCADIUS CHARISIUS *),

Ictus, tempore, ut videtur, Constantini M. filio-
rumque eius floruit *). Libellorum fuit magister.
Christianum fuisse statuit Cuiacius *): sine causa *).
Scripsit *) *Libros singulares, de Maneribus Civilibus,
de Officio Praefecti Praetorio, et de Testibus.*

*) cf. *Christ. Rau, V. S. R. Diss. doctissima de Aurel. Arc.
Charisia, vetere Icto, Lips. 1773. 4.* In Digestis quae-
dam fragmenta *pura* occurrunt.

x) *L. vn. §. 1. D. de Off. Praef. Praet. in quo nemi-
ne Praefectorum Praetorio, qui sine prouocatione essent.
v. Iac. Gothofred. ad L. 10. C. Theod. de appellat.*

y) *Obs.*

y) *Obs. VII, 2.*

z) v. *Ritter, ad Heinecc. Hist. Iur. I, 348.*

a) *Fragmenta in Digestis v. ap. Wieling. Iurispr. Restit. p. 6. sqq.*

§. X.

IULIUS AQUILA^{a)}, Ictus horum circiter temporum, etsi incertum est, quo imperio vixerit^{b)}, scripsit *Librum Responsorum*^{c)}.

a) v. *Greg. Maiansii Iulius Aquila in Commentariis T. II. p. 288. sqq.* Bina ex responsorum libro fragmenta pura in Pandectis supersunt.

b) de aetate eius quae disputantur, v. ap. *Eu. Otton. praef. Thef. Iur. Ciu. T. I. p. 13. sqq.*

c) *Wieling. Iurispr. Restit. p. 46.*

§. XI.

INNOCENTIVS, Ictus, et Agrimensor, tempore Constantini M.^{d)}. Scripsit *Librum de Litteris Notis Iuris*, scilicet Agrimensorii, ex quo hodie quaedam Excerpta extant, edita primum a Nic. Rigaltio^{e)}, deinde a Wilhelmo Goesio^{f)}. Saltem XII Libros fuisse oportet, quod apud Rigaltium, Goesiumque, inscribuntur *Ex Libro XII Innocentii*^{g)}.

d) Meminit eius *Eunapius vit. Chrysanth. p. 286.* et *Amian. Marcellinus.*

e) inter *Auðores Finium Regundorum, Paris. 1614. 4.*

f) inter *Rei Agrariae Auðores, Amst. 1674. 4.*

g) v. *Goes. in Not. ad Auð. Rei. Agrar. p. 167.*

§. XII.

DOMNVS, Ictus, memoratur apud Libanium, qui ad eum scripsit litteras^{h)}: vt alios taceam, qui iisdem temporibus vixere, sed nullis libris scriptis posteritati nomen commendarunt suum.

h) *Liban. Ep. III, 277. vid. Wolff. ad ep. 1124.*

§. XIII.

§. XIII.

Berytensis Schola hoc quoque saeculo, ut supra diximus, et auctoritate doctorum, et iuuenum, disciplinae iuris aemulantium studia, concursu celebrata est ¹⁾. Nam etsi a. Chr. CCCXLVIII. vrbs, terrae motu concussa ²⁾, ipsa quoque studia Iurisprudentiae aliquo modo labefecit; tamen paullo post recreata, iuris quoque ciuilem studium refecit: ita, ut Valentis et Theodosii M. temporibus Schola iuris insigni auctoritate eminuerit; multosque adeo postea Iurisperitos extulerit ³⁾.

i) *Liban. Or. XXVI.* p. 595. ed. Morell.

k) *Cedren. Annal.* p. 299. ed. Paris.

l) v. *Jac. Gothofr. Comm. ad L. 19. Cod. Theod. de annon. et tribut. T. IV.* p. 32. ed. Ritteri Barth. ad *Zachar. Scholast.* p. 244. sqq. *Spanhem.* ad *Julian. Or. I.* p. 36. sq. et p. 120. sq.

CAP. IV.
DE
IURISPRVDENTIA NOVA

A
THEODOSIO IVN.

VSQVE AD
IVSTINIANVM.

SECT. I.

De Statu Publico.

§. I.

Peruenimus ad ea tempora, quibus imperii Romani provinciae barbarorum incurfu mirum in modum vastatae, tandemque in Occidente omnes imperio Romano subtractae sunt, ita, vt Romanum imperium in Occidente penitus tandem desierit. Quae res etiam iurisprudentiae ipsi in Occidente magnam securim iniecit. Nam quamquam a barbaris istis gentibus prudenti consilio subactis provinciis iura Romana relicta sunt: tamen sensim paullatimque consuetudinibus moribusque populorum barbarorum infecta, mirumque in modum immutata sunt. Sed necesse est iam, qualis sub Theodosio iuniore, Valentinianoque III, et hos insecutis Imperatoribus, status publicus fuerit, quasi per indicem exponere.

§. II.

THEODOSIVS IVN. in Oriente, mortuo patre, ad imperium peruenit, vix octo annos natus, anno
Christi

Christi CCCCVIII. imperante adhuc Honorio in Occidente. Cum propter aetatis imbecillitatem ipse rebus praesse non posset, tutorem habuit Anthemium^{a)}, virum optimum, et eruditissimumque sapientem: cuius prudentissimis institutis, et Pulcheriae^{b)} sororis postea consiliis saluberrimis, omnibus belli pacisque artibus egregie imbutus est. Natura bonus ille quidem, sed ingenio admodum imbecilli fuit, magisque ad bene parendum, quam ad imperandum apto, adeo, ut eorum, qui gratia apud ipsum flourerent, mancipium esse videretur. Igitur quoad paruit Anthemii, et Pulcheriae sororis, consiliis optimis, bene omnia cesserunt. Sed cum se cubiculariis suis, et Eunuchis, dedidisset, in multis rebus titubatum et offensum est. Mortuo Honorio, VALENTINIANUM III. primo Caesarem, deinde Augustum in Occidente creavit anno Christi CCCXXIV, eique filiam Eudoxiam in matrimonium postea dedit: indeque ambo concordia animo reipublicam administrarunt. Theodosius quidem cum Persis bis bellum secunda fortuna gessit^{c)}. Hunnorum vero viribus cedere, et pacem grandi pecunia redimere, coactus est^{d)}. Consilium Ephesinum habuit, quo damnatus est error Nestorii: unde in iure Pontificio *Ephesinus legislator* adpellatur^{e)}. Omnium autem nobilissimum institutum est hoc, quod, collectis imperatorum, a Constantino M. inde, Constitutionibus, Codicem Theodosianum fieri iussit: rem iurisprudentiae tum temporis saluberrimam. Vxorem habuit *Eudociam*, Leontii, Philosophi Atheniensis, filiam, mulierem ingenio doctrinaeque laude excellentem: quae, cum Eutychis pravis opinionibus de religione capta esset, Imperatoris animum a sorore abalienavit, eamque ex aula remouendam curavit: ipsa tamen postea, suspicionibus quibusdam mariti,

M m

frigu-

frigusculo orto, ex aula secedere coacta est, confenuitque Hierosolymis. Mortuus est Theodosius anno imperii quadragesimo.

a) *Socrat. H. E. VII, 1.*

b) *Sozom. IX, 1. sq.*

c) *Socrat. VII, 18. sq. Procop. Bell. Pers. I, 2.*

d) *Prisc. Excerpt. Leg. p. 36. sqq.*

e) *c. 5. X. de Praescript.*

§. III.

VALENTINIANVS III, Constantio, et Placidia, Arcadii sorore, natus, a Theodosio iun. in societatem imperii receptus, et Augustus creatus est anno Christi CCCCXXIV, habuitque in matrimonio Eudoxiam, Theodosii filiam; vnde eum *Patrem*^{f)} adpellat in Constitutionibus Nouellis. Primo imperii tempore prospera fortuna vsus est. Nam Italiam a Gothis inuicissam, atque occupatam recepit^{g)}: deinde in omni intemperantiae ac libidinis genere versatus, imperium in maximam perniciem adduxit. Eius enim inertia nequitiaeque, potentissimae prouinciae imperio Romano ereptae sunt a barbaris gentibus. Nam Vandali quidem, duce Genserico, Africam occuparunt; Franci Galliam; Angli et Scoti Britanniam^{h)}. Exstitit etiam ex Pannonia Attila, dux Hunnorum, quingentorumque, millium exercitum Tholosam vsque perduxit: et cum Aëtio, Narbonensis prouinciae praeside, Merouaei Francorum regis, Gothorumque auxiliis instructo, proelium tam atrox commisit, vt eo die centum octoginta millia ceciderintⁱ⁾. Aëtium postea Imperator, suspicione captus, ipse necauit^{k)}: sed ipse quoque non ita multo post artibus MAXIMI, ciuis Romani, viri dignitate inprimis praestantis, interfectus est: qui cum ducta vxore Eudoxia, nomen Imperatoris sumisset, breui post ipse fraude vxoris sublatu^{l)} est. Genserico

rico ex Africa Italiam inuadente et cum exercitu Romam aduentante: quam statim cepit, abductaque Eudoxia, cum filiabus, Eudocia et Placidia, in Africam reuersus, Eudociam Honorio filio collocauit^m). Obiit Valentinianus anno imperii XXX.

f) *Nouell. Valentinian. VIII.*

g) *Socrat. H. E. VII, 23.*

h) *Prosp. Chron. Idat. Procop. B. Vand. I, 3. Gild. Ex. c. VI. p. 118. Bed. Hist. I, 13.*

i) *Iornand. rer. Goth. c. 37. sq.*

k) *Prosp. Idat. Chron.*

l) *Procop. B. Vand. I, 5. Prosp. Chron.*

m) *Procop. l. c.*

§. IV.

Mortuo Valentiniano III, imperium Romanum in Occidente fere desiit. Nam imperii Romani insignia et ornamenta a Vandalis, capta vrbe, in Africam, Carthaginem asportata sunt; qui eam prouinciam per octo et octoginta annos tenuerunt: Romae autem et in Italia etsi aliqui Imperatores fuerunt, siue sua sponte exorti, siue ab Imperatoribus Orientis, ut par erat, creati, aliquique etiam Constitutiones promulgarunt, quae sunt inter Nouellas Codicis Theodosiani, et in Codice Iustiniano: mimici tamen fere tantum Imperatores fuerunt, aut dicis causa dignitatem Augustalem vsurparunt: cum fere nihil praeter nomen tenerent, vel saltem breuissimi imperii vsura fruerentur. Sunt autem post Valentinianum Imperatores in Occidente, praeter MAXIMUM, facti, vel exorti hi: AVITVS, MAIORIANVS, SEVERVS, ANTHEMIVS, OLYBRIVS, GLYCERIVS, IVLIVS, AMBROSIVS, et MOMYLLVS, qui, cum puer a patre creatus Augustus esset, *Augustulus* dictus est*): decimoque post mense ab Odoacro, rege [Herulorum,] coactus, imperio se abdicauit.

[Quamquam XIV. annis post Heruli a Gothis rursus loco pulsi sint.] Quo tempore imperium Romanum in Occidente Gothorum in Italia reges occuparunt. Eius dominationis in Italia Gothorum initium est ab a. Chr. CCCCLXXVI. finis autem factus est a. Chr. DLIV. quo anno ab Iustiniani exercitu debellati sunt.

*) Huc facit Opus, quod nuper prodiit, egregium: *L'antique Rome, ou description historique et pittoresque de tout ce, qui concerne le peuple romain, dans ses coutumes civiles, militaires et religieux, dans ses mœurs publiques et privées depuis Romulus jusqu' à Augustus* par Grasset Saint Sauveur, Paris 1796. 4.

§. V.

Theodosio II. successit MARCIANVS. Is humili genere ortus in Illyrico, virtutibus industriaque, in Tribunatu militum tanto se opere iactarat et commendauerat omnibus, vt, quum Pulcheria, mortuo fratre Theodosio, ad imperium vocata esset, nemo illo dignior ipsi videretur, quem in tori, imperii-que consortium reciperetⁿ⁾. Factus itaque anno Chr. CCCCL. et Augustus et maritus Augustae est hac lege, vt ei virginitatem retinere suam liceret. Religionis ac pietatis studiosissimus fuit: quoque magis religionis studium inter Christianos floreret, pacem cum Persis et Vandalis, quam bellum, facere maluit. Edixit habuitque concilium Chalcedonense: cui ipse praefuit^{o)}. Memorabiles sub eo Attilae Hunnorum regis expeditiones extiterunt: qui cum ingentibus copiis prouincias Imperii Romani in Occidente, tamquam pestis et calamitas quaedam, peruasit, vastitatemque omnibus locis intulit: tandem autem repentina sanguinis eruptione, in ipsis cum pulcra aliqua puella nuptiis, exstinctus est. Obiit Marcianus anno imperii sexto.

n) *Theodoret. I, 1. Prosp. Chron. Euagr. H. E. II, 1.*

o) *Euagr. II, 1. Concl. T. IV. p. 574. 575.*

§. VI.

Mortuo Marciano, a. Chr. CCCCLVII, LEO I, cognomine *Thrax*, siue *Magnus*, creatus est Imperator, Asparis Gothi hominis factione ^{p)}; qui inter Patricios adiectus multum auctoritate in eo ordine valebat. Qua de caussa Leo Artaburium, Asparis filium, Caesarem dixit, desponsa ei filia sua: postea tamen reum maiestatis factum cum patre necari iussit. Fuit in Leone magnum et religionis et pacis studium: belloque parum aptus habitus est. Itaque etiam, cum Vandalos in Africa bello adgressus esset, ductu Basilisci, rem male gessit, magnamque calamitatem accepit ^{q)}: in Oriente ceteroqui otium et pacem satis tutatus. Imperauit annos XVII.

p) *Euagr. H. E. II, 16. Marcell. Chron.*

q) *Procop. B. Vand. I, 6. sq.*

§. VII.

Leoni successit LEO II, hocque mortuo pater eius ZENO *Isauricus*, a. Chr. CCCCLXXV. Hic humili loco ortus, gradum ad imperium talem fecit. Ductor exercitus Leoni imperatori fidem et industriam ita probauerat, vt hic suam ei sororem in matrimonium daret. Cum vero Leo moriens Zenonis filium Leonem iun. nepotem suum ex sorore, Imperatorem fecisset, hic anno post moriens patri suo imperium reliquit: quod viuo filio, quamuis nomine careret, re tamen vera administrauerat ^{r)}. Ac Zeno quidem imperium XVII. annos tenuit. Nam quamuis sub initia *Basiliscus*, vxoris eius auunculus, seditione in Cilicia ^{s)} excitata, dominationem adripuisset, et fugere etiam Zenonem coëgisset, tamen post annum victus, in exilium eiectus, et inedia mori coactus est. Fuit Zeno homo extremæ turpitudinis, omnibusque vitiis obrutus, nulla rerum gerendarum

scientia, summa denique ignavia. Itaque etiam multis intestinis coniurationibus, ac bellis ciuilibus conflictatus est. Theodericum regem in Italiam aduersus Odoacrem immisit ¹⁾. Cum morbi comitialis, in quem inciderat, accessu defecisset, uiuus etiamnum spiransque, vxoris Ariadnae fraudibus sepultus esse dicitur.

1) *Euagr. III, 1.*

2) *Euagr. III, 3. Ad tyrannidem Basilisci pertinet L. 16. C. de SS. Eccl. v. Cuiac. Obs. III, 19.*

3) *Procop. B. Goth. II, 6.*

§. VIII.

Eo mortuo ad imperium artibus Ariadnes, viduae [Zenonis,] a. Chr. CCCXCI, peruenit ANASTASIVS, qui tum inter Silentarios Imperatoris merebat ¹⁾. Duos graues aduersarios habuit, Longinum in Isauria, et Vitalianum in Thracia ²⁾, quorum vterque cum aliquamdiu et nomine et insignibus Imperatoris esset vsus, occisus est. Bellis a barbaris gentibus multis, imprimisque a Persis, petitus est ³⁾: quorum illa pecunia redempta, postremum, cum Persae aliis premerentur difficultatibus, conditionibus, et pace facta, compositum est. Sectam Eutychis secutus est: grauisque recte sentientibus fuit. *Chrysargyrum* sultulit ⁴⁾: Constantinopoli *Longum murum* ⁵⁾ aedificauit. Herulos recepit ⁶⁾. Animo fuit leui, et timido, summaeque auaritiae, adeo quidem, vt officia venderet, vt quidam auctores scribunt. Fulmine ictus interiit anno imperii XXVII ⁷⁾.

1) *Euagr. H. E. III, 32. Theodor. Leß. p. 558.*

2) *Euagr. III, 35. Marcell. Chron.*

3) *Procop. B. Pers. I, 7. Euagr. III, 47.*

4) *Euagr. III, 39. Duas constitutiones eam in rem graecas ex Basil. LII, 10. quas Anastasii fuisse existimat, κατά σύνοψιν exhibet Cuiac. Comm. in tres posteriores libros Codicis tit. de Iustrali collation. p. m. 259. sq.*

5) *Euagr.*

- a) *Euagr. III, 38. Procop. de aedif. IV, 9.*
 b) *Procop. B. Goth. II, 14.*
 c) *Euagr. IV, 1.*

§. IX.

Successit IUSTINVS *Thrax*, siue *Senior*, a. Chr. DXVIII^{d)}. Is patre armentario natus, cum ipse quoque in pueritia custos pecoris fuisset, militiam secutus, suam fidem et in re militari industriam ita probavit, ut tandem satellitum ordinumque palatinorum praefectus fieret. Cumque, extincto Anastasio, Amantius, cubicularius, magnam ei pecuniae vim, ad emenda militum pro Theocrito suffragia, dedisset, ipse, ea pecunia suo nomine data, imperium sibi comparavit. Quare Theocritus offensus, aduersus eum copias contraxit: sed ab illo cum uniuersa factione oppressus, supplicium luit^{e)}. Rem autem publicam Iustinus per nouem annos summa sapientia, aequitate, et moderatione gessit: puramque, et ab omni erroris laebe sinceram, religionem coluit: turbulentisque de religione disputatoribus infestus, Manichaeorum etiam sectam^{f)} mira felicitate uniuersam sustulit funditus. Bellum cum Persis^{g)} gessit, hac de causa coeptum, quod Chosroen, filium regis Persarum, adoptari a Iustino desiderantem, per arma se adoptaturum^{h)}, dixerat: quo dicto vehementer offensi erant Persae. Cumque Iustinianum, ex sorore nepotem, in consortium imperii adsciuisset, quarto post mense diem supremum obiit, anno imperii nono^{h)}.

d) *Euagr. H. E. III. ult.*

e) *Procop. Hist. arc. c. 6.*

f) *L. 12. C. de Haeret. et Manich.*

g) *Procop. B. Pers. I, 12.*

^{a)} cf. *Chr. Gottl. Ioecher Progr. de adoptione per arma, Lips. 1737. 4.*

h) *Procop. Hist. arc. c. 9.*

S E C T. II.

De Constitutionibus Principum

siue

De Codice Theodosiano, eiusque Nouellis.

§. I.

THEODOSIUS Iunior, et VALENTINIANVS III, cum ante Codicem Theodosianum editum multas Constitutiones, tum postea Constitutiones Nouellas ediderunt. Itaque cum insigniores eorum Constitutiones exponere animus sit, primum de Constitutionibus ante Codicem Theodosianum promulgatis, tum de Codice ipso, denique de Nouellis eorum trademus.

§. II.

AC THEODOSIUS quidem Constitutione edita spectacula diebus festis inhibuit^{a)}: Legem aduersus Patriarchas Iudaeorum sanxit^{b)}: Praescriptionem XXX. annorum aduersus actiones constituit^{c)}: Studiis liberalibus in schola Constantinopolitana consultum iuit, et Professoribus liberalium artium, inprimisque iuris ciuilibus, multa commoda, honores, nominatimque Comitiam primi ordinis, post viginti annorum stipendia, largitus est^{d)}: Legitimationem naturalium liberorum per oblationem Curiae permisit^{e)}: multasque leges promulgauit, quibus et Gentilium superstitionem deleret, et Iudaeorum animos frangeret, atque adeo ecclesiam Christianam magis confirmaret. Quae omnes Codici Theodosiano postea illatae sunt.

a) *L. Dominico 5. C. Th. de spectac.* quam Legem singulari Commentario exposuit *Barn. Brissonius*, [separatim, Hanouiae 1600. 8. et in *Opp.* Paris. 1606. 4. nec non cura *Treckelii*, Ultraï. 1747. fol.]

b).L

- b) L. 14. et L. 29. C. Theod. de Iudaeis, Coelic. et Sam. ad q. I. cf. Iac. Gothofredi Comment. Scripsit etiam Franc. Chr. Guil. Walchius eruditam de Patriarchis Iudaeorum Commentationem Ien. 1752. 4. [add. Legem de Rescriptis, quae iura laederent, reiiciendis. L. 1. C. Th. de diu. rescr. L. 5. C. Iust. si contra ius, vel utilit. publ. L. 7. C. de precibus Imper. offer.]
- c) L. 1. C. Th. de aët. cert. temp. finiend. L. 3. C. Iust. de praescr. 30. vel 40. ann. Auctorem huius Constitutionis *) esse Theodosium M. putauit Cuiac. Obs. XVIII, 26. Sed v. Iac. Gothofred. Comm. ad L. C. Th. laud. T. I. p. 427.
- *) Scribendum potius: praescriptionis: ipsam enim constitutionem Cuiacius etiam Theodosio Iuniori vindicat.
- d) L. 1. C. Th. de Prof. qui in urb. Constantinop. L. ult. de stud. liberal. L. ult. de oper. publ. C. Th. [cf. Herm. Conringii Diss. ad L. 1. Cod. Theod. de studiis liberalibus urbis Romae et Constantinopolis, Helmst. 1654. 4. recensita, aucta et correctâ, ibid. 1674. 4. et in Opp. Tom. VI. p. 1.]
- e) L. 3. L. 4. C. de natur. lib. cf. de Curiae muneribus ipsisque Curialibus Merrill. Obs. VIII, 25. Briffon. Sel. Ant. IV, 13. Iac. Gothofr. Comm. ad L. 7. C. Th. de decurion.

§. III.

Valentinianus III. cum multas alias sanxit leges, Codici Theodosiano postea illatas *), tum nullam illustriorem nobilioremque hac Constitutione †), ad Senatum urbis Romae data, qua, rei iudicariae consulturus, cauit, et definiuit, quae Constitutiones legesque ac Rescripta Principum quaeque Responso Ictorum veterum in iudiciis recitari obseruarique deberent. In qua nominatim solis Papiniani, Paulli, Caii, Ulpiani, ac Modestini, libris et scriptis vniuersis, cum omnibus ibi comprehensis aliorum sententiis, auctoritatem lectionis in iudiciis dedit: ita, vt, dissentientibus veteribus ICTis, maiori numero staretur, in paribus autem eorum sententiis, ea sententia

vinceret, cui adfensus esset Papinianus ^{a)}. Quo autem cautius isti libri recitarentur, iussit eos propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmari ^{b)}. Expressit hanc a Valentiniano III. legem facies Iurisprudenciae miserima; id est, ipsa necessitas: qua re etiam eadem Constitutio a Theodosio probata, Codicique Theodosiano inserta est. Neque verò Valentiniani institutum vlla reprehensione dignum est ^{c)}.

*) Sed vagantur adhuc extra Codicem Theodosianum Valentiniani III. *Descriptio nominum ex pensionibus soluendis a. CCCXLIII. facta: Commonitorium de bonis in agro Siculo positis a. CCCXLIV. ad componendos redditus Ecclesiae Rauennatis et ad conductorum pensiones colligendas emissum, et Epist. II. ad conductores et actores huius ecclesiae in agro Siculo:* quas Valentiniani constitutiones post Io. Mabillonium, Barchinium, Sc. Maffeiium, et Terrassonum optime illustrarunt, *Ant. Zirardinus, et Io. Christoph. Amadatus, Doctissimi Itali.*

f) Maior fuit Constitutio, quae in Theod. Cod. et Iust. diuersis sub titulis sparsa est, v. c. *L. vn. de Resp. Prud. L. vn. de cretione, L. 8. de legitim. heredit. L. pen. et ult. de matern. bon. L. vn. de bon. quae filius. L. ult. de reuoc. don. L. 18. C. Iust. de iure deb. L. 2. et 3. C. Iust. de legibus, L. penult. C. Iust. si contra ius, L. 7. C. Iust. de precib. Imp. off. v. Iac. Gothofred. Comm. ad L. vn. C. Th. de Resp. prud. T. I. p. 33.* Valentiniani autem hanc legem solius fecimus, quamuis Theodosii quoque nomine inscripta sit, propterea, quod data ad Senatum vrbs Romae, et quod subscripta est *Rauennae* data. Errant itaque, qui eam vtrique Imperatori attribuunt.

g) *L. vn. C. Th. de Resp. prud.*

h) Ex hac constitutione ii, qui imperite contra legum antiquarum emendationes declamant, facile intelligent, si quidem animum velint attendere, quam parum rationem vetustatis habeant, cum emendationes adspiciuntur. Iubet enim Imperator libros veterum Ictorum firmari collatione Codicum propter antiquitatis incertum. v. *Iac. Gothofr. Comm. C. Th. ad h. l.*

e) *Heineu.*

7) Heinecc. *Hist. Iur.* I, 377. reprehendit hoc institutum: temere. v. Ritter, ad Heinecc. l. c.

§. IV.

Iam ad ipsum *Codicem Theodosianum* nobis veniendum est *). Is iussu Theodosii Iun. ^{b)} per octo viros, iuris peritissimos ^{l)}, compositus, promulgatus est ^{m)} anno Christi CCCXXXVIII. ⁿ⁾, in ipsis Theodosii Tricennialibus ^{o)}. Missus deinde ^{p)} ad Valentinianum III, et ab hoc confirmatus ^{q)}, in Occidente auctoritatem accepit, diutissimeque tenuit. Ordinem Edicti Perpetui observatum in eo maximam partem, probabile est ^{r)}. Constitutiones Constantini, sequentiumque vsque ad Theodosium Iun. Imperatorum, ipsiusque adeo Theodosii et Valentiniani III, hoc est, Gregoriano Hermogenianoque Codice posteriores ^{s)}, complexus est eas, quae viderentur illo tempore reipublicae vel utiles vel necessariae esse ^{t)}. Neque haec tamen integrae vni eidemque loco illatae sunt, sed per diversos titulos sparsae atque disiectae, prout materia, in qua versarentur, exigere visa esset ^{**)}: quamvis, praeter brevitatis rationem, nulum ius mutandi quidquam aut interpolandi Compilatoribus dederit Imperator.

* cf. *Innoc. Cironii Observatt. iuris canon.* Tolos. 1645. f. rec. c. praefat. Io. Sal. Brunquelli, Ien. et Lips. 1726. 4. *Libr. V. Iac. Gothofredus Proleg. Cod. Theod. Bernh. Henr. Reinold Observatt. interpretationi Codicis praemissae in Opusc. varior.* (Lugd. Bat. 1755. 8.) p. 381. sq. Io. Sal. Brunquell *Diss. de codice Theodosiano, eiusque in cod. Justin: usu*, Ien. 1719. 4. et in *Opusc.* cura Henr. Io. Ott. Koenig. Hal. 1774. 8. Tom. I. p. 24. sq.

b) Non Theodosii M. vt nonnulli viri docti existimarunt. v. *Nouell. I. Theodosii iun. Iac. Gothofr. Proleg. Cod. Theod.* c. 1. p. CCXII.

l) Nomina eorum recitantur in *Theodosii Nouell. I.*

m) per

- m) per *Nouellam I. Cod. Theod. v. Iac. Gothofr. Prolegom. c. III.*
- n) v. *Iac. Gothofr. Prolegom. Cod. Theod. c. I. p. CCXII.*
- o) *Ritter. ad Proleg. Cod. Theod. l. c.*
- p) per *Nouellam Theodosii secundam.*
- q) *Meminit Valentinianus III. huius Codicis veluti in prouinciis suis recepti Nouell. XIII. etsi ipsa Nouella non extat, qua eum promulgauit.*
- r) v. *Iac. Gothofr. Prolegom. Cod. Theod. c. XII. Schulting. Iurispr. Anterust. p. 684.*
- s) *Legitimorum Principum Constitutiones in eo tantum fuisse tradit Prosp. Aquitan. Chron. P. I. quod, qui interpretantur Constitutiones Christianorum principum, ut ipse Gothofr. Proleg. c. I. falluntur. Prosper enim hoc voluit significare, tyrannorum, quorum magnus a Constantini M. tempore numerus extitit, Leges inde fuisse exclusas. v. Heinecc. Hist. Iur. I, 378.*
- t) v. *Gothofred. Prolegom. c. I.*
- *-) *Absoluitur codex Theodosianus sedecim libris, quorum quinque priores ad ius ciuile, reliqua ad ius publicum maxime et negotia ecclesiastica spectant. Neque is codex semper cum codice Iustiniano conuenit. In Theodosiano v. c. ius ecclesiasticum vltimum locum: in Iustiniano primum locum occupat. cf. Aut. Maruillii Series et collatio titulorum et constitutionum cod. Iustin. praemiss. edit. Gothofred.*

§. V.

Consilium autem in hoc Codice edendo propositum Theodosius habuit hoc, ut, quod coeptum erat per Codices Gregorianum et Hermogenianum in Constitutionibus principum colligendis, ab eo, vbi desissent isti collectores, tempore, hoc est, a Constantino M. vsque ad sua tempora deduceret, et absolueret, sicque adeo Iurisprudentiam faciliorem expeditioremque redderet. Quam causam ipse reddidit Imperator ^{u)}. Atque harum a Constantino inde Magno Constitutionum colligendarum eo maior videtur fuisse ratio et necessitas, quod, abrogatis veteribus formulis, ritibus ac sollemnitatibus, Iurisprudentia

dentia veluti nouam formam acceperat: multae ac diffusae, adque adeo contrariae leges erant: quae summam imperitis istorum temporum et Aduocatis et Iureconsultis difficultatem obiicerent ^x).

u) *Nouell. I. Theodof. conf. Brennumann. de Heuremat.*
p. 141.

x) *Gothofr. Prolegom. c. I. p. CCXIII.*

§. VI.

Quamuis vero Theodosius hac collectione confulere Iurisprudentiae, eique lucem adfundere uoluerit: multa tamen uitia reprehendi in ea posse, quibus admissis euentus consilio non satis responderit, ostendit Iac. Gothofredus ^y). Sed haec labes ac ueluti macula, illi corpori adpersa, tamen non eam vim habet, ut non summam hodie utilitatem Codex Theodosianus iuris Romani interpretibus adferat. Immo uero hic Codex est, unde idoneus interpret uerrima adiumenta ad Codicem reliquumque ius Iustinianum petat ^z).

y) v. *Iac. Gothofr. Prolegom. c. III.*

z) v. *Gothofred. Prolegom. Cod. Theod. c. IV. Maruill. Praef. Cod. Theod.* [add. *Io. Sal. Brunquell* Diss. laud. *de codice Theodosiano*, et, quod scribendi genus attinet, *Io. Aug. Wolf. V. S. R. Diss. elegantiss. de latinitate ecclesiastica in codice Theodosiano*, Lips. 1774. 4.]

§. VII.

Supereft hodie Codex Theodosianus, per gradus quosdam, non tamen plene ^a), restitutus. Primum enim a Ioanne Sichardo Breuiarium Codicis Theodosiani, quale Alarici regis iussu promulgatum erat, editum est ^b). Deinde Io. Tilius libros octo posteriores integros, per Breuiarium Alaricianum non contractos, aut in epitomen reductos, libro tamen postremo adhuc mutilo, in lucem reuocauit ^c).

Post

Post eum Iac. Cuiacius libros sextum, septimum, et octauum, integros vna cum supplemento libri postremi, a Steph. Charpino acceptos, vulgavit^{a)}. Constitutiones de Senatusconsulto Claudiano libro quarto communicauit ad editionem Cuiacianam Petr. Pithoeus^{o)}. Itaque quinque priores libros, cum initio sexti, quod deest, adhuc non nisi ex Breviario Alariciano habemus. Codicem Theodosianum eruditissimis commentariis illustrauit Iac. Gothofredus; qui cum fato defunctus esset, antequam absolueret hoc institutum opus, adhibitus est Ant. Maruillius: qui Codicem Theodosianum, cum commentariis Gothofredianis edidit^{f)}. Postrema editio, et optima, est Lipsiensis, quae studio et cura Io. Dan. Ritteri prodiit^{b)}, collata cum codice Wurceburg. et Gothano, et nouis tam animaduersionibus, quam accessionibus doctissimis instructa.

- a) Id obseruandum, ne quis erret, existimetque integrum hodie nobis superesse Codicem Theodosianum: e quo, quamuis omni labore studioque a viris doctissimis impenso, tamen multae adhuc Constitutiones desiderantur.
- b) *Basil. a. 1528. fol. de qua editione v. Ritteri praef. ad T. I. Cod. Theod. [et Gustavi Hugonis, V. C. Ind. Editt. omnium corp. iur. ciu. fontium, adi. Pauli sentent. recept. Berol. 1795. 8. p. 129. seqq.]*
- c) *Paris: a. 1550. 8.*
- d) *Lugd. a. 1566. in fol. et postea aliquoties repetita.*
- e) *v. Gothofred. Manual. Iur. p. 61. Cuiac. praef. edit. suae praemissa.*
- f) *Lugd. 1665. [VI. Tom.] fol.*
- g) *Lips. 1745. Tom. VII. fol.*

§. VIII.

Post Codicis Theodosiani promulgationem, cum ipse THEODOSIVS Iun. et VALENTINIANVS III, tum insequentibus Imperatores MARCIANVS,

MAIO-

MAIORIANVS, SEVERVS et ANTHEMIVS ^{h)} Nouellas Constitutiones promulgarunt ^{*)}. Quorum pars aliqua, in Breuiarium Alaricianum relata, ab Io. Sichardo vna cum Breuiarii reliquijs edita est: pars ab Ant. Oiselio Cuiacio oblata, et ab hoc Codici Theodosiano subiecta. Tandem vero Petr. Pithoeus, e bibliotheca patris sui, XXXIV Nouellis antea ineditis additis, auctiores in lucem protulit ⁱ⁾: vnde postremis Cuiacianis editionibus additae sunt; Conradus Rittershusius easdem omnes separatim vulgavit ^{k)}: Maruillius editioni Codicis Theodosiani adiecit: denique (eas sub finem Codicis Theodosiani, luculentis et doctis commentariis collustratas, Codicis Wurceburg. et Gothani atque Ottobobiani collatione multis in locis sanatas, dedit Ioan. Dan. Ritterus ^{l)} ^{**}).

h) Vna tantum est Nouella *Leonis* inter *Anthemii* Nouellas tit. III. quam confirmavit in occidente *Anthemius* Nouell. tit. II. Falso itaque ab omnibus fere historiae iuris scriptoribus etiam Nouellae *Leonis* laudantur.

*) Dicuntur Nouellae Post - Theodosianae, ne diuiduntur in sex libros.

i) *Parif. a. 1571.* [4.] vnde in eiusdem *P. Pithoei Operibus* quoque repetitae sunt *ibid.* 1609. [f.]

k) *Francos.* 1615. 8. cum notis marginalibus.

l) In quo illud monendum adhuc est, monitum iam a *Rittero praef. T. VI. P. II. Cod. Theod.* Theodosii Valentinianique Nouellas in omnibus editionibus promiscue atque confusas collocari; quarum auctores adeo diligenti lectori cognoscendi sunt ex inscriptionibus et subscriptionibus: vnde sub singulis Nouellis *Ritterus* erudite et accurate cuiusque auctorem demonstravit. Rescriptum *Constantii*, Valentiniani III. patris, extat ap. *Baron. Annal. ad a. Chr. 420.* Sed correctius e Cod. cum Edicto Praef. Urb. edidit *Salmas. Eucharyst. de Suburbicar. region. p. 283.*

** Nouissime has Theodosii Iun. et Valentiniani III. Nouellas vna cum alijs antiqui iuris reliquijs vno fere

fere eodemque tempore magna cum diligentia editas accepimus a Duumuiris ad ornandam iurisprudentiam natis, *Ant. Zirardino*, qui mihi quidem in commentario suo rerum ex iure potissimum illustrandarum rationem, et *Io. Chph. Amadutio*, qui lectionis ad praecepta critices reuocandae curam habuisse videtur. Leguntur autem vtriusque opera sic inscripta: *Imperatorum Theodosii Iun. et Valentiniani III. Nouellas leges-caeteris antiuustinianis, quae in Lipsiensi anni 1745, vel in anterioribus editionibus vulgatae sunt, addendae: ex Ottoboniano Ms. Codice edit, commentario illustrat, ex eodemque codice alia profert Ant. Zirardinus, Fauentiae 1766. 8. Leges Nouellae V. anecdotae Impp. Theodosii Iun. et Valentiniani III. cum ceterarum Nouellarum titulis et variis lectionibus ex. vetustissimo Cod. Ms. Ottoboniano una cum aliis editae, opera et studio Io. Christoph. Amadutii, Rom. 1767. fol.*

§. IX.

Alias Constitutiones, Constantini, Theodosii M. Arcadii, Honorii, Theodosii Iun. et Valentiniani III. nominibus inscriptas, quae neque in Codice Theodosiano, neque Nouellis, neque in Iustiniano Codice inueniuntur, in *Appendice Codicis Theodosiani* ex Codice Lugdunensis ecclesiae edidit Iac. Sirmondus^{m)}: quae inde etiam editionibus Codicis Theodosiani Gothofredianae et Ritterianae subiectae sunt una cum Epistolis aliquot veterum Conciliorum et Pontificum Romanorum, in eadem Appendice a Sirmondo editis. Sed totam hanc Sirmondianam collectionem spuriam esse, ab clerico rudi, et semibarbaro, ex variis Codicis Theodosiani legibus, consiliorum decretis, sententiisque Patrum confictam, idoneus et intelligens veterum scriptorum aestimator facile intelligat.

^{m)} Anno 1631. Paris. in 8. quae in *Operibus eius Paris.* in fol. 1696. repetita est.

§. X.

Praeter istas Nouellas multae prodierunt Constitutiones cum ipsorum illorum Imperatorum, tum LEONIS, ZENONIS *Isaurici*, ANASTASII et IVSTINI *Maioris*, ex parte in Codicem Iustinianum postea illatae. Quibus ius ciuile, sublatis, aut mutatis veteris iuris capitibus, varie correctum est. Nam Leonis quidem hae Constitutiones sunt: primum, ne ad togatorum consortium, h. e. Aduocatorum, admitteretur, nisi qui fidem Catholicam sequeretur ⁿ⁾: deinde, ne vlla persona, siue libera, siue serua, prostituere^{o)}. Zenonis autem illa memorabilis est Constitutio, qua sublatae sunt poenae plus petentium ^{p)*)}: Anastasii haec, qua, sublata solennis emancipationis necessitate, Rescripto principis emancipationem fieri permisit ^{q)}. Iustini denique, inter alias, haec vel imprimis celebris est, qua de Senatorum nuptiis leges veteres abrogauit ^{r)}.

n) L. 15. C. de Episcop. audient. cf. Baron. Ann. ad a. Chr. 468. §. 18.

o) L. 14. C. cod.

p) §. 33. Inst. de Adion.

*) Occurrit et alia Zenonis Constitutio: de aedificiis priuatis, ad quam existat Andr. Federicii, Icti Neapolitani, Dissertatio, Neap. 1766. vulgata, et 1770. 4. recusa: cui add. la Costituzione dell' Imp. C. Zenone, ossia la L. 12. del C. Giustin. degli edif. priuat. tradotta da N. Carletti, Napoli 1783. 8.

q) L. pen. C. de emanc. lib.

r) L. 22. C. de Nupt. quam legem Iustinianus ab Imperatore impetrauit, quo nuptias cum Theodora muliere scenica contrahere posset. v. Procop. Hist. Arc. c. 6.

§. XI.

Iam etsi post Codicem Theodosianum multae Leges promulgatae sunt, veluti supplementi causae: tamen Codicibus tribus Gregoriano, Hermogeniano,

et Theodosiano auctoritas mansit sua, in Oriente quidem usque ad Iustinianum, a quo, promulgato nouo Codice, illis tribus Codicibus omnis abrogata vis est. In Occidente autem, cum, praeter Italiam, et Africam, Iustinianus nulli prouinciae imperaret, quippe a barbaris gentibus tenerentur, illi Codices, ex parte maxima certe, diutissime, etiam post Iustinianum, tenuerunt.

§. XII.

Ac barbarae quidem gentes, cum prouinciis imperij Romani sibi subiecissent, prudenti tamen consilio humane populis a se subactis usum iuris Romani, Legumque Imperatoriarum, hoc est, Codicum trium, reliquerunt: cum ipsae antiquis suis moribus uiuerent. Nam reges barbararum gentium, quauis prouincias imperij Romani occupassent, maiestatem tamen imperij Romani comiter conseruabant*), prae seque ferebant, se auspiciis Imperatorum regnare. Cum vero sensim paullatimque uellent Romani iuris sanctiones similitudine atque consensione quadam cum patriis moribus atque consuetudinibus illigari atque deuinciri, hoc instituto usi sunt, ut ipsi iuris Romani corpora siue potius breuiaria subiectis sibi populis, composito et inflexo paullulum ad suos mores statumque rerum, qui tunc esset, iure Romano, ederent. Quam rationem tenuerunt Ostrogothi in Italia, Visigothi in Gallia, et Hispania, Burgundiones denique: de quorum instituto iam singulatim exponendum est.

*) v. Ritter, ad *Prolegom. Cod. Theod.* c. V.

§. XIII.

Ostrogothorum quidem Rex in Italia, THEODERICVS, promulgato, tum Romanis, quam Gothicis,

his, *Edicto*'), e veteribus iuris Romani maximam partem iussis composito"), quod centum et quinquaginta capitibus constaret, id consilium secutus est, qui inprimis Romanis faueret legibus, earumque auctoritatem commendaret*). Eoque Gothi illi vsi sunt haud dubie usque ad Iustinianum, qui, debellatis in Italia Gothis, corpus iuris ibi promulgauit.

*) v. Iuv. *Decret. P. IV. c. 180. et c. 12. Dist. 10.* cf. *Jac. Gothofr. Proleg. Cod. Theod. c. III. et Ritter. praef. ad T. III. Cod. Theodof.*

*) Id Edictum Theoderici extat in *Cassiodori* editionibus: edidit quoque [*Petr. Pitheca,* Paris. 1579. 4. et] *Lindenbrog. Cod. Leg. Antiq. p. 229.* [sed optime *Petr. Georgisch* in *Corpore iuris germ. antiqui,* (Hal. 1738. 4.) p. 2199. sq. et *Paul. Canciani* in *Legibus ant. Barbarorum,* (Venet. 1781. 8.) *Vol. I. p. 3. sq.*]

*) cf. *Gottl. Slenoglii* *Profl. de iurisprudentiae romanae fortuna, in Italia Ostrogothis, in Gallia et Hispania Visigothis regnantibus, non adeo iniqua,* Lem. 1726. 4.

§. XIV.

Neque aliud institutum fuit ALARICI, Regis Visigothorum: qui *Breuiarium Legum Romanarum* subiectis sibi prouincijs promulgauit: in quo quidem id Regi propositum fuit, vt iuris Romani constitutiones ad statum sui temporis accommodarentur, et, vt omnis ambiguitas, et obscuritas, vel etiam iniquitas, tolleretur, planeque circumscriberetur. Id Breuiarium iussu regis a *Goarico* *), *Comite*, ex Codicibus tribus Gregoriano, Hermogeniano, et Theodosiano, Nouellisque, ex *Caii* item Institutionibus, *Pauli* Receptis Sententiis, et *Vlpiani* Regularum libro singulari *), *Papiniani* denique libris, subiecta Interpretatione Gothica *), compositum, et ab *Aniano* *), Referendario, editum est *), q. Chr. DVI, proposita grauissima poena iis, qui in iudicijs alia formula aliaue lege vterentur, praeter eas, quas in hoc

corpore comprehensae essent. Instituti totius rationem indicat *Commonitorium Breuiarii***), quod adhuc superest.

x) v. *Commonitorium Breuiarii* apud Gothofred. *Proleg. Cod. Theod. c. V.* Falso itaque auctor et collector huius Breuiarii vulgò creditur Anianus, qui tantum edidit, hoc est, subscripsit, confirmauit, et publicauit: vt *Iac. Sirmondus* docet in libello, qui inscribitur: *Quaestio triplex*, editusque est *Parisi. 1642.* in 8. et in eiusdem *Opuscul. T. III.* reperitur. cf. *Brunquell. Diss. de Cod. Theod.*

y) Falso. Vide, quae notauimus *Lib. III. Cap. II. Sess. V. §. XXVIII.* p. 494. Caeterum de ipsis codicis Alarici fontibus consulenda, quae nuperrime prodiit, *Matth. Ant. Buchaldi* diatribae: (*Memoire sur le Code d'Alaric par Bouchaud, in Mem. de l'Institut. national des Sciences et des Arts, Sciences morales et politiques, Paris an. XI. 4. Tome IV. p. 76 — 112.*

g) de interpretatione hac Gothica agit *Iac. Gothofred. Prolegom. Cod. Theod. c. VI.*

z) *Commonitor. l. c.*

o) *Edere* enim illis temporibus dicebatur de subscriptione Referendariorum, constitutiones et iussa Regum publicantium, et confirmantium. v. *du Fresne Glossar. h. v.*

***) Historiam huius Breuiarii persequitur *Iac. Gothofredus Prolegom. Cod. Theod. c. V.* et *Innocent. Cirionius Obseru. iur. can. lib. V. cap. 2.* Solius interpretationis Gothicae codicem manuscriptum eumque bonae notae, ex Archiuo Metropolitanae Ecclesiae Vtinentis, exhibuit *Paul. Canciani Leg. antiq. Barbarorum Vol. IV. p. 461. sq. Venet. 1789. fol.*

§. XV.

Hoc Breuiarium diuturnam per aliquot saecula auctoritatem, etiam sub Francis, in prouinciis tenuit illis, in quibus promulgatum erat: laudaturque fere a scriptoribus sequentium temporum sub nomine *Legis Romanae*, vel *Legis Theodosianae* b). Atque ex eo Breuiario magna pars Codicis Theodosiani, fragmenta Codicis Gregoriani et Hermogeniani, item Cai

Caii Institutiones, Pauli Sententiae, Vlpiani tituli Regularum *), hodie superstites sunt.

b) v. Gothofred, Proleg. Cod. Theod. C. VII. Sub nomine Legum Theodosianarum etiam laudatur ap. Gratianum in Decreto v. A. Augustin. de Emend. Grat. I, 6.

*) Minime gentium, v. supra p. 494.

§. XVI.

Eadem ratio est PAPIANI *Responsorum*, vt, vulgo adpellantur *). Eum librum, tamquam iuris Romani corpus, iussu regis Burgundionum, GUNDEBALDI, compositum, et ex iisdem, quibus Alarici Breuiarium, fontibus haustum, fere conuenit^{c)}: quamquam de nomine *Responsorum Papiani*, qui auctor eius compilationis esse creditur, me non poenitet eius esse sententiae, vt cum Conrado existimem, eam libri inscriptionem deberi imperitis librariis; qui cum hanc compilationem a Papiniani, siue, vti tum fere scribebant, *Papiani*, veteris Icti, loco ex *Responsorum* libro initium ducere vidissent, *Papiani Responso* pro titulo libri posuerint^{d)}. Edita haec collectio est primum a Iac. Cuiacio^{e)}, et novissime ab Ant. Schultingio^{f)} **).

*) Vocatur *Lex Romana*, et ita etiam. inscribitur in codice Ottoboniano, vbi nomen Papiani *Responsorum* plane non occurrit.

c) v. Iac. Gothofred, *Manuq. Iur.* c. II. §. 11. p. m. 55. Lindenbrog. *praef. Cod. Leg. Alemann. Schulting. Iur. ispr. Anteuust. praef.*

d) v. *Conradi Parerg. I, 5. de Pseudopapiano Burgundione*, et eiusdem *praefat. noua Parerg. praefixa p. XXVII.*

e) sub finem edit. *Cod. Theod.* a. 1566.

f) in *Iurisprudencia Anteuustiniana*, [p. 327. 49.]

***) Multo accuratius et plenius ad fidem vetustissimi codicis Ottoboniani, variis lectionibus et adnotationibus adiectis, editur ab *Amadatio Nouell. anecdot. p.*

131. sq. qui simul scripta ad studium lectorem *Præfat.* p. XLIX, sqq. probauit, hanc legem romanam non *Gundebaldi* auspiciis conditam, sed iussu *Theoderici I.* Francorum Regis digestam esse. Nouissime tamen a Burgundione quodam istam Epitomen privato studio compositam statuit *Chr. Gottl. Bienerus*, V. III. *Comm. de orig. et progr. legum iurisque germ.* Lips. 1787. 8. Vol. I. P. I. Lib. III. Cap. II. §. 20 p. 295. sq.

S E C T. III.

De Iure Ciuili

sive

De auctoritate Prudentum

ipphisque

Iureconsultis.

§. I.

Et si his temporibus litterarum fere omnium flos, ingruente magis magisque barbarie quasi tempestate, decussus esse videbatur: meliori tamen fortuna vta est Iurisprudencia; dignitatemque, si minus veterem, æ aliquam tenuit. Cuius quidem rei auctor effectorque maxime extitisse videtur ipse *Theodosius Imperator*: qui multis commodis et honoribus^{a)} tam Antecessorum diligentiam, quam studiosorum industriam, excitauit, et ad iuris ciuilis disciplinam excolendam ornandamque adduxit. Itaque ab eo tempore Scholæ Iuris Ciuilis Beryti, Romæ, et Constantinopoli summa et doctorum auctoritate et studiosorum celsitudine floruerunt.

a) v. *Seç. II. §. 2.*

§. II.

Ac Berytensis quidem Schola iurisprudentiae laudem, superiori aetate partam, retinuit, ita, ut Iustinianus postea illustres ibi Antecessores inueniret, quos Pandectis componendis adhibere posset: at Constantinopolitana demum a Theodosio eam accepit. Instituti enim sunt ab eo in hac ciuitate primum Professores iuris, siue Antecessores; initio vnus, mox dua^{b)}, honoribusque ac titulis ornati ius, ut cum ceteris artium Professoribus, emeritis viginti annorum stipendiis, Comitiam primi ordinis haberent. Cuius rei initium factum est in Leontio, iuris perito. In publicis portu auditoriis tantum doceri iussit.

b) L. vn. C. Theod. de profess. qui in urb. Constant. L. vn. C. Iust. de stud. liberal. cf. L. 3. C. Theod. cod. et Iac. Gothofred. Comm. ad has leges C. Theod. T. II. p. 114. et T. V. p. 227.

§. III.

Schola vero Romana totidem Professores iuris habuit^{c)} usque ad dominationem Gothorum. Hi enim, quamquam iurisprudentiae studiis Romae tuebantur, vnum tantum Antecessorem Romanis reliquisse videntur^{d)}. Ratio docendi iuris in Scholis quae fuerit, tradit Iustinianus, eamque aliquo modo emendat^{e)}. Quinque aenorum curricula in Scholis emetiri oportebat discipulos, qui singulis annis novum nomen adpellationemque, pro modo studiorum accipiebant^{f)}: primo *Dapondiorum*^{g)}, altero *Edictalium*, tertio *Papinianistarum*, quarto *Lytarum*, quinto denique *Prolytarum*.

c) Argumento est inscriptio tit. C. Theod. de studiis liberal. urb. Rom. et Constantinop. v. Ritter. ad Heinicc. Hist. Iur. I, 380. [et Herm. Conringii Diss. ad L. I. Cod. Theod. de studiis liberalibus urbis Romae et Con-

et Theodosiano auctoritas mansit sua, in Oriente quidem usque ad Iustinianum, a quo, promulgato nouo Codice, illis tribus Codicibus omnis abrogata vis est. In Occidente autem, cum, praeter Italiam, et Africam, Iustinianus nulli prouinciae imperaret, quippe a barbaris gentibus tenerentur, illi Codices, ex parte maxima certe, diutissime, etiam post Iustinianum, tenuerunt.

§. XII.

Ac barbarae quidem gentes, cum prouincias imperij Romani sibi subiecissent, prudenti tamen consilio humane populis a se subactis usum iuris Romani, Legumque Imperatoriarum, hoc est, Codicum trium, reliquerunt: cum ipsae antiquis suis moribus uiuerent. Nam reges barbararum gentium, quamuis prouincia imperij Romani occupasset, maiestatem tamen imperij Romani comiter conseruabant^{s)}, prae seque ferebant, se auspiciis Imperatorum regnare. Cum vero sensim paullatimque uellent Romani iuris sanctiones similitudine atque consensione quadam cum patriis moribus atque consuetudinibus illigari atque deinciri, hoc instituto usi sunt, ut ipsi iuris Romani corpora siue potius breuiaria subiectis sibi populis, composito et inflexo paullulum ad suos mores statumque rerum, qui tunc esset, iure Romano, ederent. Quam rationem tenuerunt Ostrogothi in Italia, Visigothi in Gallia, et Hispania, Burgundiones denique: de quorum instituto iam singulatim exponendum est.

s) v. Ritter, ad Prolegom. Cod. Theod. c. V.

§. XIII.

Ostrogothorum quidem Rex in Italia, THEODERICVS, promulgato, tam Romanis, quam Gothicis,

this, *Edicto*'), e veteribus iuris Romani maximam partem iussis composito"), quod centum et quinquaginta capitibus constaret, id consilium secutus est, qui inprimis Romanis faueret legibus, earumque auctoritatem commendaret*). Eoque Gothi illi vsi sunt haud dubie usque ad Iustinianum, qui, debellatis in Italia Gothis, corpus iuris ibi promulgauit.

*) v. Iuvon. *Decret. P. IV. c. 180. et c. 12. Dist. 10. cf. Jac. Gothofr. Proleg. Cod. Theod. c. III. et Ritter. praef. ad T. III. Cod. Theodof.*

*) Id Edictum Theoderici extat in *Cassiodori* editionibus: edidit quoque [*Petr. Pithoeus, Paris. 1579. 4. et*] *Lindenbrog. Cod. Leg. Antiq. p. 329.* [sed aptime *Petr. Georgisch in Corpore iuris germ. antiqui, (Hal. 1738. 4.) p. 2199. sq. et Paul. Canciani in Legibus ant. Barbarorum, (Venet. 1781. 8.) Vol. I. p. 3. sq.*]

*) cf. *Gottl. Sleuogtii Prof. de iurisprudentialiae romanae fortuna, in Italia Ostrogothis, in Gallia et Hispania Visigothis regnantibus, non adeo iniqua, Lem. 1726. 4.*

§. XIV.

Neque aliud institutum fuit ALARICI, Regis Visigothorum: qui *Breuiarium Legum Romanarum* subiectis sibi prouinciis promulgauit: in quo quidem id Regi propositum fuit, vt iuris Romani constitutiones ad statum sui temporis accommodarentur, et, vt omnis ambiguitas, et obscuritas, vel etiam iniquitas, tolleretur, planeque circumscriberetur. Id Breuiarium iussu regis a *Goarico* *), *Comite*, ex Codicibus tribus Gregoriano, Hermogeniano, et Theodosiano, Nouellisque, ex *Caii* item Institutionibus, *Pauli* Receptis Sententiis, et *Vlpiani* Regularum libro singulari *), *Papiniani* denique libris, subiecta Interpretatione Gothica *), compositum, et ab *Aniano* *), Referendario, editum est *), a. Chr. DVI, proposita grauissima poena iis, qui in iudiciis, alia formula aliaue lege vterentur, praeter eas, quas in hoc

corpore comprehensae essent. Instituti totius rationem indicat *Commonitorium Breviaris* **), quod adhuc superest.

x) v. *Commonitorium Breviaris* apud Gothofred. *Proleg. Cod. Theod. c. V.* Falso itaque auctor et collector huius Breviaris vulgò creditur Anianus, qui tantum edidit, hoc est, subscripsit, confirmauit, et publicauit: vt Iac. Sirmondus docet in libello, qui inscribitur: *Quaestio triplex*, editusque est Paris. 1642. in 8. et in eiusdem *Opuscul. T. III.* reperitur. cf. Brunquell. *Diss. de Cod. Theod.*

*) Falso. Vide, quae notauimus *Lib. III. Cap. II. Sess. V. §. XXVIII.* p. 494. Caeterum de ipsis codicis Alariciani fontibus consulenda, quae nuperrime prodiit, *Matth. Ant. Buchaldi* diatribae: (*Memoire sur le Code d'Alaric par Bouchaud, in Mem. de l'Institut. national des Sciences et des Arts, Sciences morales et politiques, Paris an. XI. 4. Tome IV. p. 76 — 112.*

y) de interpretatione hac Gothica agit Iac. Gothofred. *Prolegom. Cod. Theod. c. VI.*

z) *Commonitor. l. c.*

o) *Edere* enim illis temporibus dicebatur de subscriptione Referendariorum, constitutiones et iussa Regum publicantium, et confirmantium. v. *du Fresne Glossar. h. v.*

**) Historiam huius Breviaris persequitur Iac. Gothofredus *Prolegom. Cod. Theod. c. V.* et Innocent. Cironius *Observ. sur. can. lib. V. cap. 2.* Solius interpretationis Gothicae codicem manuscriptum eumque bonae notae, ex Archiuo Metropolitanae Ecclesiae Vtinentis, exhibuit Paul. Canciani *Leg. antiq. Barbarorum Vol. IV. p. 461. sq. Venet. 1789. fol.*

§. XV.

Hoc Breviarium diuturnam per aliquot saecula auctoritatem, etiam sub Francis, in prouinciis tenuit illis, in quibus promulgatum erat: laudaturque fere a scriptoribus sequentium temporum sub nomine *Legis Romanae*, vel *Legis Theodosianae* b). Atque ex eo Breviario magna pars Codicis Theodosiani, fragmenta Codicis Gregoriani et Hermogeniani, item Cui

Caii Institutiones, Pauli Sententiae, Ulpiani tituli Regularum *), hodie superstites sunt.

b) v. Gothofred. Proleg. Cod. Theod. C. VII. Sub nomine Legum Theodosianarum etiam laudatur ap. Gratianum in Decreto v. A. Augustin. de Emend. Grat. I, 6.

*) Minime gentium, v. supra p. 494.

§. XVI.

Eadem ratio est PAPIANI *Responsorum*, vt, vulgo adpellantur *). Eum librum, tamquam iuris Romani corpus, iussu regis Burgundionum, GVNDEBALDI, compositum, et ex iisdem, quibus Alarici Breuiarium, fontibus haustum, fere conuenit^{c)}: quamquam de nomine *Responsorum Papiani*, qui auctor eius compilationis esse creditur, me non poenitet eius esse sententiae, vt cum Courado existimem, eam libri inscriptionem deberi imperitis librariis; qui cum hanc compilationem a Papiniani, siue, vti tum fere scribebant, *Papiani*, veteris Icti, loco ex *Responsorum* libro initium ducere vidissent, *Papiani Responsa* pro titulo libri posuerint^{d)}. Edita haec collectio est primum a Iac. Cuiacio^{e)}, et novissime ab Ant. Schultingio^{f)} **).

*) Vocatur *Lex Romana*, et ita etiam inscribitur in codice Ottoboniano, vbi nomen Papiani *Responsorum* plane non occurrit.

c) v. Iac. Gothofred. *Manuq. Iur.* c. II. §. 11. p. m. 55. Lindenbrog. *praef. Cod. Leg. Alemann. Schulting. Iurispr. Anteiust. praef.*

d) v. *Conradi Parerg.* I, 5. de *Pseudopapiano Burgundione*, et eiusdem *praefat. noua Parerg. praefixa p. XXVII.*

e) sub finem edit. *Cod. Theod.* a. 1566.

f) in *Iurisprudencia Anteiustiniana*, [p. 827. sq.]

***) Multo accuratius et plenius ad fidem vetustissimi codicis Ottoboniani, variis lectionibus et adnotationibus adiectis, editur ab *Amadutio Nouell. anecdot.* p.

131. sq. qui simul scripta ad eruditum lectorem *Præfat.* p. XLIX, sqq. probauit, hanc legem romanam non *Gundebaldi* auspiciis conditam, sed iussu *Theoderici I.* Francorum Regis digestam esse. Nouissime tamen a Burgundione quodam istam Epitomen privato studio compositam statuit *Chr. Gottl. Bienerus*, V. III. *Comm. de orig. et progr. legum iuriumque germ.* Lips. 1787. 8. Vol. I. P. I. Lib. III. Cap. II. §. 80 p. 295. sq.

SECT. III.

De Iure Ciuili

sive

De auctoritate Prudentum

ipisque

Iureconsultis.

§. I.

Esi his temporibus litterarum fere omnium stas, ingruente magis magisque barbarie quasi tempestate, decussus esse videbatur: meliori tamen fortuna uia est Iurisprudencia, dignitatemque, si minus veterem, et aliquam tenuit. Cuius quidem rei auctor effectorque maxime extitisse uidetur ipse *Theodosius Imperator*: qui multis commodis et honoribus^{a)} tam Antecessorum diligentiam, quam studiosorum industriam, excitauit, et ad iuris ciuilis disciplinam excolendam ornandamque adduxit. Itaque ab eo tempore Scholæ Iuris Ciuilis Beryti, Romæ, et Constantinopoli summa et doctorum auctoritate et studiosorum celsèbritate floruerunt.

a) v. *Seß. II. §. 2.*

§. II.

Ac Berytensis quidem Schola iurisprudentiae laudem, superiori aetate partam, retinuit, ita, ut Iustinianus postea illustres ibi Antecessores inueniret, quos Pandectis componendis adhibere posset: at Constantinopolitana demum a Theodosio eam accepit. Instituti enim sunt ab eo in hac ciuitate primum Professores iuris, siue Antecessores; initio vnus, mox dua^{b)}, honoribusque ac titulis ornati iis, ut eum ceteris artium Professoribus, emeritis viginti annorum stipendiis, Comitium primi ordinis haberent. Cuius rei initium factum est in Leontio, iuris perito. In publicis porro auditoriis tantum doceri iussit.

b) L. vn. C. Theod. de profess. qui in urb. Constant. L. vn. C. Iust. de stud. liberal. cf. L. 3. C. Theod. eod. et Iac. Gothofred. Comm. ad has leges C. Theod. T. II. p. 114. et T. V. p. 227.

§. III.

Schola vero Romana totidem Professores iuris habuit^{c)} usque ad dominationem Gothorum. Hi enim, quamquam iurisprudentiae studia Romae tuebantur, vnum tantum Antecessorem Romanis reliquisse videntur^{d)}. Ratio docendi iuris in Scholis quae fuerit, tradit Iustinianus, eamque aliquo modo emendat^{e)}. Quinque annorum curricula in Scholis emetiri oportebat discipulos, qui singulis annis novum nomen adpellationemque, pro modo studiorum accipiebant^{f)}: primo *Dupondiorum*^{g)}, altero *Edictarium*, tertio *Papinianistarum*, quarto *Lytarum*, quinto denique *Prolytarum*.

c) Argumento est inscriptio tit. C. Theod. de studiis liberal. urb. Rom. et Constantinop. v. Ritter. ad Heinicc. Hist. Iur. I, 380. [et Herm. Conringii. Diss. ad L. I. Cod. Theod. de studiis liberalibus urbis Romae et Con-

Constantinopolis, Edit. aust. et correct. Helmst. 1674. 4. et in Opp. Tom. VI. p. 1.]

- d) *Cassiodor. Var. IX, 21. ibi enim vni tantum iuris expositori salarium constituitur.*
 e) *Constit. Omnem reip. §. 1. et 2. sq.*
 f) *Const. laud. §. 2. sqq.*
 g) *v. Cuias. Obs. VII, 33.*

§. IV.

Ism ad ICTOS huius temporis, librosque iuris, hac aetate editos, veniendum nobis est. Primus, qui quidem nobis occurrit, memorabilis, est LEONTIVS ICTUS, qui Theodosii II. temporibus Constantinopoli ius civile professus est, et primus Comitum primi ordinis meruit^{b)}. Non multo post fuit alius ICTUS clarus, LEO, cuius Sidonius meminit^{*)}.

h) *L. vn. C. Th. de Profess. qui in urb. Constantinop.*

*) *v. Sid. Apoll. Narbo, s. Narbon. urb. laud. v. 446. seqq.*

*Sine ad doctilem Leonis aedes,
 Quo bis sex tabulas docente iuris,
 Vitro Claudius Appius lateret (taceret)
 Clare obscurior in Decemviratu.*

§. V.

Omitto ANTIOCHVM¹⁾, MAXIMINVM, MARTYRIVM, SPERANTIVM, APOLLODORVM, THEODORVM, EVGENIVM, et PROCOPIVM, viros dignitatibus maxime illustres, et iuris scientiae laude clarissimos, quos Theodosius conficiendo Codici Theodosiano adhibuit, ut ipse memoriae prodidit¹⁾.

i) *v. Ritteri Comm. ad Nouell. Theodos. I. et in Prose-pogr. Cod. Theod.*

k) *Novella Theodos. I.*

§. VI

§. VI.

Proficiscor potius ad Libros hac aetate scriptos de iure civili, eosue (Ctos, qui libris editis ad posteros illustrati sunt. In quibus memoranda primo loco nobis est *Notitia Dignitatum* Orientis et Occidentis, conscripta, ut par est credere, sub Theodosio Iun. circa annum Chr. CCCCXXVI¹⁾, vnde Alciatus **) eam *Breuiarium Theodosii Iun.* adpellauit. Vtilissimus liber studiosis iuris, ad cognoscendum statum totius imperii, a quo clarissimum iuri Romano lumen adfundi possit, iis locis Codicis imprimis, vbi agitur de Magistratibus, officialibus ac dignitatibus, et de iure fiscali ac patrimoniali. Eam Aleiatus primus edidit excerptam: post Rhenanus totam^{m)}; tandem Guido Pancirollus, comparatis duobus libris scriptis, plenius restituit, vberimisque commentariis explicauitⁿ⁾. Edita etiam est a [Phil.] Labbaeo^{o)}.

1) Ita inter plerosque Jac. Gothofred. *Manual. Iur. p. m. 58. et Comm. Cod. Theod. T. II. p. 98. et III. p. 490. ed. Ritteri. Sed Tillemont. Hifi. Imp. T. VI. P. II. p. 476. et in Adnot. p. 733. existimat, factam eam esse sub Honorio a. Chr. CCCCVII. *) a quo tempore bellis ciuilibus et externis vniuersus status imperii occidentalis immutatus fuit. cf. Bucher. Belg. p. 492. §. 1.*

*) Falso. Fuit autem, quamuis de anno ipso non constet, *Notitia* ista certissime sub finem imperii Theodosiani, et intra annum Chr. CCCCXXV. et CCCCLII. conscripta. Annum priorem definit titulus operis, qui sic habet: *Notitia dignitatum utriusque Imperii, Orientis et Occidentis, ultra Arcadii Honorique tempora*: Honorius autem a. CCCCXXIV. obiit: posteriorem annum ipsius *Notitiae* auctor, qui Concordiensis fabricae, et thesaurorum Aquileiae tunc extantium, monetaeque ibi percussae meminit. Concordia vero et Aquileia ab Attila a. Chr. CCCCLII. euersae sunt, testibus Cassiodoro, aliisque huius aevi scriptoribus.

***) Parerg. V, 13. in Opp. (Francf. 1617. fol.) Tom. IV., p. 357. sed sine auctore.*

m) Basileae [1552.] fol.

n) s. 1553. fol. [Venet. 1593. f. rec. Lugd. 1602. f. et emendat. Genev. 1623. f.]

o) Paris. 1651. 12. Ceterum Labbaeus valde Pancirolli commentarios carpit: haud scio, an merito. [Vtraque editio inserta Graevii Thes. Tom. VII. p. 1309. sq.]

§. VII.

Post Theodosianum Codicem confectum, ante Iustinianum tamen, celebres extitere Icti tres, Heros Patricius, Heros Eudoxius, et Dominicus, qui ad Codicem Gregorianum, Hermogenianum, et Theodosianum scripserunt^{p)}: qui in Basilicorum scholiis saepe laudantur. De his iam dicere aliquid, operae pretium erit. Ac HEROS quidem PATRICIVS fuit praeceptor Theodori, Icti Iustiniani^{q)}: Professor Iuris in schola Berytensi: Commentator trium Codicum illorum: cuius etiam sententias Iustinianus vel improbauit^{r)}, vel probavit^{s)} Constitutionibus suis. Idem esse videtur, quem inter maiores Anatolii Icti refert Iustinianus^{t)}.

p) v. G. O. Reizii Excurs. ad Theoph. XX. p. 1243.

q) Schol. Basilicor. T. VI, p. 217. A.

r) L. 2. C. de usur. vid. Schol. Basil. T. III. p. 459.

s) L. 18. C. de transact. v. Schol. Basil. T. I. p. 810. f.

t) Const. Fanta §. 9. /Eius in L. 68. D. ad L. Fak. interpretationem refert Harmenopol. II, 12. probatque Casacius de praeser. c. 34.

§. VIII.

HEROS EUDOXIVS, aequalis Patricii, Professor in eadem schola Berytensi, et commentator eorundem trium Codicum esse videtur^{u)}: Avus Anatolii, pater Leontii, Ictorum^{v)}. Laudatur in scholis Basilicorum. — Eius sententiam improbauit Iustinianus^{y)}.

u) v.

v) v. *Rinz. l. c.*

x) *Const. Tanta §. 9.* e quo loco colligi possit, ipsum forte filium fuisse *Leontii*, Iurisperiti, de quo supra.

y) *L. 18. C. de transact. v. Schol. Basil. T. I, p. 810. f.*

§. IX.

DOMINVS, Praeceptor *Theodori* *) , idem esse videtur, ad quem *Zeno Imp.* rescriptit **). Explicavit tres illos Codices b): laudaturque in Scholiis Basilicorum.

z) *Schol. Basil. T. VI. p. 217. B.*

a) *Schol. Basil. T. VII. p. 711.* b) v. *Rinz. l. c. p. 1249.*

§. X.

Hic memorandus est ille, qui *Collationem Legis Mosaeicae et Romanae* conscripsit *). Eum *Tilius* et *Cuiacius* *) *Licinium Rufinum*, veterem *ICtum*, de quo supra, fuisse putant. Sed arguant eos, eum orationis genus, tum *Constitutiones* ex *Codicibus Gregoriano, Hermogeniano et Theodosiano*, ab eo auctore relatae **). Itaque cum *Theodosiano Codice* posteriorem esse oportet: vixitque haud dubie circa finem saeculi quinti: cum nondum factum esset *Breviarium Alaricianum*, integrique adhuc extarent veterum *ICtorum* et *Codicum* istorum trium libri: e quibus ille multa capita hausit: quae neque in eo, quem hodie habemus, *Codice Theodosiano*, neque in libris *Iustinianeis* reperiantur **). *Christianum* fuisse, instituti ratio indicat. Ceterum etsi *ICtus* non fuit, ut ipse fatetur: neque adeo ipse illo consilio et instituto operae pretium fecit: tamen, quoniam hodie multa capita *Legum*, et veterum *ICtorum*, nusquam, nisi in hoc libro, inveniuntur, magnam haec *Collatio Jurisprudentiae* utilitatem adfert *). Inde praeterea intelligi potest, quid *Pandectarum* compilatores sibi sumserint in excerpendis discerpendisue veterum *ICtorum* libris: et quomodo veteres *ICtorum* libri

libri diuisi fuerint ^e). Edita haec Collatio primum est a Petr. Pithoeo ^b), ex Maendubiorum bibliotheca, et eruditis notis illustrata: nouissime autem ab Ant. Schultingio ^c) cum [Pithoei et suis] notis elegantissimis ^{**}).

^{*)} Solet etiam allegari *Pariator Legum Mosaic. et Roman.*

^c) *Guiac. Obs. XIV, 4. XXI, 11.*

^d) *Iac. Gothofr. Proleg. Cod. Theod. c. III. Manual. Iur. p. 11, 53. Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. 7. Schulting. ad tit. 1. Collat. Leg. Mos. et Rom. in Iurispr. Antiqu. p. 722.*

^e) *Freher. Parerg. I, 9. Gothofr. l. c.*

^f) *v. Gothofred. Manual. Iur. l. c.*

^g) *Collat. tit. XV.*

^h) *Paris. [1573. non, vti Schultingius in praefatione habet, 1574.] in 4. repetita postea Heidelbergae c. 1656. in 8. et Paris. 1689. f. et cum notis eiusdem vberioribus in Operibus P. et Fr. Pithoeorum.*

ⁱ) *in Iurisprudētia Antiquissima, [p. 719. sq.]*

^{**}) *Scriptit etiam Coniectanea in auctorem collationis legum Mosaicar. et Roman. pauca licet, Herm. Valerius Vouck in Specim. Critic. in varios auctores, Trai. ad Rhen. 1744. m. 8. p. 33 — 52. Hunc exceperunt Franc. Cannegieteri, quorum de Pariatore scripta eo ordine prodierunt, vt Herm. Cannegieter Diss. Ling. Observationes ad collationem Legum Mosaic. et Roman. exhiberet Francqu. 1760. 4. Edidit deinceps Idem Comm. ad fragmenta veteris iurisprudētia, quas extant in collat. legg. Mosaic. et Rom. ibid. 1765. 4. Nouam quoque editionem cum textu emendatiori promiserat. Successit tandem Io. Cannegieter Comm. ad Domit. Vlpiani fragmenta et collationem legum Mosaicarum et Roman. Vltrai. 1768. 4. et, mutato titulo, Lugd. Bat. et Trai. ad Rhen. 1774. 4. p. 173. sq. Ceterum de stilo illius Pariatoris elegans legitur obseruatio Herm. Venemus in Herm. Cannegieteri Commentario p. 6.*

§. XI.

Eiusdem fere aetatis est *Consultatio veteris ICI*, vti inscribitur vulgo, *de Paris*, siue potius collectio *Consultationum*: nam plures esse, totum contextum declarat ^h). Auctor incertus est, posterior tamen

tamen Codice Theodosiano, et Breuiario Alariciano¹⁾. Multum et haec collectio utilitatis habet. Retulit enim auctor sententias Pauli nonnullas^{m)}, quae in Alariciano, Breuiario non inueniebantur: vsus haud dubie integris Pauli libris. Tum vero cognosci inde potest forma et ratio, quam Icti veteres in Consultationibus suis secuti sunt. Scilicet Ictus in his Consultationibus ipsa Legum capita, et auctorum iuris verba, quibus sententiam firmat suam, proponit: qui mos tum in iudiciis olim seruari solebat. Nam et litigatores pro se quisque integra Legum verba edebant. Porro inscriptiones et subscriptiones etiam ex Codice Gregoriano, Hermogeniano, et Theodosiano, refert tam diligenter, ut adeo variis ex libris varias commemoret, et ex Sententiis Pauli libros et titulos adnotat. Cuius quidem ratio et causa haud dubie est haec, quod tum non essent in manu omnibus passim libri iuris auctorumⁿ⁾. Eam Collectionem, ab Ant. Oiselio acceptam, primus edidit Iac. Cuiacius^{o)}: nonissime Ant. Schultingius^{p)}, distinctis per capita variis consultationibus, additisque breuibus notis.

1) v. *Ant. Schulting. ad init. Consultat. in Iurispr. Anticiust.* p. 813.

1) *Schulting. ad tit. I. Cod. Gregor.* p. 683.

m) v. *Cuiac. Obs. VII, 26.*

n) v. *Cuiac. praef. ad Consultationes suas.*

o) ante *Consultationes suas in T. I. Operum, quas vivus fecit de iure et edi voluit.*

p) in *Iurisprudencia Anticiustianea*, [p. 811. (q.)]

LIBER IV
DE
IVRISPRVDENTIA NOVISSIMA

CAP. I
DE
IVRISPRVDENTIA A IVSTINIANO
VSQVE AD
BASILIVM MACEDONEM.

SECT. I.
De Statu Publico.

§. I.

*Tam nova progenies caelo demittitur alto:
Alter ab integro rerum, mihi nascitur ordo.*

IVSTINIANI Magni mihi res gestae et instituta dicenda sunt, Principis sago togaque in paucis clarissimi. Cuius etsi vita plurimis laudibus cumulata est, nulla tamen laude magis emineat, quam legislatione. Atque hic ille est, quem vnum inter homines legislatorem generis humani dicas. Tam longe lateque orbem terrarum iustiniana iurisprudentia perusgata est. Sed hoc loco de vita eius, rebus gestis, institutisque nobis exponendum est. Ortus in Illyrico, oppido Taurisio *), nullo genere, patre Sabbatio, matre Bigleniza **), cum auunculum haberet Iustinum Imperatorem, adsumto nomine Iustiniani, cum ante Sclavorum lingua dictus esset *Vpraz-*

Vprauda ^{a)}, primum Magisterium, et Consulatum, deinde Patriciatum atque Comitum domesticorum; post Nobilissimum, ac denique spem successionis in imperio ^{b)} adeptus est: tandem vero in consortium imperii adscitus Augustusque adpellatus est anno Christi DXXVII. Kal. April. Mortuo vero quatuor mensibus post Iustino, solus imperavit ex Kal. Augusti. In matrimonium duxit *Theodoram* ^{***)}, mulierem scenicam, in embolo habitantem, omnibus modis, ut tradunt scriptores, infamem ^{c)}: abrogata eam ob rem, precibus ipsius, ab Iustino lege veteri, quae Senatores ducere mulieres scenicas vetabat ^{d)}. Hanc mulierem tanto amore diexit, ut eam Augustam adpellari quoque una secum curaret, in consilium saepe adhibuerit, multisque numero laudibus ornarit. Cum multis bellis per totum imperii spatium, multis cum populis barbaris, implicatus fuerit ^{e)}, tria tamen potissimum memoranda nobis sunt, Persicum, Vandalicum in Africa, et Gothicum in Italia, quorum euenta litteris ac memoriae prodidit Procopius, scriptor illius temporis praecclarus. Persicum quidem, quasi hereditarium, ab avunculo traditum, vario Marte gestum, tandem cum fine habuit, ut pacem, stipendio Persis in singulos annos pacto, non sane honorificam, facere cogere ^{f)}. Vandalicum autem in Africa anno DXXXIII. per Belisarium, prosperrimo euentu gestum est, ut non solum regem Gelimerem captum in triumpho duceret, sed Vandalis debellatis etiam Africam ^{g)} sub imperii Romani potestatem, et in formulam praevinciae redigeret, constituto *Praefecto Praetorio Africae* ^{h)}. Bellum denique in Gothos, propter *Amalasuintham*, reginam ⁱ⁾, amicitiae foedere cum Iustiniano coniunctam, anno DXXXVI. sumtum est, ac per multos annos cum aliquot

aliquot regibus varie gestum, feliciter profligatum est, ita, ut totam Italiam, cum Sicilia, Gothorum dominatu liberatam, ditionis Romanae iterum faceret anno Christi DLIV^k), Legesque suas ibi promulgaret. Praeter leges autem, quas sanxit, multa sunt alia eius instituta. Multas vrbes, novosque magistratus ex suo nomine adpellavit: multis aedificiis, in iisque templo S. Sophiae^l), insanis sumptibus, Constantinopolim exornavit: Consulatum privatis penitus ademptum ad imperatorium fastigium transtulit, adeo, ut post Consulatum *Basilii* nullus privatus eum adeptus sit^m). Mortuus est anno Chr. DLXV.

*) Natus est Iustinianus anno Chr. CCCCLXXXII. cf. *Henr. Mascamp. Disq. de patria Iustiniani*, Duisb. 1708. 4.

***) cf. *Corn. van Eck Epist. de parentibus Iustiniani*, Franequ. 1688. 4.

a) v. *Arnald. Var. Coni. I, II.*

b) Vulgo dicitur ab Iustino adoptatus esse. Sed id nulla ratione idonea probari potest. [cf. *Georg. Arnaldus Var. Coniect. I, II. et Ev. Otto de iurisprud. symbol. Exerc. III. p. 340.*]

****) Vitam Theodoraе exhibet *Niz. Hier. Gundling Observ. Hal. Tom. I. num. 8.* Fuit aliis *Sapientissima*, aliis *Doctissima* dicta: vnde cf. *Io. Frid. Jugler Diss. de eruditione Theodoraе Augustae*, Hamb. 1742. 4.

c) v. *Protop. Anecd. qui locus propter rerum turpitudinem ab editoribus Parisiensibus omissus, vulgatus est in Menagian. T. III. p. 365. cf. Gundling Observ. ad rem litter. spectant. T. I. n. 8. p. 202. lqq.*

d) *L. 23. C. de Nupt. v. Protop. Anecd. p. 45.*

e) Atque hinc explicanda sunt nomina, a gentibus devictis adsumta, quibus suos titulos superbire voluit: v. c. in praefatione *Institutionum: Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus*: quae nomina, cum in dubitationem adducta sint, quasi spuria, egregie vindicari possunt *Inscriptione Graeca apud Montefalco. Palaeographi.*

graph. Gr. p. 117. nisi quod loco *Antici* hic nominatur Παρσιός. Ceterum vel verbo hic castigandus est ridiculus sane error *Io. Petr. Ludewigii Vit. Iustinian.* p. 485. sqq. existimantis, eos titulos non hanc vim habere, ut deuictos populos significant eos, a quibus sumti sint, sed ut indicio sint, eos in clientela Iustiniani esse. More enim veterum Romanorum Imperatorum, Caesarumque, Iustinianus deuictarum gentium nomina titulis suis adscripsit, ut *Scipiones olim, Aemilius, Metelli, et Claudius, et Traianus, alii*que.

f) v. *Procop. B. Pers. II, 19.*

g) v. *Procop. B. Vand. II, 3.*

h) v. tit. *C. de off. Praef. Pract. Afr.*

i) v. *Io. Dan. Ritter. Diss. de Amalafuentha.*

k) v. *Pag. Crit. Bar. h. a.*

l) v. *Procop. de Aedif. Iustiniani.* Templum Sophiae descripsit *Cangius* in *Constantinopoli Christiana.*

m) v. *Pagii Diss. Hypat. P. III. C. II. p. 324. sq.*

§. II.

De huius Iustiniani moribus, ac virtutibus vel vitiis, cum magna sit auctorum, et veterum et recentiorum, dissensio, pauca quaedam hic monenda esse videntur. In quo quidem non errauerimus, si dixerimus, principem fuisse magnis virtutibus praeditum, sed eundem tamen etiam multis insignibus vitiis obrutum. Praeclare generi humano consuevit, edendo Corpore Iuris: a republica per se administranda, et a laboribus, negotiisque publicis nullo tempore cessauit: ecclesiae otio inprimis intentus, non tamen satis sibi ipsi ab erroribus cauille creditur: Leges, quas ederet, saepe scripsit ipse. Probe enim litterarum disciplina imbutus fuitⁿ). Imperium denique Romanum, e regie constitutum, dignitate et amplitudine auxit: quae eo mortuo plane defecit: ita ut fortuna imperii Romani, in eo ultimo, quid posset, videatur experiri voluisse. Has laudes sane excellentes multis etiam criminibus maculauit.

culauit. Nimum vanae gloriolae cupidus, aerarium sumptibus immensis exhausit, coactusque, ciuium damnis ac iacturis, lacunam factam explere: adeo quidem, ut iura legesque pretio accepio figeret, vel refrigeret ^o). Nimo etiam vxoris Theodorae amore reprehenditur ^p). Historiam Iustiniani multi cum veteres, tum recentiores persecuti sunt ^q): de moribus etiam, siue vitiis, siue virtutibus, nonnulli exposuerunt ^r).

n) v. *Pag. Crit. Baron. ad a. Chr. 528. n. 3.* Neque vero locus Suidae, vnde ἀναφάβητος fuisse creditur vulgo, ad eum pertinet, sed ad Iustinum maiorem, ut dudum demonstratum est a viris doctis.

o) Exemplum est in *L. 23. C. de SS. Eccles. v. Procop. Anecd. p. 123.* et quae a me dicta sunt in *Diss. de Praescriptione Centum Annorum, §. 4.* [in *Opusculis* p. 46. sq.]

p) Vitia et flagitia ipsius memoriae prodidit Procopius in *Anecdosis* s. *Historia arcana*, [Edit. *Nic. Alemanni*, Lugd. 1623. f. cum notis *Io. Eichelii*, Helmst. 1654. 4. et optime in *Opp.* cum variis lectt. et emendationibus *Claud. Maltreti*, Paris. 1663. f.] in qua re cum ei conueniat cum aliis scriptoribus idoneis eiusdem aetatis, non video, quomodo fides ei abrogari possit. Ceterorum vero scriptorum testimonia ad firmandam auctoritatem Procopii largiter conduxit in *Notis Alemannus*: frustraue studium ac laborem consumpsit in refutando Procopio *Io. Eichelius*. [conf. *Gu. Hieron. Brückner Pr. an Iustinianus Imp. fuerit vxorius*. len. 1705. 4. et *Car. Gottl. Knorr Observ. ad Proem. Instit.* Hal. 1748. 4. *Obs. II. III. V. et VI.*]

q) Inter veteres ex professo *Theophilus*, [cuius historia non edita est, sed laudatur solum ab Alemanno,] *Apathias Scholaisticus* [de imperio et rebus gestis Iustiniani Imp. Lugd. 1594. 8. et in *Scriptis Byzantinis*. Venet. 1729. f. *T. IV.*] *Procopius* cum in libris de *Bellis Iustiniani*, tum in *Historia Arcana* [l. c. ac libris de aedificiis Iustiniani, Venet. 1729. fol.] inter recentiores *Franc. Hotomannus*, [qui vitam Iustiniani suo *Comm. ad Instit.* praemisit,] *Aeg. Perrinus* [de vita Iustiniani, Paris. 1576. rec. len. 1710. 8.] *Hub. Gifaninus*

fanius [Comm. de Imp. Iustiniano, Ingolst. 1571. 8.] Franc. Guinetus [in Iustiniano Magno, Paris. 1628. 8. Prodierunt etiam Hub. Giphanii et Franc. Guincti de Iustiniano Imp. Commentarii II. cum praef. Chph. Arnoldi iunctim Norib. 1660. 12.] Io. Chistetus in Diss. apologet. [de iuris utriusque architectis, Iustiniano, Triboniano, Grätiano et Raymundo, Antverp. 1651. 4. et in Ottonis Thes. Tom. I. p. 161. sq. Conr. Triph. Rango de vita Iustiniani M. Imp. Francf. ad Viadr. 1661. 4. Gu. Hieron. Brückner Pr. an Iustinianus Imp. velle usurpauerit titulos Germanici et Alemannici Ien. 1709. 4.] Io. Petr. de Ludewig [Vita Iustiniani M. et Theodorae Augustorum, nec non Triboniani, Hal. 1731. 4.] et Abr. Wieling. Schediasm de Iustiniano et Theodora, Francqu. 1729. 4. [Add. Paganin. Gaudentii Exercitat. I. de Iustinianaei seculi moribus nonnullis, Florent. 1637. 4. Exercitat. II. ibid. 1638. 4. recus. cura Io. Ott. Taboris, Argent. 1654. 8. et inf. Meermanni Thes. Iur. Ciu. et Can. Tom. III. pag. 679. sq. Tertia Exercitatio, quam Gaudentius Praef. Part. II. promiserat, lucem numquam aspexit. Nonissime vitam huius Imperatoris composuit Phil. Inuernizius, Aduoc. Rom. de rebus gestis Iustiniani M. Romae 1783. 8.]

- r) Contra Procopii Hist. Arcanam eum defendere conati sunt Gabr. Triuorius in Obseruat. Apologet. ad inscript. orationis ad Antecessores, Paris. 1631. 4. [et in Ottonis Thes. Tom. I. p. 197. sq.] Thomas Riuius, Anglus, in Defensione Iustiniani contra Alemannum, Francof. 1628. 8. et curante Io. Eichelio in libro, qui inscribitur: *Avēdōra* siue *Historia Arcana Procopit Caesariensis plerisque in locis falsitatis conuicta*, Helmst. 1654. 4. [Io. Gottl. Heineccii Defensio Iustiniani, Triboniani, et Corporis Iuris, est praefatio Corp. Iur. Ciu. Rom. Lips. 1735. 4. praemissa, et inter Opuscul. min. VII. p. 218. sqq.] Orthodoxiam eius tuentur Io. Arn. Coruinus in libello, cui index: *Imp. Iustinianus Catholicus*, [Mogunt. 1662. 12.] et Conr. Sam. Schurzfleisch in Diss. quae inscripta est *Iustinianus Orthodoxus*, [Viteb. 1682. 4.]

§. III.

Iustinianum sequitur *IUSTINVS minor*, Iustiniani ex sorore nepos, anno Chr. DLXV. Huius socordia atque stultitia bene constitutum a Iustiniano imperium labi coepit: Persis Orientem deuastantibus *), et a Langobardis †), quos Narses Iustino Imperatori, ac Sophiae Augustae iratus, vocauerat, occupata fere Italia tota, praeter eam partem, in qua caput Rauenna, sedes Exarchorum, quae penes Imperatores Orientales adhuc diu mansit. Primum hic, abolitis Quinquennialium solennibus, Consulatum perpetuum sumisit, ita, vt anni *Post Consulatus* numerarentur ‡): quod deinde sequentes Imperatores imitati sunt vsque ad Constantinum Pogonatum. Ex moerore, de ignominia a Persis accepta, nactus phrenitidem, restitutusque aliquantisper, de consilio Augustae Sophiae Tiberium, ex cubitorum Comitem, successorem creauit, in confortiumque imperii recepit anno Chr. DLXXIV. Mortuus est anno Christi DLXXVIII. Homo fuit uacors, lasciuiae, auaritiae atque crudelitati deditus §).

*) De vicenniali hoc bello cf. *Theophyl. Simocatt. lib. III. cap. 8. Theoph. Byz. Exc. Leg. p. 158. edit. Venet. Euagr. Lib. V. cap. 7. Zonar. et Cedren. in Vita Iustini, et Pagi Crit. ad ann. 571. n. 5. 6. ad ann. 572. n. 11. sq. ad ann. 573. n. 6. 7.*

†) *Paul. Diac. de gest. Langob. II, 5. [et Sigeb. Gemblac. in Chron. ad ann. 568.]*

‡) v. *Pagi Diss. Hypat. P. II. p. 328. sqq.*

§) In eum scripsit *Corippus* Poëta carmen, de *Laudibus Iustini minoris*, [cum not. *Mich. Ruizii*, Antwerp. 1581. 8. *Th. Dempsteri*, Paris. 1610. 8. *Cour. et Nic. Rittershusiorum*, Altorf. 1664. 4. *Andr. Goetzii*, ibid. 1744. 8.]

§. IV.

Eo mortuo solus imperium suscepit TIBERIUS, anno Chr. DLXXVIII, pius atque in egenos et pauperes admodum liberalis, humanus denique. Persas, Romanas prouincias vastantes, egregia victoria repressit^{*)}. Imperauit solus annos IV: mortuus est a. Chr. DLXXXII^{*)}), genero sibi ac successore lecto Mauricio Cappadoce.

x) *Cedrenus Annal.* [add. *Theophyl. Simoc. L. III. c. 15. Agath. Lib. IV. p. 98. edit. Venet. Menand. Exc. Leg. p. 84. sq. edit. Venet. et Euagr. L. V. c. 19.*]

y) v. *Pag. Crit. Bar. ad h. a. Chr.*

§. V.

Successit MAURICIUS, an. Chr. DLXXXII, Bellis cum Persis^{*)}), et Auaribus^{**)}), bene gestis, reque publica non incommode administrata, a Phoca, militari seditione creato Imperatore, foede cum uersa familia iugulatus, periit anno Chr. DCII^{*)}).

*) cf. *Theophyl. Simoc. Lib. III. c. 2. sqq. Euagr. VI. 4. sqq. Cedrenus p. 312. edit. Venet. Theophan. ad ann. 586. p. 172. ed. Ven. Pagi Crit. ad an. 593. n. 4.*

**) v. *Theophyl. VII, 14. Cedrenus l. c. et Theophan. in Chron. p. 187. ed. Venet.*

z) *Nicephor. XVIII, 35. sqq.*

§. VI.

Iugulato igitur Mauricio, quod vi nactus, scelere exorsus erat imperium PHOCAS, anno Chr. DCII, sceleribus continuauit: prouinciaeque orientis, cum ipsius imperatoris iniuriis, tum vastationibus hostium, inprimis Persarum, misere vexatae sunt^{*)}). Neque minus adflixit ecclesiam, cum Episcopum Rom. Oecumenici honore, atque potestate ornauit, sicque adeo in ecclesia dominationem vnus, dudum ab Episcopis R. quaesitam, firmavit. Tandem

dem octauo imperii anno scelerum poenas luit*), occisus ab Heraclio anno Chr, DCX.

- *) cf. *Zonaras et Cedrenus l. c. Glys. Annal. p. 211. ed. Ven. Theophan. p. 197. sq.*
 a) *Niceph. XVIII, 55. f.*

§. VII.

Nactus imperium HERACLIVS anno Chr. DCX, rempublicam, tyrannide ac saeuitia Phocae dissolutam, aliquo modo constringere laborauit. Persarum incurfiones atque vastationes egregiis victoriis vltus est*). Sub eo Muhammedes, nouae ac nefandae religionis auctor, extitit, lateque impietatis semina sparsit**). Mortuus est anno Chr. DCXLI, post imperium XXXI. annorum.

- *) v. *Cedrenus l. c. Anastasius p. 49. sqq. ed. Venet. Theophan. Chronogr. p. 204. sqq.* Desiderantur tamen plurima, quae ad res ab Heraclio gestas pertinent, cum desint *Georg. Pisidii libri II. de laudibus Heraclii, lib. III. de bello Persico et de bello Anarico, quos Luc. Hollstenius fertur possedisse.*

- ***) v. *Elmacin. Hist. Saracen. Lib. I. p. 13. sq. et Petr. Rahebi Chron. Orient. ab Abrah. Echellenf. et Alsemanno editum, p. 41. ed. Ven.*

§. VIII.

Cum CONSTANTINVS III, filius eius, imperium nactus, a nouerta Martina veneno sublatus esset*), Martina, cum HERACLEONE, filio et imperii particeps, supplicio adfecta, ad imperium peruenit CONSTANS II, anno Chr. DCXLI**). Homo natura saeuus atque truculentus, fratris etiam parricida, rempublicam valde adflixit: bello in Italia cum Langobardis male gesto, in Sicilia occisus est anno Chr. DCLXVIII, anno XXVII imperii.

- *) v. *Cedrenus l. c. p. 339. Theophan. p. 225. Nicephorus p. 16. ed. Ven. De Heraclionis imperio cf. de Fresus*

Fresne. Famil. Byzant. p. 101. sq. edit. Ven. et *Pagi Crit. ad ann. 641. n. 8. f.*

**) v. *Anastase Biblioth. Vit. Vital.* p. 28. ed. Ven. et *Paul. Diacon. de gestis Langob. Lib. V. cap. 6. sqq.*

§. IX.

Post eius mortem vocatus ad imperium est filius **CONSTANTINVS IV, Pogonatus**: quo imperante Bulgari magnam ignominiam inferunt imperio Romano*). Consulatus perpetui rationem eam induxit, ut primo imperii anno, instar Tribuniciae potestatis, sumeretur, eiusque anni numerarentur^{b)}. Obiit anno XVII imperii, Chr. DCLXXXV.

*) Nempe anno Chr. DCLXXX. v. *Nicephor.* p. 18. sq. ed. Ven. *Zonaras* p. 70. ed. Ven. et *Theophan.* pag. 233. sq.

b) v. *Pag. Diss. Hygat. P. III. c. IV.*

§. X.

Qui successit, anno Chr. DCLXXXV, filius **IUSTINIANVS II, Rhinotmetus**, mira fortunae varietate usus est. Nam, feliciter superatis primo hostibus in Oriente, atque debellatis, a Saracenis foede victus, vix ipse cum paucis saluus euasit*); paulloque post propter suspicionem futurae saevitiae, praeciso naso, unde ei cognomen, relegatus, imperium amisit**). Leontius vero rerum potitur: quo post triennium item deiecto, **TIBERIVS APSIMAEVS** factus Imperator: quem cum elapsus custodia, et Constantinopolim Bulgarorum opes re- vectus, Iustinianus trucidauisset, in eos, quibus propter exilium iratus erat, summa crudelitate et saevitia usus est***); sed tandem oppressus a Philippico Bardane anno Chr. DCCXI, ultimus stirpis Heraclii****).

*) cf. *Nicephor.* p. 19. sq. *Cedrenus* p. 342. *Theophan.* p. 241. seqq.

***) Anno Chr. DCXCV. vid. *Zonaras* p. 73. sq. *Theophan.* p. 245. *Nicephorus* et *Cedrenus* *l. cc.*

****) v. *Cedrenus* p. 351. *Niceph.* p. 22. *Theophan.* p. 249. sq. et *Zonaras* p. 75. ed. Venet.

****) cf. *du Fresne Famil. Byzant.* p. 103. edit. Venet.

§. XI.

PHILIPPICVS autem *Bardanes* *), cum male rem administraret publicam, aerarii vires, stolidè largiendo indignis, exhausisset, inuidia principum contracta, trucidatus est anno Chr. DCCXIII.

*) vid. *Anastas.* in *Vit. Constantini* p. 35. ed. Ven. *Zonaras* p. 76. *Niceph.* p. 23. *Cedrenus* p. 352. et *Theophan.* p. 251. sqq.

§. XII.

Tum vero Imperator renunciatus ARTEMIVS ANASTASIVS *): sed post biennium, imperio abdicato, coactus est clerici tonsuram recipere, et Thessalonicae exulare, anno Chr. DCCXV.

*) cf. *Cedrenus* p. 354. *Theoph.* p. 255. sqq. *Nicephorus* p. 25. et *Pagi Crit. ad ann. 713.*

§. XIII.

Ex eo regnat THEODOSIVS III, coactus a militibus imperatoriam dignitatem adsumere *): sed vèrtente anno, principatu sponte deposito, Clericus factus est, cum imparem se viribus Leonis Isauri intellexisset.

*) cf. *Zonaras* p. 78. ed. Venet. *Cedrenus* p. 355. *Niceph.* p. 26. sq. et *Theophan.* p. 258.

§. XIV.

Anno igitur Christi, DCCXVII, LEO *Isaurus* adeptus est fauore militari imperium *). Is imagines destruxit **), eamque ob rem ioprimis apud Episcopum Romanum inuidiam atque odium sibi contraxit ***). Mortuus est anno imperii XXIV.

*) v.

*) v. *Cedrenus et Zonaras, ll. c. Nicephorus p. 27. et Theophanes p. 260. sqq.*

**) cf. *Ex. Spanhem, Historia Imaginum, Cedrenus p. 359. Niceph. p. 30. et Theophanes p. 271. sq.*

***) cf. *Anastas. in Vit. Gregorii II. p. 37. ed. Venet.*

§. XV.

Successit ei filius **CONSTANTINVS V, Copronymus**, anno Chr. DCCXLI. Is exemplum secutus paternum, imaginum cultum aboleuit, et indicto concilio oecumenico Constantinopoli condemnauit, punitis earum cultoribus ac defensoribus *). Ceterum Imperator fuit pius, fortis, ac felix. Mortuus est a. Chr. DCCLXXV.

*) v. *Zonaras p. 86. ed. Venet. Nicephorus p. 37. Cedrenus p. 368. et Theophanes p. 292. sqq.*

§. XVI.

Eius filius **LEO IV, Porphyrogenetus**, imperium atque rempublicam egregie capeffuit, paternae virtutis heres *): sed fato immaturo extinctus anno imperii quinto, impuberem filium reliquit heredem.

*) v. *Cedrenus p. 370. ed. Venet. Zonaras p. 90. et Theophanes p. 301. sqq.*

§. XVII.

Sequitur, anno Chr. DCCLXXX, **CONSTANTINVS VI, Porphyrogenetus**, cum impubes esset, patris testamento, cum matre **IRENE** imperare iussus. Is omnibus fortunae ludibriis iactatus, matremque plus, quam nouercam, expertus est: quae calliditatis et impotentiae muliebris luculentum praebuit specimen: atque rempublicam pessum dedit *). Restituit dedita superstitioni mulier cultum imaginum **): filium ipsum denique extinxit: ac sic sola rerum potita est. Ea imperante Carolus Magnus, Francorum Rex, Romae a Leone Pontifice dictus est Imperator

perator Romanus, idque nomen inquitis Imperatoribus orientalibus tenuit. Irene tandem, creato a militibus Imperatore Nicephoro, ſpoliata imperio, relegata eſt in inſulam Lesbium, ubi ex moerore paulo poſt obiit.

*) v. *Zonaras* p. 84. ſq. ed. Ven. *Cedrenus* p. 372. et *Theophanes* p. 312. ſqq.

**) cf. *Cedrenus* p. 373. ſq. *Zonaras* p. 86. *Theophanes* p. 315. ſqq. *Epist. Theod. Studit. apud Baron. Annal.* a. 801.

§. XVIII.

NICEPHORVS vero, anno DCCCII, ad faſtigiū imperatorium ſublatus, nihilo melius aut felicius rempublicam adminiſtravit; homo auarus, perfidus, fallax, et vitiis omnibus immerſus. Tributū Turcis pendere coactus eſt *): Carolū Magnum, foederis conditionibus illeſtus, Imperatorem Romanum dixit **): vnde iuſtus Imperator Carolus extitit c). Nicephorus vero in expeditione aduerſus Bulgaros, inſidiis hoſtilibus oppreſſus, interiit nono imperii anno.

*) vid. *Zonaras* p. 96. ed. Ven. *Cedrenus* p. 377. ſq. *Nicephorus* p. 324. et *Theophanes* p. 322. ſqq.

**) Solius pacis mentionem faciunt *Annales Fuldenſes* ad ann. 810. et 811. apud *Kreherum Tom. I.* Quid? quod ex *Epistolis Imperatorum Byzantinorum* patet, Carolū neque *Romanorum Imperatorem*, neque *Auguſtum*, ſed *Imperatorem Francorum* ſalutatū eſſe: vñ ſunt voce βασιλεύς. cf. *Einhardus Vit. Caroli M.* cap. 16. et 28. Omnia eo redeunt, vt Imperatores mutuo *Fratrum* nomine inſignirentur. leg. *Godofr. Viſt. Part. XVII. Chron.* p. 457.

c) v. *Sihopſini Diſſ. de Imper. Occid. extinſa. et reſta.*

§. XIX.

Secutus eum, anno Chriſti DCCCXI, MICHAEL tum *Curopolates*, biennio poſt a Bulgariſ victus,

victus, et imperio abdicato, monasterium ingredi coactus est *).

*) vid. *Theophanes* p. 335. et *Constantini Porphyrogen. Continuator Libr. I. cap. 6. p. 6, sq. ed. Venet.*

§. XX.

Anno igitur Christi DCCCXIII, LEO *Armenius* accepit imperium *). Is imagines rursus e templis tolli iussit **). Princeps improbis implacabilis, Michaelis Balbi insidiis ac scelere inter ipsa sacra obtruncatus est ***).

*) cf. *Auctor incertus histor. Leonis in Corp. Scriptt. Byzant.* p. 342. ed. Venet.

***) v. *Georg. Monach. Vit. Leonis* p. 374. *Auctor incert. Contin. Theophan.* p. 345. ed. Ven. *Simeon. Logoth. Annal.* §. 3. p. 303. et *Cont. Constant. Porphyrog.* p. 12, sq.

***) vid. *Cedrenus* p. 388. sqq. *Continuator Constant. Porphyg.* p. 17. *Zonaras* p. 305. sq. et *Simeonis Logothet. Annal.* p. 309.

§. XXI.

Obtruncato Imperatore, MICHAEL *Balbus* adripuit imperium anno Christi DCCCXX, idque male partum non administravit melius. Siciliam et Cretam a Saracenis occupatam, Dalpatiamque excusso a populis iugo Graecorum amisit *). Homo avarissimus, obiit anno imperii decimo, Chr. DCCCXXIX.

*) v. *Simeon. Logoth. Annal.* p. 311. *Contin. Constant. Porphyrog.* p. 34. sqq. *Cedren.* p. 400. sq. *Georg. Monachi Vit. Mich.* p. 384. *Zonaras* p. 110. et *Leo in Chron. Vit. Mich.* p. 357.

§. XXII.

Successorem habuit filium THEOPHILUM *). Iustissimus is Imperator, republica bene gesta, moriens anno Imperii XIII, Christi DCCCXLII, filio Micha-

Michaeli, sub tutela Theodoraë matris, reliquit imperium.

*) cf. *Cedrenus* p. 405. sq. *Zonaras* p. 115. sq. *Simeon, Logoth. Ann.* in *Vit. Theoph.* p. 112. *Georg. Monach.* in *Hist. Vit. Theoph.* p. 384. *Leo Grammat. Chronogr.* in *Vit. Theoph.* p. 358. et *Contin. Constant. Porphyrog.* p. 39. sqq. De aedificiis a Theophilo superbe constructis *Idem* p. 64 — 67. edit. Ven.

§. XXIII.

MICHAEL III. imperauit per XIV annos sub tutela priuino matris, deinde hac remota, et ad priuatam vitam redacta, sub potestate Bardae auunculi: quem cum [anno Chr. DCCCLX] Caesarem creasset, denique interficiendum curauit *). Cum puer ad imperium peruenisset, puerili semper animo fuit, puerilibusque deliciis indulfit. Occiso Barda, Caesarem creauit Basilium Macedonem **), hominem humili loco ortum: a quo, immixtis percussoribus, occisus est anno Christi DCCCLXVII.

*) v. *Contin. Constant. Porphyr.* p. 76. sqq. et p. 88. *Cedrenus* p. 426. sq. *Zonaras* p. 123. *Georg. Monach.* in *Mich.* p. 398. *Leo Chronogr. Vit. Mich.* p. 366. sq.

**) Anno Christi DCCCLXVI. cf. *Cont. Constant. Porphyr.* p. 95. et *Simeon: Logoth. Annal.* in *Vit. Mich.* p. 336. sq.

S E C T. II

De Constitutionibus Principum

siue

Iure Iustiniano atque Graeco.

§. I.

Iam ingredimur eum locum, vt, quam maximam experta est iurisprudencia Romana mutationem, per-

persequamur *). Ac tamen si iam saepe illa quidem siue vicissitudinem, siue conuersionem aliquam, cum ipsa reipublicae, imperiique mutatione, subierat, tamen numquam vniuersa, sed per partes tantum singulas, ea fortuna vsa est. Modo enim in Legibus, modo in iurisprudentiae ratione, modo in Edictis, vel in Constitutionibus Principum, siue necessitas, siue vsus aliquid nouauerat. Nunc vero vniuersam iurisprudentiam, iusque ciuile, quasi per totum corpus, alia facies occupat.

*) cf. *Wern. Theodor. Martini Diss. de ortu et progressu iur. Iustin. Viteb. 1670. 4. et Io. Hier. Hermannii Historia corp. iur. Iustinianei, Ien. 1731. 8.*

§. II.

Debatur haec Iustiniano gloria, vt, quod multi frustra siue destinassent, siue tentauissent, corpus iurisprudentiae Romanae, id primus perficeret: quo quidem instituto aeternitati nomen commendaret suum. Atque in eo non magis gloriae alicuius studium, quam ratio ipsa, siue necessitas, valuit. Intellegebat enim princeps prudentissimus, etsi per Codices superiori tempore factos, quibus tum vsus constaret ius, et per Valentiniani constitutionem, quaesita esset iurisprudentiae siue facilitas, siue certa disciplinae ratio, siue denique modus: tamen non solum id consilium euentu caruisse, sed etiam maiorem iuris legumque perturbationem ac varietatem postea inualuisse: Iure Consultorum sententias et responsa, quibus in foro utebantur, vehementer discrepare: et ne per Constitutionem quidem Valentiniani III. certius ius ciuile fieri; Constitutionum in dies editarum ab Imperatoribus et multitudinem et discrepantiam summam esse perturbationi, litesque inde duci, videbat: quibus omnibus nisi medicina adhiberetur, sisti non posse.

§. III.

§. III.

Primum igitur omnium, quamvis Constitutionibus singularibus editis multa capita iuris veteris, multasque ambiguitates correxisset, quarum quidem omnium recensum agere infinitius, quam pro instituto, foret ^{a)}, tamen iis omnibus non contentus, suscepit opus omnium pulcherrimum et vtilissimum, ut Constitutiones Imperatorum, ab Hadriano ^{b)} usque ad sua tempora omnium, in vnum corpus, et ad certum modum, redigeret: quantum quidem eius rei isto rerum statu adhuc vsus ferret. Id corpus iussu eius, et deorum viris illustribus ^{c)}, in quibus fuit Tribonianus, ex tribus superioribus Codicibus, et postea editis Imperatorum Constitutionibus, etiam suis, collectum et intra annum perfectum, detractis, ex eius mandato ^{d)}, adiectis, et immutatis, in ipsa Constitutionum oratione, iis, quae visa essent necessaria, nomine *Codici Iustiniani*, confirmatum ^{e)} et promulgatum est anno Christi DXXIX, Id. April. abrogatis penitus tribus istis Codicibus superioribus. Ceterum is Codex ad ordinem Edicti Perpetui, et in superioribus Codicibus obseruatum, compositus videtur fuisse ^{f)}. Abrogatus postea est, ab ipso Iustiniano, edito Codice repetitae praelectionis, valde ab isto diuerso ^{g)}.

a) Qui tamen potissimas eas vel correctiones vel mutationes cognoscere cupient, iis *Franc. Balduini Iustinianum* diligenter commendandum putamus, libellum elegantissimum ac doctissime scriptum, [*Basil. 1560. 8. recuf. Halas 1728. 8. add. Franc. Raguelli Comm. ad Constitutt. et Decif. Iustiniani, Paris. 1610. 4.*]

b) Ab Hadriani enim temporibus coeperat cum noua aliqua iudiciorum, tum iurisprudenciae ipsius forma quae magnam partem tum tenebat.

c) *Const. de nouo Cod. fac.*

d) *Const. de nouo Cod. fac.*

e) *Const. de confirm. Cod. Iustin.*

*) Non

- *) Non semper: cf. *Corn. van Bynkershoek Obs. Iur. II, 25.*
 f) Nam in postremo Codice desiderantur multae leges, quas ipse Iustinianus prodidit in Iustiniano Codice fuisse. v. *Cuiac. Obs. XII, 22.* et *Wieling. Iurispr. Reffit. T. II, p. 180.* Contra vero recentiores Constitutiones Iustiniani, imprimisque Decisiones insertae,

§. IV.

Edito Codice, adortus est veterum Ictorum libros, ex iisque certum corpus compilari iussit, cui nomen *Pandectarum* ^{a)}, siue *Digestorum*, imposuit ^{b)}: de quibus iam nunc est diligentius nobis dicendum ^{c)}. Historia autem et ratio ab ipso Iustiniano tradita est tribus *Epistolis* siue Constitutionibus ¹⁾, quae imprimis cognoscendae studiosis.

g) De huius vocabuli Graeci sexu, dum multa in utramque partem disputata sint a viris doctissimis, vide omnino *Henr. Bynemannii Hist. Pand. III, 6.* Est autem hodie extra controuersiam positum, vocabulum esse generis masculini, quamuis vsus contrariam rationem vulgo sequatur.

h) §. 1. *Const. Tanta* et *L. 2, §. 1. D. de V. I. E.*

*) Ad historiam Pandectarum praeterea cf. *Io. Petr. de Ludewig Vit. Iustiniani §. 47, p. 262. sq.* et *Car. Selwaghii Recitatt. solemn. de Origine, Etymo et Praestantia Pandectarum in Ottonis Thes. Tom. I. p. 1 — 40.* Nonnulla etiam attigit *Ios. Nerius Analect. I, 38. ibid. Tom. II. p. 379. sqq.*

f) *Const. de Conceptione Digestorum* Deo auctore: *Const. Omnem ad Antecessores*, et *Const. ad Senatum Tanta de confirm. Digestor.*

**) Eadem graece incipit: *Ἀδίκων ἡμῶν ἡ δὲ δαδὲ.* Caeterum ad trinas has constitutiones, quae *Libr. I. Tit. XVII. C. de veteri iure enucleando* continentur, bene intelligendas commendandi sunt *Io. Rami Comm. ad Epistolas Pand. praemissas*, *Stinfurt. 1607. 8.* *Christfr. Waechterus Διὰ τὸν ἀρχαῖον. de veteri iure etnuch.* *Argent. 1684. 12.* et in *Opp. (Ultrai. 1733. 8.) pag. 337. sq.* *Niconotes Ἀντιοδιδάκτωρος Epist. ad Waechterum*, *Veronae 1686. 12.* *Io. Guil. Hoffmannus Comm. ad Consti-*

Constitutionum Pandectis praefixarum quadrigam in Meletematibus academ. ad Pand. Francf. ad Viadr. 1735. 4. Primam Constitutionem ex codicis Florentini collatione separatim edidit Laur. Theodor Gironnuius in Emendat. Pand. Lugd. Bat. 1685. 8. quam cum altera et tertia, adiectis vtilissimis observationibus, recudi curauit Franc. Car. Conradi in Historia Pandectarum authentica, Hal. 1730. 8. Secundam, siue Constitutionem ad Antecessores, variis lectionibus illustratam exhibuit Abr. Wieling. Repetit. Institut. iuris ciu. Franegu. 1733. 8. in App. p. 1 — 42. et a mendis liberauit Id. Bern. Kochlerus Lib. sing. Praetermiss. ad Constitutionem Δέδωκεν, Regiomonti 1781. 8.

§. V.

Praefuit ei negotio Tribonianus*) cum XVI aliis iurisperitis^{k)}: qui cum decennium perficiendo operi ab Imperatore praestitutum accepissent, intra triennium Digesta composuerunt, ex omnium veterum Ictorum, sub Caesaribus potissimum celebratorum^{l)}, libris, ad duo millia^{m)} voluminibus, et plusquam trecenties millibus versuum^{**}). In corpore componendo, ex Iustiniani mandato, ita versati sunt, vt decerpta ex veterum Ictorum libris capita in L. libros certosque titulos conferrent, in iisque ordinem Edicti Perpetui maximam partem, quantum fieri posset, seruarentⁿ⁾, singulis veterum Ictorum capitibus praefigerent nomina Ictorum, et librorum titulos numerosque^{o)}, praemisso Pandectis eam etiam ob rem Indice Ictorum^{p)}, ex quibus fragmenta sumta essent^{***}): vt tantum ea capita inferrent Digestis, quae viderentur istis temporibus vtilia, reselectis et omissis iis, quae minus, immutatis, et interpolatis ita, vt eorum temporum statui conuenirent^{q)}. Ceterum iusserat Iustinianus, ex veterum Ictorum sententiis omnem tolli dissensionem, et ἀντινομίας: idque factum esse, ipse gloriatur^{r)}: haud scio, an iniuria. Nam tamen non tot credo iuente

inesse Pandectae ἀντινομίας, quot vulgo inesse putantur: aliquas tamen diligentiae compositorum excidisse, nolim equidem negare *). Promulgatum hoc σύνημα a Iustiniano, et anno Christi DXXXIII, a. d. III. Kal. Ian. *) abolita siue abrogata omni veterum Ictorum auctoritate in foro ac iudiciis, confirmatum est, ita, vt quae in eo essent comprehensa, pro suis haberi iuberet **) *000).

*) Vicia Triboniani iusto acrius insectatus est Franc. Hotomannus in *L'Antitribonian*; à Paris 1603. 8. et in *Opusculis françoises des Hotmans*, ibid. 1616. 8. latine versus a Reinh. Blomic, Hamb. 1647. 8. et recusus in *Chr. God. Hoffmanni Hist. Iur. Part. II.* p. 33. sq. Sed resistit Guil. Maranus, et Opusculo. *Discours politiques contre L'Antitribonian d'Hotman*, à Toulouse 1621. 4. et *Comm. de acqutate in Opp. Tolosae* 1661. f. adiecit. Caeterum cf. *Iac. Bourcisi Lib. sing. siue Panegyricus ad Pandectas iuris civilis earumque auctores et praecipue ad Ulpianum*, Leouard. 1613. 4. *Adr. Beier Pr. de manu Triboniani*, Ien. 1694. 4. *Henr. Ern. Kaestner Diss. de iurisprud. paganizante*, Rintelii 1713. 4. *Io. Chr. Schroeter Diss. de iure nouo Hadrianeo in parte prima Digestorum comprehenso*, Ien. 1726. 4. *Iac. Frid. Ludovici Historia Pandectar. et Io. Henr. Rotheri Comm. Litterar. in Historiam Pandect. Ludovicianam*, Lips. 1743. 8.

k) §. 9. *Const. Tanta de Confirm. Pandect.*

l) v. *Schulting. Orat. culpandusne sit Tribonianus* cet. quae adiecta est *Iurisprud. Anteiustinianae*, [p. 881. sq.] quod autem recentiorum nihil excerptum, causa est, quia nihil, quod utile esset, in iis reperiebatur.

m) *L. 2. et 3. §. 1. C. de V. I. E.*

*) v. *Salmaf. in Sarrav. Epist. p. 235. f. [Gundlingiana P. IV. Obs. V. et Montfaucon. Palaeogr. I, 4.]*

n) v. *Bynkershoek. Obs. II, 25. et Brenemann. Diss. de Inscr. §. 5.*

o) et quidem, vt Iustinianus praeceperat, non siglis, sed per consequentias litterarum. v. §. 5. *Const. de concept. Dig. L. 1. §. 5. C. de V. I. E.* Atque hae Inscriptiones in Digestorum capitibus interpretandis summam

utilitatem adferunt. v. *Ant. Augustin. Emend. Labitt. Vj. Ind. Leg. Pand. et Brenemann. Diss. de Utilitate Inscriptionum Legum in Iurisprud. Restit. Wielingii, T. II. [p. 145. sq. add. Bern. Henr. Reinold Or. de inscriptionibus legum Digest. et Cod. ibid. p. 177. sq. et in Opusc. cum praetermissis Abr. Wielingii p. 549. sq. Io. Sam. Brunquell. Prol. de utilitate ex diligenti comparatione omnium eiusdem inscriptionis in Digestis capitulum capienda, deque huius artificii inuentoribus atque promotoribus, Ien. 1724. 4. et in Opusc. Tom. I. pag. 221. sq. nec non Ian. Iust. Clotterbooke. Spec. de inscript. Legum Pand. earumque magna in legibus interpretandis utilitate, Lugd. Bat. 1766; 4. vt alios taceam.]*

p) *L. 3. §. 10. C. de V. I. E. Is Index in libro Pandectarum Florentino maximam partem graece scriptus reperitur: neque tamen omnes libros complectitur, ex quibus capita sunt in Digesta ihata. v. Cuiac. Obs. I, 21. Bynkershoek. Exerc. ad L. 'Aξιωμας p. 5. et Wieling. Iurisprud. Rest. p. LXI. Illustrarunt eum Indicem Laur. Theodor. Gronou. in Emend. Pandect. et Conrad. not. ad Gronou. item Wieling. l. c. [add. Gul. Hieron. Brückner. Prol. de latinitate corp. iur. ciuil. an pars satisque probata sit, Ien. 1719. 4. Io. Aug. Kettner. Index Florentinus barbarioi e medio aeuo ad nos transmissae ἀποποξ. Francohus. 1755. 4. Car. Gottl. Knorrii Observatt. select. ad Ludouici doctrinam Pandectarum, quas ex schedis paternis edidit. Ern. Frid. Knorre, Hal. 1756. 8. Obs. X. et Andr. Guil. Crameri V. C. Prol. de sigla Digestor. ff. Chilon. 1796. 4.*

*) *Ad ea rite interpretanda faciunt potissimum La. Mercerii Conciliator legum, seu, Ars conciliandorum, quae in iure contraria videntur, Hanou. 1598. et cura Bern. Henr. Reinoldi Edit. V. Berol. 1722. 8. Io. Pas. Massoni Philocalia, Paris. 1605. 8. Chr. Henr. Eckhardi Hermeneutica Iuris cum not. Car. Frid. Walchii, Lips. 1779. m. 8. Edit. noua, auctior et emendat. cura Car. Wilh. Walchii, ibid. 1802. m. 8. Ian. Valkenaet Diss. de duplici legum quarundam in Pand. interpretatione Lugd. Bat. 1781. 4. Chr. Frid. Koch Diss. de ordine legum in Pand. Gief. 1784. 4. Gottlieb Huseland, V. C. Diss. inaug. de legum in Pand. interpretandarum subsidio ex earum nexu et consecutione petendo, Ien. 1785. 4.*

q) L.

- ¶) *L. 1. §. 7. C. de V. I. E.* Inde saepe de interpolationibus s. *Emblematibus* Triboniani, vti vocantur, quaestio extitit: quorum quidem iustum libellum impleuit *Io. Iac. Wissenbachius*, [*Emblemata Triboniani*, Franequ. 1642. 8.] plerumque tamen errans: vnde aduersus eum saepe disputat *Bynkershoek. Obs. Vol. II.* passim, et [*Io.*] *Wybo* [*Diss. inaug. de Triboniano ab Emblematibus Wissenbachii liberato*, Ultrai. ad Rh. 1729. 4. rec. vna cum *Wissenbachio* et *praefat. Heinneccii*, Hal. 1736. 8.] Neesse autem ad iustae interpretationis facultatem est, scire, ubi quibus in locis aliqua interpolatio facta sit. [cf. *Chr. Frid. Ge. Meisterrus Diatr. de principio cognoscendi emblemata Tribon.* Gott. 1743. 4. et in *Opusc. ibid.* 1766. 8.]
- ¶) *Const. Deo auctore §. 3. et 8. et Const. Tanta §. 15.*
- ¶) v. *Balduin. Iustinian. Lib. II. p. m. 199.*
- ¶) *L. 2. §. 23. C. de V. I. E.*
- ¶) §. 10. et 19. *Const. Tanta de confirm. Dig. §. 10. Const. Dedit nobis Deus.*
- ****) Omnium in *Pandectas Observationum et Emendationum Excerpta* nuperrime promisit *Io. Ant. Lud. Seidenstickerus*, Vir. Doctiss. sub titulo: *Codex Pandectarum criticus*, quo coniecturarum et critices imprimis ratio habebitur, cum *Corpus Iuris* a *Spangenbergio* editum solis nitatur codicibus et editionibus antiquis. Cui quidem promisso cum post *Io. Melch. Gottl. Besekium* huc vsque per genium saeculi non steterit *Seidenstickerus*: in rem praesentem venit tamquam deus ex machina, *Ant. Schultingius*, cuius doctissimas et variorum observationibus adscriptas *Notas ad Digesta seu Pandectas*, Tom. I. Lugd. Bat. 1804. m. 8. e publica academiae Lugduno - Batauae bibliotheca primus in lucem protulit, et ex antiquioribus pariter ac recentioribus bonae frugis post *Schultingium* Interpretibus auctas, elegantissimis, sua de penu depromtis animaduersionibus illustravit *Nicolaus Smaljenburg*, Antecessor Celeberrimus, qui vt in reliquis partibus singulis mox edendis pergat, pari felicitate in congerendis his stupendae eruditionis thesauris vsurus, vouent, quotquot cultiori *Themidi* litant, omnes.

§. VI.

Quamuis vero Iustinianus omnia, Digestis illata, veterum Ictorum capita suae legislationi adrogauerit, tamen *Leges* inde, vti vulgo adpellantur, non fecit: neque adeo aliam vim habent, quam eam, quae ipsis ab auctoribus suis attributa esset, nisi in quibus Iustiniani mandato immutatio aliqua sententiae intercessit. Ac, tanquam Edicta, iussu Hadriani in Edicti Perpetui corpus collata, vim iuris honorarii retinuerunt ^{x)}, ita quoque Ictorum sententiae, responsa, cautiones, regulae, interpretationes in Digestis collectae, naturam conditionemque suam non amiserunt. Itaque Digestorum, siue Pandectarum corpus, non Legum aliquam collectionem, sed Iurisprudentiae *σύστημα*, publica auctoritate confirmatum, vsuique iudiciorum ac scholarum publice traditum, dixerim. Quod tamen non eam habet vim, quasi iura, leges, ac Scta, in eo non insint, sed vt non omnia capita pro legibus habenda sint ^{y)}.

x) vid. supra *Lib. III. cap. II. Sect. IV. §. 4.*

y) v. quae dicta sunt in *Diss. de iure transactionis super controuersis ex testamento, tabulis non cognitis*, [Lips. 1752. 4. in *Opusc. p. 75. sqq.*] Ridiculum enim est, cautiones, consilia, definitiones, partitiones, et interpretationes Ictorum pro legibus haberi.

§. VII.

Ceterum Imperator Digestorum promulgationi duas sanctiones adiecit, vt ea per *siglas* atque *notas* scribi vetaret ^{z)}, et Commentarios in Digesta fieri plane prohiberet ^{a)}, permitta tantum interpretationis Graecae *κατὰ νόδα*, et *Paratitorum* facultate ^{b)}: praescripsitque modum explicandi docendique iuris, imprimisque Pandectarum ^{c)}.

z) §. 8. *Const. Omnem et L. 2. §. 22. C. de V. I. E.*
Nam ex siglis notisque, quibus leges veteres: que
Ictorum

- ICTorum libri scripti erant, multae ambiguitates extiterant. De siglis ac notis cf. *Cuiac. Obs. XII, 40. Forner. Rer. Quotid. II, 3.* et imprimis *Henr. Brencmann. Hist. Pand. II, 3. Brisson. Sch. Ant. IV, 31. Nordk. Obs. c. 1.*
- a) §. 7. *Const. Deo auctore*, et §. 21. *Const. Tanta*.
- b) §. 12. *C. de concept. Dig. §. 21. Const. Tanta*. Quid autem sint Paratitla, docent *Io. Leunclau. in praef. de priscorum paratitlorum usu, praemissa tribus antiquis paratitiorum libris, Francof. 1593. Ian. a. Costa praef. ad Summaria Decretalium Gregorii IX. Menag. Amorn. Iur. Civ. c. XV.*
- c) *Const. Omnem reip. §. 2. fqq.*

§. VIII.

Digesta ab interpretibus barbaris tribuuntur in partes tres, *Digestum Vetus*^{d)}, *Infortiatum*^{e)}, et *Nouum*^{f)} vocant: cum Iustinianus ipse in septem partes^{*)} tribuisset.

- d) ab initio usque ad *Libr. XXIV. tit. 2. de diuort. ac repud.*
- e) Id a. XXIV, 3. usque ad XXXVIII, ult. pertinet. Vocabuli autem rationem atque vim, valde dubiam hodie, varie explicant. v. *Coras. Epist. Quaest. c. 22. Brunh. Walther. Miscell. Iur. II, 4.* [*Alb. Gentilis de libris iuris civ. p. 60.*] *Cangius Glossar. med. Latin. voc. fortiare.*
- f) id reliquos usque ad finem complectitur.
- *) propter numeri septenarii sanctitatem.

§. IX.

Pandectas, qui hodie latine extent, non esse id exemplum, quod auctore Iustiniano, confectum sit, sed interpretationem aliquam latinam veterem, ex Graeca Iustinianeorum Digestorum interpretatione factam, existimat *Io. Ienius*^{b)}: argumentis quidem ille non improbabilibus, sed tamen non satis idoneis ad efficiendum illud, quod adgressus est^{b)}.

- g) *Io. Ienius in Strizuris [ad Iustiniani Caesaris Codicem ac Pandectas, Rotterod. 1737. 4. mai. post 1744. tum 1749. tandem 1764, cui postremae editioni nihil noui accessit. In praefatione ei libro praefixa legitur: Ampliata demonstratio, Romani iuris Pandectas, hodie latine exstantes, ex Graeca versione traductos esse.]*
- b) Argumentorum istorum vim vt dissoluerem, laboravi in Ephemeridibus, quae vernacula lingua prodierunt, inscriptae *Critica librorum iuris T. I. Vol. III. pag. 163. sqq.* quae conferri possunt. Summa enim argumentorum huc redit, in Pandectae vulgari multa esse vestigia Graecarum formularum, ab interprete non recte intellectarum *): quod quam parum firmum sit, non difficulter intelligitur.
- *) Vide *Praef. Observ. Iur. Ciu. Rom. Hagae Com. 1743. 8. Christ. Henr. Eckhardum Hermeneut. Iur. Lib. I. cap. III. §. 107. not. p. 171. ed. Walch. p. 197 ed. nouiss. et Io. Cannegieterum ad Vlpian. Fragm. p. 9. Iudicium Gul. Pawo de opere Iensiano probatur etiam Adr. van Dorp Observ. Trai. ad Rh. 1769. 8. Cap. IX. pag. 87.*

§. X.

Graeca in Digestis loca latine, vt in vulgaribus editionibus sunt, non Bulgarus, quemadmodum putat Augustinus ¹⁾, sed Burgundio ²⁾, inprimis doctus graecarum litterarum habitus, conuertit: quamuis istam interpretationem, neque diligenter, neque eleganter factam, intelligentibus facile adpareat *). Ceterum Graeca in plerisque Pandectarum editionibus vulgaribus non extant.

1) *Ant. Augustin. libr. sing. ad Modestin. de Excus. p. 279.*

2) *Panzivoll. de Clar. Leg. Int. II, 15. Menag. Amoen. Iur. Ciu. c. XXXIII.*

*) Vade graeca in Pandectis loca rursus in latinum transtulit *Ant. Maria Saluinius*: quam versionem ab eo vna cum Pandectarum cum Basilicis comparatione sibi traditam *Henr. Brenemannus* sub titulo, *Graecorum in Pandectis liber singularis*, in vnum tractatum coniecerat, teste eodem Brenemannus *Hist. Pand. Lib. IV. Cap. VI. p. 391.* Quo cum destituamur: cf. *Leop. Andr.*

Andr. Guadagni ad graeca Pandectarum Dissertationes,
Pisis 1786. 4.

***) Nec latina etiam versio in Digestis Florentinis apparet.

§. XI.

Tres hodie Pandectarum editiones capitales vulgo feruntur: vna *Vulgaris*, altera *Haloandrina*, siue *Norica*, *Florentina* denique tertia: ex quibus, quasi fontibus, ceterae omnes inanarint *). *Haloandrina* quidem est Gregorii Haloandri, ICTi doctissimi ¹⁾, qui Digestorum loca prava ex Lud. Bologniai libris ²⁾, et saepe de coniectura, correxit ³⁾, habita in primis elegantiae ratione ⁴⁾). In quo quidem seu recte seu perperam fecerit, at certe multis de causis opera Haloandri magni fuit. *Florentinam* dicimus eam, quae libri scripti Pandectarum Florentini lectionem exprimit, a Laelio Taurello facta, et a filio Francisco edita ⁵⁾. Praeter hanc etiam aliae editiones sunt, quae Florentinam scripturam exprimere ferantur, Hugonis a Porta ⁶⁾, Ludouici Miraei ⁷⁾, Ludouici Russardi ⁸⁾, Ant. Contii ⁹⁾, et [Lud.] Charondae ¹⁰⁾: sed palam est, Florentinam lectionem in his sinceram ac puram non esse relatam. Nec tamen ipsa Taurelliana omni reprehensione et crimine caret. Itaque Henr. Brenemannus denuo librum Florentinum ipsum adiit ¹¹⁾, diligenterque descripsit, nouam inde editionem daturus ¹²⁾: sed, eo morte destinatis consiliis praesepo, exemplum, fere iam editioni paratum, ante aliquot annos ad Il. Iustrem ac Celeberrimum Gebauerum peruenit ¹³⁾, a cuius diligentia et eruditione accuratam atque perpolitam libri Florentini editionem summo cum desiderio expectamus ¹⁴⁾). *Vulgaris* denique editio non vnum certum aliquod editionis exemplum est ¹⁵⁾, sed hoc nomine adpellantur omnes eae editiones, quae neque Haloandrinam, neque Flo-

rentinam scripturam, sequuntur: quaeue olim vulgo in manibus fuere: siue e libris scriptis essent factae, siue ad alias editiones expressae *).

*) Melius, mea quidem sententia, diuiduntur in *criticas* et *vulgatas* editiones. Discrepantes Haloandrinae et Florentinae editionis lectiones adnotauit *Ant. Augustinus* in libris *Emendat. et Opin.* Venet. 1543. 4. et in *Ottonis Thes. Tom. IV.* p. 1425. Nonnullas etiam Codicis Florentini lectiones aduersus recentiores defenderunt *Io. Gotsfr. Sammet*, Lib. singul. *Recept. lect. ad Iacchium*, Lips. 1750. 4. et in *Opusc.* p. 113-210. *Io. Conr. Ruckerus Observatt.* Lugd. Bat. 1749. 8. pag. 79-151. et *Andr. Gul. Cramerus*, V. C. Diss. cui titulus: *Lectiones membranae Florentinae*, Kilon. 1785. 4. Caeterum de historia Pandectarum litteraria bene meriti sunt Duumviri: *Gustavus Hugo* V. III. *Indico editionum fontium corporis iuris ciuilibis*, quem *IULII PAULI sententiis receptis*, Berolini 1795. 8. subiunxit, et *Io. Ant. Lud. Seidensticker*, V. C. *Notitia literaria corporis iuris ciuilibis*, quae inserta legitur *Eius Corpori iuris ciuilibis in chrestomathiam contracto*, Gottingae 1798. 8. num. I. p. 1-74.

1) Edita est *Norimberg* 1529. *Voll. III.* in 4.

2) *Ant. Augustin. Emend.* III, 3. IV, 14. *Brenemann, Hist. Pand.* IV, 2.

3) Quare de hac editione a viris doctis in vtramque partem iudicatur.

**) vid. *Franc. Car. Conradi Vita Haloandri* in *Parerg. lib. I.* qui pag. 5. dicit, Haloandrum, manu critica liberius adnpta, nimis audacem se gessisse in emendandis Pandectis, et *Memoria Greg. Haloandri auctore Ge. Laur. Hausfritz*, Norimb. 1736. 8. Defendero tamen Haloandrum nuper aggressus est *Andr. Gul. Cramerus*, V. C. *Dispunct. Iur. Ciu. Suerin. et Wismar.* 1792. 8. Cap. VII.

4) *Florentiae a. 1553. fol. cf. Henr. Brenemann, Hist. Pand.* I, 11, IV, 5.

5) *Lugdun. Anno 1551. 4. [et saepius.]*

6) *Parif. a. 1552. [8.]*

7) *Lugd. a. 1561. [Voll. II. fol. et Antwerp. 1567. T. X. 8.]*

8) *Parif. 1562. Vol. IX. 8. [Male tribuitur haec editio Contio, vbi nihil ei debetur praeter Codic. et Instit.*

Seq

Sed integra et genuina eius editio prodiit Lugd. 1571. et, nouo titulo ornat. *ibid.* 1581. *Voll. XIV. 12.*

1) *Antwerp, a.* 1575. [typ. Plant. *Voll. II. fol.*]

***) Ante Brenemannum contulit anno 1680. Laur. Theod. Gronouius, vnde eius *Emendationes Pandectarum natae*. Lugd. Bat. 1685. 8. rec. a Conrado sub titulo: *Historia Pandectarum authentica*. Hal. 1730. 8.

*) v. Brenemann. *Hist. Pand.* [Trai. ad Rh. 1722. 4.]

****) Receptus hoc Gebauerus cum in *Narrat. de Henr. Brenemann*, de *Mstis Brenemannianis et de suis in Corpore Iuris Ciu. conatibus et laboribus*, Gotting. 1764. 4. tum tribus *Programmatibus*, quorum inscriptio est: *Mspiti cuiusdam Brenemanniani de orthographia Pandectarum*, *Spec. I.* Gotting. 1767. *Spec. II.* 1768. *Spec. III.* 1772. 4. inf. *Exercit. acad. Voll. II.* p. 707 - 734.

*****) Prodiit tandem post Gebaueri obitum ista editio cura Gc. Aug. Spangenbergii, *Tom. I.* Gotting. 1776. *Tom. II.* *ibid.* 1797. m. 4. Nouissime lectionem Pandectarum Florentinam recudendam curauit Io. Frid. Plitt *Corp. Iur. Ciuilis*, cuius prior Tomus Hag. Com. et Francf. ad. M. 1789. m. 8: fuit editus. Repetitur iam collata cum lectione *Ant. Contii, Dion. Godofredi*, aliorumque, et aucta versione gallica Huloti: *Les cinquante Livres du Digeste, ou des Pandectes de l'Empereur Iustinien, traduits en francais par feu M. Hulot*, à Metz et à Paris 1803. sqq. VII. *Tom. m. 4.* et XXXV. *Tom, 8.* Ceterum de Pandectis in meliorem ordinem digerendis studiose laborauit R. I. Pothierius, Paris. 1748. recuf. Lugd. 1783. III. *Vol. fol.* cf. *M. Tydemani Enchiridion studiosi iurisprudentiae*, Trai. ad Rhen. 1789. 8. p. 14.

x) De Editionibus Pandectarum v. Brunquell. *Hist. Iur.* II, 5. et 6. [et *Seidenficker loc. cit.*]

*****) De lectione librorum iuris rom. inprimis Pandectarum, quam vocant, vulgata cf. *Io. Lud. Ern. Püttmannus Miscellan.* Lips. 1793. 8. *Cap. XXII. pag. 196. sq.* et *Diatriben von dem Begriff der lectio vulgata in Rücksicht der Pandecten in Meurers iurist. Abhandl. num. VII.*

§. XII.

Iam dictum satis de Pandecte. Ad reliqua Iustiniani in iure ciuili instituta proficiscimur. In quibus

bus nunc exponendum est de *Quinquaginta Decisionibus*, ab eo, dum Pandectæ componuntur, editis *). Nam edito Codice Iustiniano, quum Iure Consultorum sententias in Digesta referre destiuaret, sibi faciendum duxit, vt multas veterum Ictorum dissensiones atque controuersias, nondum sopitas, sua auctoritate componeret ac finiret. Quod quidem ab eo *Quinquaginta Decisionibus*, sensim Lampadio et Oreste Consulibus, ex Kal. April. et duobus post Consulatum Lampadii et Orestæ annis, promulgatis, posteaque in vnum corpus coactis, factum est. Inscriptæ ac missæ sunt *Ioanni et Iuliano* Præfectis Prætorio, et tandem in Codicem Repetitæ Prælectionis, in capita particulasue dissectæ, ipsius iussu migrarunt *).

*) Editarum Decisionum tempus plerumque ponitur in annis DXXX — DXXXII. Mihi vero ducendum videtur ab Aprili au. DXXIX. vsque ad finem anni DXXXIII. Primum enim Iustinianus eas composuit post veterem Codicem mense April. DXXIX. promulgatum, vt patet ex §. 1. *Const. de emend. Cod.* deinde meminuit Decisionum suarum in Institutionibus mense Nouembri DXXXIII. editis, nempe in §. *ult. l. de libert.*

§) §. 1. *Const. de Emendat. Cod.* Historiam vero *Quinquaginta Decisionum* enarrarunt hi, qui eas ipsas commentariis illustrarunt, *Merillius*, *Strauchius*: item *Balduinus* in *Iustiniano*, et [Guil.] *Ludwell*. *Diff. de Quinquaginta Decisionibus*, [adi. *Eius Exercitatt. ad Institt.* Altorf. 1663. 4.]

§. XIII.

Cum vero istæ Decisiones Codici, in partes scissæ, sint insertæ; vt, quæ leges in Codice ex iis decerptæ essent, eruerent *), numerumque inirent, singularibus libris scriptis operam dederunt easque illustrarunt viri docti, *Em. Merillius* *), *Petr. Franc. Linglois* ^{b)}, *Io. Strauchius* ^{c)}, *Dominicus Bassi* ^{d)}, ac denique [Io. Hugo] *L. B. ab Hagen* ^{e)}:
in

in quibus tamen haud dubie principatum tenet Merrillius: Strauchii enim commentarius tantum adfectus est, et inchoatus ⁷⁾).

- 7) Est enim ad intelligendas istas Decisiones necessarium, scire planeque tenere, sintne ex Quinquaginta Decisionibus Iustiniani. Notae autem, quibus a ceteris Constitutionibus secernuntur, sunt hae: primum, vt ad *Ioannem* vel *Iulianum*, Praefectos Praetorio, missae, vt tribus illis annis editae, denique, vt ad definiendam veteris iuris controuersiam aliquam factae sint: quae quidem omnia si in vnā legem concurrant, agnoscitur, eam esse Decisionem v. *Merrill*. l. c. p. 3.
- a) *Parisi*. 1618. 4. et in *Opp. Neapol.* 1720. 4. [*Part. II.* p. 1.]
- b) *Antwerp.* [1622. et] 1661. fol.
- c) *Gissae* 1676. 4.
- d) *Viennae* 1708. 4.
- e) *Viennae* a. 1735. 4. [add. *Franc. Raguelli Comm. ad Constit. et Decis. Iustiniani*, *Parisi*. 1610. 4.]
- f) Indicem harum Decisionum secundum ordinem temporis *Iurispr. Restitutae* p. 144. inseruit *Wielingius*.

§. XIV.

Antequam vero ipsa Digesta promulgaret, libros *Institutionum* quatuor, vt essent totius legitimae scientiae prima elementa, vsus in hoc opera Triboniani, Theophili, et Dorothei, conscribendos curauit. Collectae sunt, Imperatoris iussu ^{*)}, ex Ictorum veterum, imprimisque Cui Institutionibus et commentariis, ad ordinem Cui Institutionum, multaque antiqui iuris capita nobis seruarunt ⁸⁾: vnde magna earum commendatio. Quamuis post Digesta confectae, editae tamen sunt, ante Digesta, a. d. XI. Kal. Dec. anno Chr. DXXXIII, sed auctoritatem acceperunt vna cum Digestis a. d. III. Kal. Ian. eiusdem anni. Vnde, quoniam, si Digestorum compositionem spectes, his posteriores sunt, facile aestimari potest, vter liber alteri derogat.

^{*)} cf.

- *) cf. *Polyc. Leyser* Diff. de iis, quae Iustiniano Imp. in prooemio Instit. imperite supposita, Helmst. 1727. 4. *Io. Henr. Mylius* Diff. II. de iis, quae Iustiniano Imp. in prooem. Inst. supposita perperam creduntur, Hal. 1731. rec. Lips. eod. a. 4. et *Io. Christoph. Kochii*, V. III. Pr. de codice Mscp. Institutionum Iustiniani Imp. ad more Ballicum reperto, Giesl. 1772. 4.
- g) v. *Cuiac. Obs. II, 38. Wicling. Iurispr. Restit. p. 189.*

§. XV.

Pandecte promulgato, Iustinianus ad Codicem rursus curam contulit suam. Nam cum, Iustiniano Codice edito, nouae propemodum quotidie leges essent editae, quibus Constitutiones Codicis, iusque adeo ciuile esset emendatum, vel immutatum, Imperator necessarium esse existimauit, nouam editionem Codicis dare*); quo nouae Constitutiones, inprimisque Decisiones quinquaginta, inferrentur, tollerentur eae, quibus derogatum esset^{h)}. Qui Codex, inprimis Triboniani opera, XII. libris confectus, a. d. XVI. Kalend. Dec. anno Christi DXXXIV, constitutione eam in rem edita, auctoritatem, vetito Iustiniano Codice, accepitⁱ⁾. *Codex repetitae praelectionis* nomen est^{h)}.

*) cf. *Henr. Ern. Kestner* Prolog. de iure humaniori Codicis, Rintelii 1702. 4. *Bernh. Henr. Reinold. Observatt. interpretationi Codicis praemiss.* in *Opusc.* p. 381. 399. et *Io. Theoph. Seger* Diff. de antiqua et noua Codicis disciplina, Lips. 1765. 4.

h) §. 1. et 2. *Const. de Emendat. Cod.*

i) Ante hanc nouam editionem Codicis, aliam factam a Iustiniano esse anno Chr. DXXII, statuit *A. Pagi Crit. Baron. ad a. Chr. 529.* vt adeo tres factae sint eiusdem Codicis editiones: prima a. 529. altera a. Chr. 531. tertia denique a. 534. In eam opinionem adductus est *Pagius*, fide *Marcellini Comitis Chron. ad a. Chr. 531.* scribentis: *His Coss. Codex Iustiniani orbi promulgatus est.* Sed multis certis argumentis contradici

vidi potest. v. *Baudif. Observat. ad Murator. Hist. Ital. Tom. III. p. 398. sqq.*

- k) Ductum id nomen a *Prælectionibus* librorum siue *citationibus*, quas veteres facere solebant, antequam ederent scripta sua. v. *Gell. N. A. XVIII, 5.* et *Cuiac. Paratit. Cod. princ.*

§. XVI.

In eo eandem fere rationem tenuerunt compilatores, quam in Digestis secuti sunt. Edicti Perpetui ordinem^{l)} fere in omnibus capitibus retinent: Inscriptiones ac Subscriptiones^{m)} Constitutionum diligenter adduntⁿ⁾: rescant, abiiciunt, contrahunt, discerpunt, addunt, interferunt, prout bonum visum est. Vnde prooemiis et epilogis carent Constitutiones: multamque de emblematis hic quoque disputatur^{o)}.

- l) v. *Gothofred. Prolegom. Cod. Theod. c. XII.* [*Ordo potius, seu Series Codicis Iustin. in Eius manuali iuris.*]

- m) De utilitate Inscriptionum et subscriptionum Cod. fere eadem dicenda sunt, quæ de Inscriptionibus Pandectarum. Nullum enim est interpretationis aptius atque vberius subsidium: atque id Iac. Gothofredus arcanum seu mysterium dicere solebat: v. *Gothofr. Prolegom. Cod. Theod. cap. VIII, eiusd. Discurs. Histor. ad Leg. Quisquis in Opusc. sine Comment. ad L. 3. Quisquis Cod. Theod. ad L. Corn. de sicar. Tom. III. pag. 94.*

- n) Hodie tamen non paucae desiderantur, multae etiam vitiosae sunt, quas corrigere laborant viri docti v. [*Candidus Adiniva Grananchius (verus auctor est Diego Vincenzo Vidania) Spec. de inscript. et subscriptionibus Iustiniani Codicis a typographorum incuria vindicatis, Neap. 1714. 4.] et in Append. Fastorum Almeloveenii, [(Amst. 1740. 8.) pag. 637. sq. et Car. Frid. Walchius, ad Eckhardi Hermencut. Iur. pag. 410. sq. edit. nouiss. p. 462. sqq.]*

- o) De iis, quae a compilatoribus Codicis, in ipsis veterum Imperatorum constitutionibus, admissa sunt, multi dixerunt.

§. XVII.

§. XVII.

De Constitutionibus Imperatorum in Codice, quamquam Iustinianus sanxit, vt eodem iure essent, ac si ab ipso promulgatae sancitaeue essent, tamen idem tenendum est, quod de capitibus Pandectarum diximus, naturam ipsarum Constitutionum ibi collectarum non esse a Iustiniano mutatam. Itaque cum pleraque sint Rescripta, ad singulares causas data, quae non ius nouum constituent, sed, quod iam in vsu versaretur ius, ad species propositas traducant: in interpretatione potissimum eius rei habenda ratio est, nisi quis velit vehementer aberrare^{p)}. Neque vero in hisce argumentum a contrario docere fas est^{q)}.

p) cf. quae dixi in Diss. de Praescriptione Centum annorum, [Lips. 1751. 4. in Opusc. p. 41. sqq.]

q) v. Noodt. Dioclet. et Maximian. c. III. qui id egregie demonstrat. Constitutio vero aliqua Rescriptum sit, an Edictum, intelligitur ex Inscriptione.

§. XVIII.

Atque is est Codex, quo hodie vtimur. In eo cum *Authenticas*, quae vocantur, plurimis constitutionibus subiectae reperiantur: de his etiam breuiter dicendum est^{*}). Earum duplex genus est. Nam nonnullae, quae Fridericorum, Germaniae Imperatorum, nomine praescriptae, sunt Constitutiones Imperatorum istorum. Ceterae autem sunt Nouellarum, legibus codicis derogantium, summaria quaedam, iisdem, quibus derogatum est, legibus subiecta. Nomen duxerunt ab ipsis Nouellis, quae *Authenticas* et ipsae adpellari consueuerunt, vt paullo post trademus. Auctores autem horum siue summariorum, siue scholiorum, plures fuerunt. Nam *Authenticas* nonnullae antiquissimae videntur, ita vt fere ad Iustiniani aetatem adsurgant^{†)}; aliae vero

vero recentiores sunt, a Glossatoribus, qui vocantur, factae; partim ab Irnerio, partim a Ioanne, aliisque *). Auctoritatem autem in foro habent, quantum cum ipsis Nouellis conspirant: si a paucis discesseris, quae, quamuis a Nouellis discrepantes, ipsis tamen Nouellis praevalent †). Neque tamen, ut quidam existimant ‡), eam auctoritatem vel a Lothario II, vel a Friderico I, acceperunt, sed vsu. Insertae autem Codici sunt ab Accursio haud dubie, una cum Glossis.

*) De Authenticis vide *Alb. Gentilem Lib. III. Lxx. et Epist. cap. II. et Car. Frid. Zepernick Biga libellorum, authenticas codicis rep. praeh. earumque historiam illustrantium*, Hal. 1788. m. 8. qua continentur non solum *Io. Iac. Scherz*, cuius sub nomine latere videtur *Io. Mart. Silberrad*, *Diss. de authenticarum auctoribus et auctoritate*. Argent. 1733. impressa; et *Vita Irnerii & Mauro Sartio* conscripta, sed et *Praefatio de fontibus historice Authenticarum* ab *Hl. Zepernickio* praemissa.

†) Exemplo est *Auth. Quas Actiones C. de SS. Eccles.* de qua dixi in *Diss. de Praescriptione Centum annorum*, [§. IX. in *Opusc. p. 56. sq.*]

‡) vid. *Corn. van Bynkershoek Diatr. de auctore auctoribusue Authenticarum* [in *Oper. min. N. III. p. 179.*] ubi contra *Io. Strauch*. [Diss. ad *Nou. IX. et Auth. Quas Actiones C. de SS. Eccles.* Ien. 1661. 4.] et in *Irnerio non errante*, [ibid. 1673. 4.] nec non *Alex. Arn. Pagenstecher*. in *Siciliment. ad Compend. Lauterbach*. [Col. 1694. 8.] qui, omnes Authenticas paullo post Iustiniani tempora conscriptas, statuunt, et contra alios viros doctos, [Georg. Rittershus. in *primis Promiss. errorum Irnerianorum commissorum in inferendis Authenticis Cod. Iustin.* Altorf. 1623. 4. atque *Io. Iac. Wissembach. Syll. errorum Irner.* adiect. *Diatr. de mutuo*, *Franequ.* 1660. 8.] qui omnes Irnerio tribuunt, docte atque copiose disputat. [Paullo post *Pagenstecher* *Corollarium* disputationi cuidam se praeside habitae adposuit, quo istam *Bynkershoekii* Diatriben aggressus est. Contra quod calamum expedit, et *Pagenstecherum*

cherum deridendum propinavit *Bynkershoekius*, edita *Contentione Litteraria cum Alex. Arn. Pagenstecher de auctore auctoribusque Authenticarum*, *Oper. min. N. IV. p. 221.*] Iam rursus *Pagenstecherus* edidit *Ironium, iniuria vapulantem*, [*Groning. 1701. 4. p.*] sed acriter exceptus est a *Bynkershoekio* in *Praef. [ad Libr. frag. ad L. Ἀξιωματικὴ IX. D. de Lege Rhodia de Iactu, Oper. min. N. V. p. 251. sqq. cf. Geschichte der Streitigkeiten über den Verfasser der Authentiken in Dan. Nettelbladt Hallisch. Beyträgen.]*

1) v. *Alber. Gentilis de libr. iur. civ. c. 6.*

u) *Franc. Balduin. Protheor. ad Nouell. Ios. Mar. Susseus in Notit. Basil. §. 23. et Io. Strauchius in Ironio non errante c. 2.*

§. XIX.

Restat, vt et hic attingamus *Io. Iensii* *) opinionem, qui, tametsi non audet, omnes leges Codicis, quo utimur, Graece scriptas, aut ex Graeca interpretatione latine conuersas dicere, multas tamen ab auctoribus suis graece editas, et in nostro Codice latine conuersas contendit *). Quam opinionem, non difficile est, retundere †).

x) *Io. Iens. in praef. Strickur. in Iur. Rom. Pandect.*

*) Retraetauit *Iensius* hanc opinionem *Ampliat. Demonstrat. p. XX. sqq.*

†) Atque id nos fecimus in *Ephemeridibus nostris, Criticae nomine inscriptis, T. III. Vol. VI. p. 500.*

§. XX.

Sequuntur *Nouellae Constitutiones Iustiniani, siue Νεωγὰι Διατάξεις* *): quibus quidem ille varie ius constituit, abrogando, obrogando, derogando, subrogando denique, ei iuri, quod vel ab superioribus Imperatoribus, vel a se Constitutionibus post Codicis editionem sancitum esset. Editae *Nouellae* sunt, quae hodiernum extant, ab anno Christi *DXXXV*, vsque ad a. *DLIX*. Vfus in iis Imperator

tor. est maximam partem Graeca oratione. Nam nonnullas utraque lingua, quasdam vero tantum latina scriptas esse, tum ipse fatetur, tum etiam intelligitur²⁾. Hodie in Corpore Iuris eduntur CLXVIII³⁾. Sed a Iuliano Antecessore in Epitome CXXV tantum expressae, a Glossatoribus vero latinis tantum XCVIII agnitae, et Glossis illustratae sunt^{**}): ceteras vero e libris scriptis, Graece, partim Haloander^{***}), partim Scrimgerus, partim Iac. Cuiacius, et Ant. Contius addiderunt. Neque tamen omnes, quae sub nomine Iustiniani feruntur Novellae, Iustini minoris^{b)}, vel Tiberii^{c)}, nonnullae etiam sunt ex *Eparcticis*^{d)}, adeoque Praefectorum Praetorio Edicta^{e)}.

*) vid. *Prodromus Iustinianus, auctore Ant. Franc. Payeno*, Paris. 1665. 12. P. II. §. 1. Sect. 4. de rubricis *Authenticarum in genere*, ubi vera notitia Nouellarum e tenebris in lucem eruitur. Conf. P. III. §. 4. Sect. 2. De difficultatibus ac impedimentis conscribendi historiam singularum Iustiniani Nouellarum elegantissime disseruit *Car. Frid. Zepernick*, V. III. in doctiss. *Praef. ad Delectum scriptorum Nouellas Iustiniani Imp. eorumque historiam illustrantium*, Hal. 1783 m. 8.

2) v. *Ant. Augustin. Paratit. ad Nouell. Iustin.* [*Ferd. Aug. Hommelii de textu Nouellarum originario coniecturas*, Lips. 1736. 4. in *Zepernick Delectu Scriptt.* num. III. p. 267.] et *Aemil. Lud. Hombergk zu Vach Diatr. de Nouellarum constitutionum Imp. Iustiniani lingua originaria [et vulgatae versionis aetate, auctore, et usu in foro,]* Marb. 1741. 4. [*ibid.* num. II. pag. 177.]

a) *Scrimgerus* facit CLXX. [*Haloander CLXV*, vti vulgo referunt, *Iac. Voorda CXXXI*, et *Cramerus l. c. CLIX.*]

***) Sunt tantum XCVII, cf. *Andr. Guil. Crameri*, V. D. *Supplementa ad historiam Nouell.* (Beyträge zur Geschichte der Novellen) in *Hugo's civilistischem Magazin*, III. Band. 1. Heft, num. II. pag. 26 — 50. und II. Stück num. VII. p. 113 — 162. add. *Phil. Frid. Weis*

V. C. Pr. *Historiae Nouellarum litterariae Particula prima, periodum Antehaloandrinam complexa*, Marburgi 1800. 4. qui p. 29. numerat XCVI.

***)) De graecarum Nouellarum, quas Haloander in lucem protulit, numero ac fonte dixit *Iac. Voorda Elseor. Libr. sing. Trai. ad Rh. 1749. 8. Cap. XXVII.*

b) Nouellae CXL, et CLXIV.

c) CLXI, CLXIII, et CLXIV.

d) *Eparchica* erant libri, in quibus Praefectorum Praet. edicta continebantur. v. *Cuiac. Obs. VI, 10.* Sunt autem ex Eparchicis Nou. [CLXV,] CLXVI, CLXVII, et CLXVIII****). Quas, quamquam Iustinianus adprobauit, tamen minus recte Nouellis eius adnumeraueris.

****) Interpretationem latinam graecarum Nouellarum Constitutionum, CLXVI, CLXVII, et CLXVIII, quam desiderari *Dion. Gothofredus* testatus est, primus graeco textui subiecit *Andr. Federicius*, Ictus Neapolit. *Diss. ad Leg. XII. seu, Zenonis Imp. Constitut. de aedificiis priuatis*, Neap. 1770. 4. p. LXI. sq. De Eparchicis vid. *Andr. Guil. Cramer, V. Cel. Dispunct. iur. ciuil.*

e) Historiam Nouellarum quodam modo exposuere *Fr. Balduin*, in *Iustiniano*, et *Gudelinus de iure nouiss.* [*Antwerp. 1644. f. et saepius.*]

§. XXI.

Nouellarum collectionem aliquam ab Iustiniano ipso factam esse, quamuis plerique viri docti negent, propius verum videtur^{f)}. Quod tamen non eam vim habet, vt, qua ratione et via Nouellae compositae hodie extant in Corpore Iuris, eam ipsam esse a Iustiniano censeamus. Certe illa vulgaris diuisio in *Nouem Collationes* haud dubie debetur Glossatoribus^{g)}, vel Papiensibus Ictis, tempore *Federici II*^{h)}.

f) v. *Ritter. ad Heinec. Hist. Iur. I, 396. add. Arnul. Ludou. Hombergk zu Vach Schediasm. de Collectione Nouellarum a Iustiniano facta, Marburg. 1741. 4. [in Zepernick Delectu Scriptit. num. V. p. 295. Car. Godof. de*

de Winckler *Analekta ad hoc Schediasma in Animaduers. Iur. ant. VII.* Lips. 1788. 4. inf. *Opuscul. minor.* Dresd. et Lips. 1792. 8. *Vol. I. Part. II. n. 12. p. 413.* et *Andr. Guil. Cramer, V. C. Pr. ad historiam litterariam Nouellarum Iustiniani Imp. analekta litteraria,* Chilon. 1794. 4.]

g) *Panciroll. de clar. Leg. Intt. II, 17.*

h) *Odofredus ad Auth. Cassa C. de SS. Eccl.*

§. XXII.

Nouellae accepto a Glossatoribus nomine *Authenticarum* hodie adpellantur *). Cuius nominis haec sine dubio caussa est. Iuliani Epitome Nouellarum Iustiniani in vulgari vsu erat, sub nomine Nouellarum Iustiniani. Cum itaque in lucem reuocatae essent ipsae Iustiniani Nouellae, quo distinguerentur ab ista Epitome, nomen Authenticarum acceperuntⁱ⁾.

*) Rubricas Authenticarum, seu Nouellarum Iustiniani Constitutionum in Collationes nouem diuisarum exhibet *Ant. Franc. Payenus Prodrom. Iustinian. Part. II. §. 4. Scđ. 4.*

i) *v. Ian. a Costa ad cap. 2. X. de praebend. p. m. 142.*

§. XXIII.

Sed hodie tantum interpretatio siue Versio Nouellarum latina, *κατὰ πρόθεσιν* facta^{k)}, in vsu fori versatur^{l)}: propterea, quod, iuris Iustiniani libris in Occidente in vsum redeuntibus, Graecus textus nondum inuentus erat. Istam Versionem satis antiquam esse, conuenit: sed aetas tamen incerta est^{m)}: neque aut eleganter, aut diligenter factaⁿ⁾, quamvis Cuiacius eam miris modis effret laudibus^{o)}. Itaque, reperto textu Graeco, Greg. Haloander primum aliam eamque et diligentiore et elegantiore interpretationem dedit^{p)}: deinde Henr. Agylaeus ad Henrici Scrimgeri editionem Nouellarum absolutio-

rem ^{p)}**): tandem Io. Frider. Hombergius zu Vach nouam e Graecis interpretationem edidit ^{q)}). Neque tamen vel ipsae Graecae Nouellae, vel interpretationes hae elegantiores antiquam istam Versionem barbaram, iustis quamuis vindiciis, de auctoritatis possessione demouere potuerunt ^{***)}). Ceterum vero ex Nouellis Iustiniani vim auctoritatemque hodie apud nos obtinent tantum eae, quae iis explicationibus, quas glossas vocamus, in vulgari editione glossata instructae sunt ^{r)}).

k) quod genus interpretationis est, quo verbum de verbo redditur; adstrictum etiam structurae verborum, quae conuertuntur: qualis fuit versio *Aquilae* librorum sacrorum hebr.

l) v. *Alb. Gentil. de libr. Iur. Ciu. cap. VII. et Lib. III. Lect. et Epist. cap. 11. et Arth. Duck. de auctorit. Iur. Ciu. I, 4, 16.*

m) v. *Ritter. ad Heinecc. Histor. Iur. I, 397.*

n) Exemplum prauae versionis deprehenditur statim in *Nou. II. pr. §. 1.* vbi vulgaris interpretis eodem vertit atque, cum textus exegerit neque. Latinam nuper interpretationem et commentarium in omnes graecas Nouellas Constitutiones meditatus est *Andr. Federicius*, Ictus Neapolitanus, qui vno eodemque volumine peculiare hoc opus complecti promisit, nec, quantum scimus, promisso stetit. Nouissimum tamen ad Nouellas Iustiniani, eas potissimum, quae de iure sacro praecipunt, commentarium, eumque perpetuum concinnauit *Ios. Toscani Iuris publ. rom. arcian. Tom. III. P. I. p. 85. sq. et Tom. III. P. II. Neap. 1774. 4.* In Nouellas autem, quae ius publicum, civile, ac militare respiciunt, *Idem Tom. IV. P. I. Neap. 1771. P. II. ibid. 1780. P. III. ibid. 1782. 4.* ita commentatus est, vt omnem hanc iurisprudentiam publicam ex historia erueret, eoque ipso opus hoc pulcherrimum absolueret.

o) *Cuiac. Obs. VIII, 40.*

p) *Norimb. a. 1531. fol.* quae deinde et alibi repetita.

q) *Basil. apud Heruagium a. 1567. in 4.*

**) Mi-

*) Minus accurate. Vid. Ill. *Zepernick Praef. Delect. Scriptt. Nouellas Iustiniani Imp. illustr. §. X. seqq.* Conscripserat Agylaeus Nouellarum Epitomen Colon. 1558. 8. quae in *Zepernickii Delect.* primum locum occupat; hanc postea vna cum collatione Haloandri et Scrimgeri, qui graecum exemplar a mendis purgatum Paris. 1558. f. splendidissime ediderat, except Supplementum Nouellarum, Colon. 1560. 8. impressum, in quo Agylaeus versionem Haloandrinam emendauit ac nouas aliquot Nouellarum versiones addidit: successit vltima tandem, quam Agylaeo tribuunt, Nouellarum latine versarum editio *Basil.* per *Io. Heruagium* 1561. m. 8.

q) [Inscribitur: *Nouellae Constitutt. Iustiniani ex graeco in latinum conuersae et notis illustratae a Io. Frid. Hombergk zu Vach,*] *Marburg. a. 1717.* in 4. Sed etiam hanc non carere omnibus vitiis, docet *Wesseling. Probab. cap. XIII.*

**) Iniuria potius praefertur versio Nouellarum vulgaris, quatenus vitiosa est, authentico graeco: qua in re consentientes habeo doctissimos viros, qui recte contendunt, ad graecum exemplar interdum prouocari. cf. *J. L. E. Püttmannus Miscell. Iur. Cap. XXII. p. 207.*

r) v. *Gottfr. Ludou. Mencken. Diss. de Nouellarum glossatarum et non glossatarum auctoritate iuris,* [Lips. 1707. 4. et in *Zepernick Delectu Scriptt. p. 311. sq.*] Glossatas autem Nouellas per indicem exhibet *Hoffmann. Hist. Iur. Tom. I. p. 327. et Phil. Frid. Wcis l. c. §. 5. et 6.*

§. XXIV.

Graecum Nouellarum exemplar plane latuit, donec Gregorius Haloander *) ex libro scripto editi): quam editionem paullo post Heruagius, chalcographus Basileensis, Alciati aliorumque doctorum virorum opera adiutus, additis quibusdam Nouellis pleniorum repetiit †). Sed cum neque satis emendata esset editio Haloandrina, et aliquot Nouellis caret: Henr. Scrimgerus ex libris scriptis emendationem, ac XXIII. Nouellis et Edictis Iustiniani, Iu-

fini item et Leonis Imp. Nouellis, ante ineditis, vna Zenonis, et item altera Tiberii Constitutione, auctiorem dedit^{u)} **). In plerisque Corporis Iuris editionibus desideratur Graecum Nouellarum exemplar, exceptis editionibus Geneuenfi^{x)}, Parisiensi^{y)}, et Amstelædamensi^{z)}.

*) vid. *Ant. Franc. Payeni Prodromus Iustinianus*, Paris. 1665. 12. vbi *Part. III. Sect. 5.* legitur *Appendix LXX. Nouellarum, quae ab Irneriana, seu vulgata Libri Authenticorum editione absunt, et in Haloandrina ac Gothofredica inseruntur: nec non Sect. 6.* bene compositum *Diagramma Parisphoreticum, seu, collatas Nouellae Nouellis diuersarum editionum.*

s) *Norimb. a. 1531. f. apud Io. Petreium.* Sunt in ea CLXV. Nouellae,

t) *Basil. a. 1541. f. eademque est etiam aliquoties repetita.*

u) *Paris. a. 1558. fol. ap. H. Stephanum.*

***) Extat praeterea exemplum Graec. Nouell. quo vsus est *Demetrius Chomatianus*, cuius *Quaestiones Iur. Civ. et Can.* olim possedit *Petr. Faber*, vt testatur *Lib. III. Semestr. Cap. XXIV. pag. 379.* quo loco Graecorum simul interpretum audaciam in aliquot Nouellarum locis atro carbone notauit.

x) *a. 1583. 4.*

y) *a. 1628. fol.*

z) *Simonis van Leuwen a. 1663. [II. Tom. fol.]*

§. XXV.

Post Nouellas in Corpore Iuris inserti leguntur *libri feudorum*, siue *Consuetudines Feudorum Langobardicae*, non ab *Oberto ab Orto*, et *Henrico Nigro*, Consulibus Mediolanensibus, vt vulgari est sententia, sed ex eorum potissimum libris compilati ab aliquo istius iuris perito, illati vero in Corpus Iuris sub nomine *Decimae Collationis* ab *Hugolino de Presbyteris* *). De qua compilatione plura dicere hoc loco, non est necesse.

a) v.

- a) v. *Knorr's Obs. ad Proem. Inst. c. 13.* et *Bohmert's Diss. de aetate vetustas collationis consuetudinum feudatum in Ienichenii Thes. Iur. Feud. Tom. I.*

§. XXVI.

Haec de historia Corporis Iuris Iustiniani dicenda visa sunt. Vnum restat illud, de quo breuiter, et quasi per indicem, tradendum ducam, de vitiis, in eo a compilatoribus admittis: de quibus in vtramque partem a Ictis disputatur. Ac plerique quidem in eam sententiam abeunt, vt vitia admissa statuant^{b)}. Neque facile id negari omnino potest: hoc vnum monendum est, esse quendam ea in re modum oportere: ne nimis et acerbissimis criminibus Iuris Iustiniani collectionem petas: quod fere imperiti tantum homines atque elegantiae omnis expertes facere solent: ita quidem, vt, quo quisque est Romanae iurisprudentiae imperitior, eo acerbius in hanc nostram compilationem inuehatur; aliud quod scilicet gloriolae choragium sibi apud rude et imperitum vulgus paraturi.

- b) Inter eos, qui compilatores iuris Iustiniani errorum negligentiaeue nomine reprehenderunt, principes sunt *Franc. Hotomannus* in *Antitriboniano*, *Franc. Balduinus* in *Iustiniano*, *Jo. Jac. Wissenbachius* in *Emblematicus Triboniani*, vt alios mittamus.

§. XXVII.

Primum igitur iniuria reprehenduntur haec, quod Ictorum libera republica florentium libris vsi non sint^{*)}; quod non alium ordinem secuti; quod superstitionem paganam non satis cauerint; quod veterum Ictorum et Imperatorum orationem atque adeo sententiam mutando vitiauerint, repetitionesque vel geminationes plurimas admiserint^{**)}; et alia huius generis: quae vel ex mandato

dato Iustiniani, iudicioque facta sunt, vel parum incommodi adferunt ^{c)}).

*) cf. *Ant. Schulling*. Orat. qua disquiritur, culpandusne sit *Tribonianus*, quod *ICtorum* liberat reip. scripta superprefferit, ac posteriorum, qui sub Imperatoribus floruerit, responsa in *Pandectas* retulerit, in *Iurispud. Antiquif.* p. 881. sq.

**) *Plurima geminationum specimina* exhibuit *Petr. Duijsena*. *Coniect. Iur. Ciu. Groning*, 1714. 8. *Lib. II. Cap. ult. pag. 296.* conf. *Gul. Pauw Var. iuris ciu. Cap. I. et Nic. Guil. Hartmannus* *Disf. de geminationibus, seu, earundem legum repetitionibus in libris iuris civilis*, *Lugd. Bat.* 1768. 4.

c) *Pleraque haec crimina diluit atque dissoluit Vlr. Habber*, in *Æconomia Romana*, *Amst.* 1724. 4.

§. XXVIII.

Iam vero, quamvis non immerito negligentia architectorum, ius iam antiquatum et abrogatum obliuione, in libros iuris Iustiniani referentium, ἀντινομίας ^{d)} legumque contrariarum pugnas non satis vitantium ^{e)}), et incuria leges et capita non suo loco ponentium ^{e)}), nimisque eorum festinatio, accusetur: tamen et huiusmodi errata pauciora sunt, et humanitatis causa, negotiique magnitudine excusationem merentur: neque eam debent vim habere, ut praeclaro operi laudis decedat quidquam ^{f)}).

d) Nam ἀντινομίας quidem pauciores esse, quam ferantur, sciunt hi, qui aut ipsi interpretari norunt, aut optimorum interpretum libros cognouerunt, ac tractarunt.

e) Diversas diffensionum tollendarum rationes docent *Io. Mercerus* libro apprime utili, qui inscribitur: *Conciliator legum, seu, ars conciliandorum, quas in iure contraria videntur*, *Ed. V. cura Bern. Henr. Reimoldi*, *Berol.* 1722. 8. et *Gul. Best Ratio emendandi leges*, *Ultrai.* 1707. 8. et cum notis *Io. Wendel. Neuhaus*, *Lips.* 1745. 8. Ceterum paratissimum ad componenda ista ἐναντιόφωνα remedium *J. L. E. Püttmannus* *Proba-*

Probabil. Iur. Civ. II, 3. censuit aetatis, qua vnusquisque ICTus vixerit scripseritue, diligentem accuratamque obseruationem. Aduersus quem cum nuper disputauerit Io. Bern. Köchlerus *Prætermis. ad Constit. Dédouev, Regiomonti 1781. 8. pag. 31.* satis respondit Püttmannus noster *Miscellan. Iur. Cap. XXXIII. p. 212. sq.* Idem sentit Henr. Brenckmann, cum in *Epist. de Consul. quorum in Pandectis sit mentio (in App. Fast. Theod. Ians. ab. Almeloosen p. 599.)* tum in *Orat. de leg. inscript. §. 22. Ant. Schulling in Or. de iurisprud. historica ad calcem Iurisprud. Anteuist. p. 915. Corn. van Bynkershoek Obs. I, 5. Bern. Henr. Reinold Opusc. pag. 559. Io. Christ. Hamberger Diss. Iur. pag. 301.*

e) *Leges fugitiuas dicuntur. Exempla v. ap. Cuiac. Obs. III. 37.*

f) Editiones Corporis Iuris praecipuas recensent I. Gothofr. *Manual. Iur. p. m. 62.* et Io. Alb. Fabric. *Biblioth. Graec. Vol XII. p. 359.* Brunquell. *Hist. Iur. II, 14.* cf. Simon van Leuwen, *de origine, progressu, usu et auctoritate iuris ciuilibus histor. narratio, in Fragment. vet. ICTos. p. 711.* [add. Henr. Brenckmannus *Hist. Pand. Lib. III. Cap. IV. et V. p. 263. sq.* Aug. Frid. Schott *Supplem. ad Lipenii Biblioth. p. 277.* et Io. Ant. Lud. Seidenstickeri V. D. *Notitia corporis iuris ciuilibus literaria, praemissa Eius Corpori Iuris ciuilibus in chrethomathiam contracto, Gotting. 1798. 8.*]

§. XXIX.

Diu quidem Iustiniani institutis ac legibus immorati, sed nondum emensi sumus totum iter. Italiam sequimur fugientem. Sed tamen vbi de Iustiniani Constitutionibus ceteris, quae extra Nouellarum librum vagantur, pauca quaedam attigerimus, absolutus erit totus hic locus. Primum nobis memoranda sunt XIII. *Edicta* Iustiniani, quae nostro fori vsu nullam vim habent, et maximam partem ad certa tantum loca et prouincias spectant^a). Graece primus edidit, cum Nouellis Iustiniani et Leonis, Henr. Scringgerus^b): Latine vertit cum

Leonis constitutionibus Henr. Agylæus ¹⁾. Graeco et Latine in quibusdam paucis editionibus ²⁾, Latine tantum, in multis, edita sunt ad finem Nouellarum.

g) Eorum aliqua in Nouellarum numero etiam reperiuntur, nimirum primum, quod Nouellae VIII. subiicitur: quintum est Nouella CXI, sextum Nou. CXXII, nonum Nouella CXXXVI.

h) Paris. 1558. fol. ap. H. Steph.

i) Paris. 1560. 8. ap. H. Steph.

k) edit. Geneu. 1583. Paris. 1628. Amst. 1663. fol.

§. XXX.

Aliae Constitutiones Iustiniani Ecclesiasticae sunt hae: primum *Sacra contra Nestorii haeresin et Euzychis* anno Chr. DXXXIII ¹⁾: porro *Typtis* siue *Epistola* ad Synodum Constantinopolitanam a. Chr. DLIII, *de Theodoro Mopsuesteno et aliis* ^{m)}: item *Epistola* ad eandem Synodum, *de Origene et sectatoribus eius* ⁿ⁾: deinde *Epistola*, siue liber *aduersus Origenis errores* ad Mennam Constantinopolitanum ^{o)}: *Edictum, de fide Orthodoxa*, contra tria capita ^{p)}: *Aureae Bullae* maiori ecclesiae, siue S. Sophiae templo, concessae capita ^{q)}: denique *Constitutionis, de iis, qui ad maiorem ecclesiam, et ad sacras ubique terrarum ecclesias confugiunt*, capitulum ^{r)}.

1) apud Chron. Pasch. p. 341. v. Io. Alb. Fabricii Bibl. Gr. Vol. IX. p. 440. incipit haec *Sacra τῶν Σωτηρῶν καὶ Δεσπότῶν.*

m) Incipit *Συνοδὴ μὲν γέγονε ἀεὶ.*

n) *Συνοδὴ γέγονεν ἡμῶν καὶ ἔστιν.*

o) *Ἡμῶν μὲν ἀεὶ συνοδὴ γέγονε.*

p) Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. I. p. 425. sqq.

q) Edidit Leunclau. T. I. Iur. Graec. Rom. p. 73.

r) Leunclau. T. I. Iur. Graec. Rom. p. 74.

§. XXXI.

Extat etiam latine *Pragmatica Sanctio* Iustiniani^{*)}, quae incipit *Pro petitione Vigili*, data a. Chr. DLIV.¹⁾, et *Constitutio de colonis et adscriptitiis*, quae incipit *Docuerunt nostram serenitatem*²⁾: seruata vtraque in libro Iuliani Antecessoris³⁾: vt eas constitutiones taceam, quas Cuiacius partim ex libris scriptis, partim ex Basilicis restituit⁴⁾: aliasque.

*) Occurrunt etiam sumtae ex libris Iustiniani Imp. *Leges agrariae in Supplem. Thes. Meermanniani* p. 386. vbi tamen Gul. Ott. Reizius in nota scribit: licet, inscriptio auctorem harum legum faciat Iustinianum, cum tamen non magnum illum, sed nouissimum fuisse, ait Cuiacius *Oper. Tom IX. pag. 411.* Caeterum de agrimenforibus Rom. Exercitatio iurid. antiquar. prodiit Bremae 1771. 4. cuius auctor esse fertur C. A. Heineken.

3) Exhibetur illa cum in *Opp. Iuliani Antecessoris*, tum in plerisque editionibus Corporis iuris, ad calcem Nouellarum.

4) v. de ea Ritter. *praef. ad Cod. Theod. T. II.*

u) in plerisque editionibus adiecta est Nouellis, v. c. ed. *Amst. 1663.*

x) v. *Cuiac. Obs. XIII, 6. 38. XVI, 16. XX, 31. XX, 44.*

§. XXXII.

IUSTINI minoris Constitutiones siue Edicta quinque, quarum quatuor vulgo inter Nouellas Iustiniani habentur, (quinta enim, quae tertia numero est, tantum spectat ad Nou. Iustiniani CLIV. confirmandam) extant in libris Corporis Iuris editis, plerumque latine tantum, in Leuueaui et Charondae etiam graece: primus Graece edidit Henr. Scringerus¹⁾: latine vertit Henr. Agylaeus²⁾. Ce-terum vna, *de filiis liberarum* in Africam missa, latine seruata tantum est a Iuliano Antecessore³⁾.

1) vna

g) vna cum Nouellis Iustiniani, Paris. 1558. fol. 67.
Henr. Steph.

x) Paris. 1560. 8. ap. Henr. Steph. vna cum Nouellis Leonis.

a) Incipit *Dis motique pro utilitate recip.*

§. XXXIII.

TIBERII quatuor supersunt Constitutiones, primumque cum Nouellis Iustiniani editae: Graece primum protulit Henr. Scrimgerus^{b)}, latinas fecit Henr. Agylaeus^{c)}: Graece et latine in editione Corporis Iuris Leuueniana reperiuntur: quarum quidem secunda, tertia et quarta immixtae sunt vulgo Nouellis Iustiniani^{d)}. Quinta autem integra hodie desideratur. Praeterea superest latine *Sacrum Pragmaticum Tiberii de confirmatione Constitutionis Iuliani de filiis colonorum et liberarum* ex libro Iuliani Antecessoris^{e)}.

b) in Edit. Gr. Nouell. Iustin.

c) in Lat. Verf. Nouell. Leon.

d) Nam secunda est, inter Nouellas Iustiniani, CLXIV, tertia, CLXI, quarta, CLXIII.

e) in Iuliani Antecess. Opp. et in plerisque editionibus Corporis Iuris, post Iuliani librum editum, vulgatis.

§. XXXIV.

HERACLII primum tres fuerunt Constitutiones, vna, *de fide*, altera, *de Iudaeis*, tertia, *de foro competente Episcoporum*, quarum argumenta graece primum Enim. Bonafidius^{a)} prodidit: eam vero, quae est de foro Episcoporum competente, Io. Leunclavius^{b)} et inde Henr. Instellus^{b)}, integram protulerunt: argumenta editioni Corporis Iuris ex Bonafidio inseruit Leuuenius. Eiusdem Heraclii ecclesiasticae sunt Constitutiones graece, *de numero Clericorum ecclesiae Constantinop. maioris, et Sanctae Deiparas, eorumque, qui officiis inseruiunt cum maioris*

ris ecclesiae, tum patriarchae^{l)}, item de non admit-
tendis, siue ordinandis Clericis in ecclesiis Constan-
tinopol. sine mandato patriarchae^{k)}, ac denique de
causis beneficiorum ecclesiasticorum, emolumentorum-
que impetrandorum^{l)}. Extat etiam eiusdem *Exposi-
tio siue Confessio Fidei*^{m)}.

f) *Bonif. Iur. Orient. p. 1. sq. Paris. ap. H. Stephan. a. 1573. 8.*

g) *Leunclau. Iur. Graec. Rom. [cura Marqu. Freheri, Francf. 1596. II. T. fol.] T. I. p. 73. sqq.*

h) *Iustell. et Voelli Biblioth. Iuris Canon. vet. [Lutet. Pa-
ris. 1661. II. T. fol.] T. II. p. 1361. sqq.* Notandus
hic est Brunquell. Hist. Iur. III, 1, 3. 4. qui ita scribit,
quasi et apud Bonofidium et Leunclauium, et apud
Iustellum omnia sint eadem, neque apud posteriores
vlla integra exhibeatur.

i) Edidit primus *Leunclau. Iur. Graec. Rom. T. I. p.
77. sqq.* inde *Iustell. Biblioth. Iur. Canon. vet. T. II.
p. 1366. sq.*

k) *Leunclau. Iur. Gr. Rom. Tom. I. p. 83. Iustell. l. c.
p. 1373. sq.*

l) *Leunclau. l. c. p. 81. Iustell. l. c. p. 1371. sq.*

m) in Actis Concilii Lateranens. A. DCXLIX. A. 3. de
qua v. Io. Guil. Berger. Diss. de Henoticis Orientis,
Vitemberg. 1723.

§. XXXV.

LEONIS, Iconomathi, trium Constitutionum
capita ad nostram memoriam peruenerunt, primum
de Hebraeis et Montanis, alterum de patrimoniis
templorum urbis Romae, et de capitatione infantum,
tertium denique de duabus filiis (περὶ δυνεγάτων)
praestandis prouinciarum administratoribus. Graece
protulit primus Enim. Bonofidiusⁿ⁾.

n) *Bonofid. Iur. Orient. p. 3.* Graece et Latine inde edita
sunt post Nouellas in Corpore Iuris *Leuueniano*, latine
autem in multis vulgaribus editionibus.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

CONSTANTINI, Copronymi, siue Caballini, Constitutionis, qua reliquiarum honorem, et sanctorum supplicationem vetuit, summa prodita est a Bonafidio ^o) Graeco.

- o) Bonafid. l. c. p. 4. Inde in Amstelaedamensi *Simoni van Leuwen* editione Corporis Iuris: latine autem in reliquis fere vulgaribus editionibus.

§. XXXVII.

NICEPHORI Constitutiones tres memorantur; primum de militia inopum, de charitativo et fumario et naucleris, et inuentione thesauri, et aliis quibusdam, deinde de foenore vetando, denique de uasis sacris et rebus ecclesiasticis ^p).

- p) v. summam earum graece ap. Bonafid. *Iur. Oriental.* p. 5. sqq. et in *Leuueniana* edit. latine in ceteris editionibus Corporis Iuris.

§. XXXVIII.

LEONIS Armenii, vna potissimum Constitutio, de Praefectio poenam adultero non irrogante, refertur ^q):

- q) Graece eius summa est ap. Bonafid. p. 7. et in edit. Corporis Iuris *Leuueniana*: latine in reliquis.

§. XXXIX.

THEOPHILI denique quinque capita litteris prodita sunt ^r): de imaginibus, de eiectione monachorum, de connubia Persarum cum Romanis, de tonsura capillorum, de poena raptoris equi ^s).

- r) Bonafid. p. 8. sqq. it. edit. *Leuuen.* Graece: Latine in ceteris.

- s) Hoc vltimum caput tamen non tam Constitutio est, quam decretum Imperatoris in causa singulari.

§. XL.

Satis de Constitutionibus horum Imperatorum, quarum plerisque post Iustinianum non ita magnae iuri civili factae sunt accessiones: ut quilibet facile ex argumento perspicere potest: ita, ut iurisprudentia Imperatorum a Iustiniani inde laboribus effocta, quasi exhaustis viribus, cessasse usque ad Basilium Macedonem videatur.

SECT. III.

De Iure Ciuili

sive

De auctoritate Iuris peritorum

ipsisque

Iureconsultis.

§. I.

Cum Iustinianus ad imperium perueniret, duae erant potissimum scholae, Berytensis et Constantinopolitana, in quibus iurisprudentiae quasi domicilium fixum esset, ita, ut inde non pauci, ut tum tempora erant, peritissimi iuris viri legi possent, qui libris iuris ciuilis componendis adhiberentur. Atque vtriusque auctoritas Iustiniani auspiciis consiliisque maiorem in modum effloruit^{a)}. Romana autem schola, dominatu Gothorum, etsi non plane erat extincta, quippe vnum haberet iuris expositorem^{b)}, tamen tanta laude et existimatione non florebat. Neque etiam, recuperata a Iustiniano Italia, anno DLIV, quamuis iuris Professoribus annonas pendi iusserit Iustinianus^{c)}, et dudum etiam post studium iuris

iuris ibi permanferit, inuafione Langobardorum facta, magnam dignitatem adipifci videtur potuiffe. Denique Berytenfis fchola^{d)}, duobus grauiffimis terrae motibus, fub ipfo Iuftiniani impetio plane oppreffa atque extincta: manfitque in fola vrbe Conftantinopolitana iurisprudenciae aliquod quali praefidium.

a) Venit enim Iuftinianus ius alibi, quam Beryti et in regijs urbibus doceri *Conft. ad Antecessores*.

b) Edictum regis Athalarici apud *Caffiodor. Var. IX, 21*.

c) *Pragm. Sanct. Pro petitione Vigilii cap. 22*.

d) *Agath. Hift. Iuftin. Lib. II. p. 47*.

§. II.

Iurisprudenciam autem ipfam Iuftiniani inftituto, compofito iuris ciuilibus Corpore, et certiozem, et faciliorem factam effe oportere, facile eft ad intelligendum. Iam vt ius a fe compofitum maiore cum fructu doceretur, viam et rationem Iuftinianus, quae antea obtinuiffet, aliquantum immutauit, quo fuis legum libris confiliisque effet adcommodatior^{e)}. Cumque per folitum ftudiorum quinquennium, fingulis annis ftudiofi iuris nouo nomine ornarentur: iftas omnes adpellationes reliquit, praeter primi anni nomen; voluitque, vt pro nomine *Dupondiorum* adpellarentur *Iuftinianiftae*^{f)}.

e) *Conft. ad Antecessores Omnem reip. §. 1. fqq.*

f) *Conft. laud. §. 2.* Vulgo, etiam in Pandectae Florentino, legitur: *Iuftiniani noui*: fed verum huius anni nomen haud dubie eft *Iuftinianiftae*, vt docet e libro fcripto *Chr. Gottl. Schwarzins Diff. an omnia Pandect. exempla e Florentinis manauerint, §. 16. p. 46*. Atque hoc nomen conuenientius eft: cum etiam tertio anno fimiliter adpellati fuerint auditores *Papinianiftae*.

§. III.

Studium Ictorum huius aetatis, praeter eos, qui componendo iuris Corpore adhibiti funt, omnium verfa-

versatum est, vel in scribendis iuris compendiis, vel imprimis in conficiendis librorum iuris civilis interpretationibus, siue versionibus Graecis.

§. IV.

Primum trademus de ICTIS, quorum studio et opera libri iuris civilis collecti sunt. In quibus haud dubie princeps fuit TRIBONIANVS *), qui gente Pamphilius, patre vsus Macedoniano ³⁾, scientia et doctrina, vt tum erant tempora, eximia summos in aula honores consecutus est, Magisterium Officiorum, Quaesturam sacri Palatii et Consulatum honorarium, vnde saepe *Exquaestor*, et *Exconsul* adpellatur ⁴⁾: summaque apud Imperatorem et auctoritate floruit et gratia. Ex bibliotheca sua instructissima libros ICTorum veterum suppeditauit, vnde *Digesta* confecta sunt. Ceterum vti doctrina, sic etiam vitis haud dubie excelluit: quorum eum cum alii, tum imprimis Procopius in *Anecdosis* arguit. Neque vero a plerisque criminibus facile est eum liberare.

*) Vitam Triboniani ex parte pertractauit Ioach. Andr. Heluigijs Diss. de Paganismo Triboniani, Gryphisw. 1728. 4.

g) *Protop. B. Pers. I, 21.*

h) h. e. vir Quaestorius, vir Consularis. Non enim potest vilo modo probari aut defendi opinio Chr. Gottl. Schwarzii, qui in *Schol. Philolog. ad prooem. Inst. c. II. p. 39. 40.* existimat, *Exquaestorem* esse primarium Quaestorem, *Exconsulem* autem, non qui Consulatum gesserit, sed eum, qui esset omnibus Consulibus eminentior: quam opinionem egregie refellit Ritter. *Comm. ad Nouell. I. Theodos. Cod. n. XX. [p. 6. seqq.]*

§. V.

Omitto CONSTANTINVM, Virum Illustrem, Comitem sacrarum largitionum, et Magistrum scriuili
R r libel-

libellorum sacrarumque cognitionum, ANATOLIVM, Virum Illustrem, Magistrum et Antecessorem Berytensem, CRATINVM, Comitem sacrarum largitionum et Antecessorem Constantinopolitanum, MENAM, PROSDOCIVM, EVTOLMIVM, TIMOTHEVM, LEONIDEM, LEONTIVM, PLATONEM, IACOBVM, CONSTANTINVM, IOANNEM, Patronos caussarum sedis Praefecturae Orientalis, quibus in Pandecte conficiendo vsus cum reliquis est Tribonianus ¹⁾): quorum nemo quidquam praeterea scripsit aut fecit, quod iurisprudenciae utile esset: igitur potius eos referemus, qui libris scriptis nomen illustrarunt suum.

1) *Const. Tanta §. 9.*

§. VI.

THEOPHILVS in his primum locum obtinet ^{*}). Is fuit Vir Illustris, Magister, et Antecessor Constantinopolitanus ^{**}), et a Triboniano inter praecipuos habitus, quorum opera in componendis Digestis, inprimisque Institutionibus, vteretur ¹⁾). Scripsit *Παράφρασις Institutionum Graecae* ¹⁾), quae hodieque extat, magno cum iurisprudenciae fructu ^{***}): quippe multa antiqui iuris eiusque historiae capita, ex veterum Ictorum libris, tum adhuc superstitibus, seruans. Primus eam Graece in lucem reuocauit Viglius Zuichemus ^m), latinam fecit Iacobus Curtius ⁿ): postea a Dion. Gothofredo ^o), et [emendata Curtii versione,] Car. Annib. Fabrotto ^p) bis, cum animaduersionibus edita est. Omnium tandem absolutissimam editionem debemus Gul. Ott. Reizio ^q): qui nouam versionem, omnesque omnium virorum doctorum commentarios, et animaduersiones, suasque adnotationes, et XX. Excursus doctissimos addidit ^{****}). Ex eiusdem Theophili *Graecae Pan-*

Pandectarum interpretatione siue Commentariis ¹⁾, et *Graeca titulorum de Verborum significatione et Regulis Iuris versione* ²⁾ fragmenta, quae supersunt, collegit, et cum sua latina interpretatione, notisque edidit idem Reizius.

*) vid. Io. Henr. Mylii Lib. sing. *Theophilus*, siue, *de graecarum iuris institutionum earundemque auctoris historia, aetate, auctoritate, factis, dolibus, naeuis*, Lips. 1730. m. 8. *Eiusd. Specim. Vindictiarum Theoph.* ibid. 1731. 4. In priori libro omnia congescit auctor, quae dici de illustri hoc Antecessore potuerunt, adeoque placuit Belgis, ut eum vna cum aliis opusculis denuo typis exscriberent. Coniunctim cum praefatione *de vita et scriptis Mylianis* edidit Gottlob Aug Ienichen sub titulo: *Io. Henr. Mylii Opuscula academica*, Lugd. Bat. 1738. 8. et inf. deinceps *Theophili Paraphrasi a Gul. Ott. Reizio editae*, *Excurs. III.* pag. 1038 — 1108. Io. Gottfr. Sammet *Coniecturae de Theophili vita et ἐπιτηδεύματι Institutionum*, Lips. 1750. 4. et in *Opuscul. varii argum. n. VIII.* p. 211. sq.

**) De huius pariter, ac reliquorum, quibus *Antecessorum* nomen ab Imperatore impositum fuit, munere eleganter exposuit Car. Frid. Walchius, V. C. Libr. sing. qui inscribitur: *Iurisconsultus Antecessor*, Ien. 1752. 8.

k) *Const.* Tanta §. 9.

l) Eidem Iustiniano Antecessori quidem plerique viri docti hanc Paraphrasin dudum tribuerunt: sed tamen cum eorum argumenta non essent extra dubitationis aleam posita, multi hunc Theophilum Paraphrascos auctorem in posteriorem aetatem reicere non dubitaverunt: et hanc ipsi quoque aliquando rationem secuti sumus. Res tandem omnis ad liquidum perducta firmissimis argumentis, Theophilus eiusque Paraphrasis adsertus aetati Iustinianae a Gul. Ott. Reizio in *Praef. ad Theoph.* edit. et in *Excurs. ult. ad Theoph.* cf. *Ruhnkenius praef. ad Thalelaei ceterorumque Gr. Ictor. Commentar. in T. III. Thef. Meermann.* et *Reizii praef. ad quatuor libros Basilic. in Meerm. Thesaur. T. V.* [iuit.]

***) Graece conuersis a Theophilo Institutionibus primus vsus est *Ang. Politianus Libr Miscellan. Basil. 1522. 8. Cap. LXXXIV. pag. 104. sq.*

m) *Basil. 1534. fol. Louan. 1536. 4. quam secutae sunt plurimae aliae editiones.*

n) *Lugd. 1581. 8. [Notandum, plures Theophili editiones latinas a Curtio publici iuris factas esse: Antwerp. 1536. 8. Pizouii 1539. 8. Brug. 1545. 12. Lugd. 1558. 12. Recusa deinde haec versio a Lud. Miraeo, Lugd. 1580. 12. et 1581. 4. adiecto textu graeco. Vide Eu. Ottonis Praefat. ad Tomum V. Thef. Iur. Rom. p. 14.]*

o) [*Geneu*] apud *Eustath. Vignon. 1587. 4. [Repetita Edit. 1598. et 1620. 4.]*

p) *Paris 1638. et 1657. 4.*

q) *Hagae Comit. 1751. II. Voll. 4.*

****) Theophili editionem antea parabant *Cornel. Siiben*, et, qui eum excepit, *Georg. d' Arnaud*: neuter tamen contilio satisfecit, vid. *Reizii Praef. ad Theoph. p. XI. Nec plane omittendus erat Io. Douiatius*, qui Opus Theophili latine edidit *Paris. 1681. II. Tom. 8. recus. Venet. 1738. 4. Neque enim solum Cuiacii, Fabrotti et suas notas addidit; sed et emendauit interdum Curtii et Fabrotti versionem. Subiunxit etiam Theophili Paraphrasin latinam Iust. Henn. Boehmerus Edit. Institutt. Iustin. Hal. 1728. 4. Ceterum omnium fere editionum historiam, virtutes, ac vitia exposuit Gul. Ott. Reizius Prodrum. Theophil. Excurs. IV. p. 1109. sq.*

r) quae fragmenta passim in Scholiis Basilicôn extant.

s) ex *Synopsi Basilicôn, Glossis Nonicis et Harmonopule*, aliisque:

§. VII.

THALELAEVS^{o)}, Vir Illustris, Antecessor Constantinopolitanus, idemque Triboniani, in Pandectis componendis socius, quem τῆς νομικῆς ὀφθαλμῶν nominauerunt veteres¹⁾, si non *versionem Graecam Pandectarum*²⁾, quod dubium red- dicitur a viris doctis³⁾, certe tamen *Commentarios in Digesta* edidit⁴⁾, et *Codicem*⁵⁾, *Novellasque* expo-

exposuit *). Hodie etiam extant Thalelaci quaedam Fragmenta Commentarii in titulos Digestorum et Codicis *de Aduocatis* *sive de postulando* et *de Procuratoribus et Defensoribus*, edita nuper cum latina interpretatione, et eruditis obseruationibus, inter aliorum ICtorum graecorum enarrationes, a Ruhnkenio ^{b)}).

*) Haloander inscribit Constit. Omnem ad Antecessores: *Thalaleaco*. Vbi recte, inquit Bronemannus. *Est enim sine dubio deriuatum nomen ἀπό θαλαῦ ἑλαιας, a ramo oliuae.*

f) v. Cuiac. *Obs.* XIII, 33.

u) v. *Suarez. Notit. Basilic.* §. 19.

x) v. *Ritter. ad Heinecc. Hist. Iur.* I, 402.

y) *Βασιλ. T. IV. p. 704.* v. *Reizii Memorab. ex Basil.* p. 1240. in *Excurs. XX. ad Theoph.*

z) *Βασιλ. T. II. p. 193. 487. 490.*

*) *Βασιλ. T. III. p. 370.*

b) [*Thalelaci, Theodori, Stephani, Cyrilli, aliorumque ICtorum Graecorum Commentarii in Tit. Dig. et Cod. de Postulando, sive, de Aduocatis: Ex Codice MC. Bibliothecae Lugduno-Batauae primum edidit, latine vertit, et castigauit Dan. Ruhnkenius in Meermanni Thes. Iur. Civ. et Can. Tom. III. init. et Thalelaci, Theodori, Stephani, Cyrilli, aliorumque ICtorum Graecorum Commentarii in Tit. Dig. et Cod. de Procuratoribus et Defensoribus, ibid. Tom. V. p. 105.*]

§. VIII.

STEPHANVS, caussarum patronus, iisdem Digestis componendis a Triboniano adhibitus, *Πανδέκτας εις πλάτος* vertit ^{c)}). Eundem forte esse eum, qui in *Βασιλικῶν* corpore propter versum Codicem *Καδικεύτης* adpelletur ^{d)}), suspicatur Freherus ^{d)}). Eius quaedam Fragmenta in titulos D. et C. *de Postulando sive de Aduocatis, et Procuratoribus, et Defensoribus* nuper edidit [Dau.] Ruhnkenius ^{e)}).

- c) *Matth. Blastares Syntagm. alphabeth. praef.* apud *Bevereg. Pandect. Canon. T. II. P. 2. init. Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 370. cf. Basil. T. IV. p. 565. et seqq.*
 *) Neque solum commentatus est in Codicem, sed exposuit quoque Institutiones, vid. *Gul. Ott. Reizius Excurs. XX. ad Theophil. p. 1232. sq.*
 d) *Erch. v. in Epist. Dedic. tor. Iur. Graec. Rom.*
 e) *Meerm. Thes. T. III. et V. [H. cc.]*

§. IX.

DOROTHEVS, Vir Illustris, Quaestorius, et in Schola Berytensi Antecessor celeberrimus *), idemque in Digestis, imprimisque Institutionibus, compendis Triboniani socius †), *Commentarios* ‡) *Digestorum* scripsit, non tamen τὸ πλάτος, ut opinatur *Fabrottus* †), et *Indicem Codicis* †).

*) cf. *Car. Frid. Wal hii Iurisconsultus Antecessor, ex variis iuris ciuilibus lotis descriptus, Icn. 1755. 8. §. XX. p. 68. sq.*

f) *Const. Tanta §. 9.*

g) *Βασιλικ. T. IV. p. 336.*

h) *Fabrott. Βασιλ. T. VI. p. 259. v. Reizii Memorabil. ex Basilicis in Excurs. XX. ad Theoph. p. 1234. voc. Anonymus.*

i) Is Ἰνδεξ nihil aliud haud dubie fuit, quam summa Legum, siue Epitome, contra quam videtur *Suarezus Notit. Basil. §. 28. et Fabricio Bibl. Gr. Vol. XII. p. 428.*

§. X.

ANATOLIUS, stirpe antiqua Ictorum Leontii, Eudoxii, ortus, Vir Illustris, Magister, et Antecessor Berytensis, idemque vauis ex Digestorum architectis †), *Commentarios in Digesta* †) scripsit, et *Codicem* †), hunc tamen interpretatus est *συνομματοροσ* †).

k) *Const. Tanta §. 9.*

l) *Βασιλικ. T. IV. p. 701. T. VII. p. 258.*

m) *Βασιλικ. T. I. p. 100. T. II. p. 360. 562.*

n) *Matth. Blastares l. c.*

§. XI.

THEODORVS, *Hermopolites* *), Antecessor Constantinopolitanus, *Codicem* interpretatus est *συντεταγμένως* °), *Commentarios* in *Digesta* scripsit P), et in *Nouellas* Iustiniani °). Fragmenta quaedam eius in titulos Dig. et C. de *Postulando*, *sive de Advocatis*, et *Procuratoribus*, et *Defensoribus*, cum Thalelaci aliorumque enarrationibus, edidit nuper Ruhnkenius †).

*) vid. *Gul. Ott. Rizii* Epist. ad Ger. Meermannum de *Theodoro Hermopolita*, eique adscripta *Synopsi et Ecloga Cod. Iust. Erotimatica*, in *Meermanni Thes. Iur. Ciu. et Can. Tom. VI.* p. 861. sq.

o) *Matth. Blastares* l. c. cf. *Βασιλ. T. II.* p. 364. 385. 485. *Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII.* p. 366. 563.

p) *Βασιλ. T. III.* p. 40. 42. 388. 390.

q) *Βασιλ. T. II.* p. 583. 585. f. Ex commentario in *Nouellas* locum insignem habet *Scrimger*. in *Nouell. Iustin.* p. m. 278. eumque laudat etiam *Eustath. περὶ χρονικῶν διατημ.* p. m. 539. *Cuiac. T. I. Opp. quae viuis fecit.*

r) in *Meerm. Thes. T. III. et V.* [ll. cc.]

§. XII.

CYRILLVS videtur *Digestorum* πλάτος edidisse °), et *Indicem Digestorum* †), vnde *Ἰνδικεύτης* dicitur †), et ad *Codicem Commentarios* *), et *Glossas Nomicas*, quae, quomuis sine dubio interpolatae a posterioribus et auctae ex Basilicis, hodiernum extant, [collectae] a Labbaeo, [et post illius obitum editae †).] Et huius quaedam in eosdem titulos Fragmenta in lucem protulit idem Ruhnkenius †).

s) *Βασιλ. T. VII.* p. 89. *T. IV.* p. 410.

t) *Βασιλ. T. II.* p. 190. 192.

u) *Βασιλ. T. III.* p. 184.

x) *Βασιλ. T. III.* p. 60. 61. sqq.

y) *Paris.* 1679. fol.

z) in *Meermanni Thes. Tom. III. et V.* ll. cc.

§. XIII.

ISIDORVS, Antecessor, edidit *interpretationem Digestorum* ^{a)}, et *Codicis* ^{b)}.

a) *Basil. T. II. p. 535. 553. 558. T. III. p. 53.*

b) *T. V. p. 365. T. VI. p. 211. 212. 213. v. Matth. Blasares l. c.*

§. XIV.

ATHANASIVS, Scholasticus, et Advocatus Emesenus, scripsit in *Nouellas Iustiniani Commentarios* ^{c)}, librum *de criminibus*, qui fuit in bibliotheca Ant. Augustini ^{d)}, et *Eclogam* siue delectum legum *ἐκ τῆ τῆ Κώδικος καὶ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῆ μεγάλης Ἰουστινιανῆ ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν παρατίλων*, qui liber est in bibliotheca Caesarea ^{e)}.

c) *Basil. T. II. p. 585. sq. T. III. p. 94.*

d) *Suarez. Notit. Basilic. §. XXVI.*

e) *v. Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 477.*

§. XV.

ΡΗΘΟΡΑΣ, Magister militum, Consularis ac Patricius, scripsit ad *Codicem* ^{d)}.

f) *Basil. T. VI. p. 286.*

§. XVI.

PHILOXENVS interpretatus est *Nouellas* ^{g)}. Huius etiam esse *Glossas Nomitas*, quae nomine *Philoxeni* hodieque feruntur, quamuis a posterioribus ex *Βασιλικῶν* libris, aliorumque interpretationibus, valde vel auctae vel interpolatae, propius verum est ^{h)}. [Collectae] hae Glossae sunt cum *Cyrilli* aliorumque glossariis a Car. Labbaco, [et post illius obitum editae ⁱ⁾.]

g) *Basil. T. II. p. 585. 586. T. III. p. 114. sq.*

h) *v. Praef. ad Glossar. Philoxeni et Cyrilli.*

i) *Paris. 1679. fol. de his aliisque Glossariis vid. Fabric. Bibl. Gr. Vol. IV. c. 36. §. 2. sq. Vsum autem*
et

et indolem veram cum horum, tum aliorum veterum glossariorum Gr. diligentissime et eruditissime ostendit [Io. Aug.] Ernesti Proluf. de Glossariorum Gr. vera indole et recto usu, Lips. 1742. quae Hesychio Io. Alberti praefixa est.

§. XVII.

ANASTASIVS interpretatus est *Digesta* ^{b)}).

b) Βασιλ. T. IV. p. 701. C. T. VIII. p. 258.

§. XVIII.

Restat ex ICTis Iustinianeorum temporum vnus, isque principalis, IULIANVS, Antecessor Constantinopolitanus, de quo nobis diligentius dicendum est. Nam is, qui ANONYMI vocabulo saepe in libris scholiisque Βασιλικῶν laudatur ^{l)}, et is, qui a studio quaerendarum et soluendarum ἐναντιοφωνῶν dictus est, Ἐναντιοφωνῆς ^{m)}, et si iisdem fere temporibus vixere, tamen cum incerti sint, nostrum studium non desiderant.

l) v. Reizii Memorab. ex Basilicis in Excurs. XX. ad Theoph. p. 1234.

m) v. c. Βασιλ. T. I. p. 70. Schol. 99. 100. Schol. v. Reizii Memorab. ex Basil. l. c. Ruhnkenii praef. ad veter. ICTior. interpret. in T. III. Thes. Macro. -

§. XIX.

IULIANVS igitur, Antecessor, non confundendus ⁿ⁾ cum Iuliano Patricio et Exconsule ^{o)}, nec cum eo, cui Priscianus libros suos inscripsit, post Iustiniani obitum circa annum Chr. DLXX. Nouellas Iustiniani ^{p)}, in compendium redactas latineque versas, edidit sub nomine *Epitome nouellarum*: quae in Occidente maximam auctoritatem nacta, diligenter a primis iuris ciuilibus instauratoribus lectitata, et nomine *Nonellarum Iustiniani* fere laudari solita est ^{q)}. Primum ab Ambrosio Camaldulensi, sub

nomine *Ioannis Consulis de variis quaestionibus*, Mantuae inuenta, in lucem edita est a Nic. Boerio, ICTo Galloⁿ⁾: quam secuta editionem est Ludouici Miraei editio plenior, et emendatior^{o)}, cui successit Ant. Augustini editio cum paratitlis, indicibus, variis lectionibus, et obscurorum verborum significationibus^{p)}: inde cura Franc. Pithoei repetita, et glossario variisque lectionibus locupletata prodiit^{q)}. Ceterum haec Epitome Nouellarum, quibus ipsae nouellae Iustiniani fastidio sunt propter nimiam verborositatem, commendari meretur: est enim concinna et elegans. Eiusdem Iuliani adhuc superest *Diffatum pro Consiliariis*, et *Collectio de tutelis*, quae cum Epitome ab Augustino et Pithoeo edita sunt^{r)}.

n) vti Heinecc. *Hist. Iur. I.* 408. et Eisenhart. in *Institut. Hist. iur. litter. p.* 58. faciunt.

o) v. *Ant. Augustin. praef. ad Iulian. Nouell.*

p) non tamen omnes, sed CXXV.

q) v. *Rittor. ad Heinecc. Hist. Iur. I.* 403.

r) *Lugd. 1512. Venet. 1537. 8.*

s) *Lugd. 1560. 8. Brug. 1565. 4.*

t) *Ilterdae 1567. 8.*

u) *Basilcae 1567. fol. et in Opp. Pithoeor. Paris. 1689. fol.*

x) item a Pithoeo cum *Collatione Legis Mos. et Rom. Heidelberg. a. 1656. 8.*

§. XX.

Iam producendi sunt ceteri, qui post Iustinianum floruerunt, aut scripserunt. Paulo post Iustinianum fuisse putatur incertus ille ICTus, qui *Brachylogum Legum*, veluti compendium, siue epitomen iuris Iustiniani, latine, et pro istis temporibus eleganter, scripsit^{*)}: editus is liber est cum doctis obseruationibus nuper ab Henr. Christ. Seackenbergio^{y)},

*) De

*) De aetate huius libelli, caeteroquin utilissimi, alia omnia iam constant, diuersa prorsus ab iis, quae Senckenbergius litteris consignauit. Primum enim *Christ. Saxius Onomast. litterar. Part. II. p. 537.* editionis antiquissimae, ipsi Senckenbergio non cognitae, titulum hunc profert: *Corpus Legum per modum institutionum ab incerto auctore in compendium redactum, ex vetustissima bibliotheca, ubi diutius latuerat, nuper inuentum, breuibusque annotationibus illustratum, Lovanii 1651. 8.* Deinde *Aug. Gul. Cramerus V. C. Dispund. iur. ciu. Suerini et Wismar. 1792. 8. Cap. XII. p. 96. sqq.* scribit, Brachylogum istum *Corpori Iuris, Lugd. 1549. fol.* edito, *Vol. V.* subiectum inueniri. Nouissime tandem principem Brachylogi editionem in *Io. Apelli*, qui eum *Lotharii Sax.* adeoque saeculo XII. compilatum esse contendit, *Isagoge Institutionum, Lugduni 1543. et 1553. 8.* typis iam excusum esse obseruauit *Püttmannus Miscellan. Cap. VII. p. 28. seqq.* cf. *Allgemeiner literarischer Anzeiger vom Jahre 1798. num. 120 et 121.*

9) [Inscribitur: *Brachylogus Iuris Civilis, siue, Corpus Legum paullo post Iustinianum conscriptum, cum notis Lud. Pesnoti, Pard. Prateii et Nic. Reusneri* edidit et emendauit *Henr. Christ. Senckenberg, Francof. et Lips. 1743. 4.*] ubi [et de antiquioribus huius libri editionibus, Lugdunensibus et Francofurtana,] et de auctoris aetate in praefamine docte disputat *Senckenbergius*, [qui quidem librum saeculo sexto conscriptum esse existimat, cum *Christoph. Saxius l. c.* saeculo decimo sexto demum id factum esse contendat.]

§. XXI.

Iam HEROS AMBLICHVS, qui laudatur a Stephano ²⁾, et GOBIDAS, siue CVBIDIVS, qui Cyrillum et Stephanum laudat ³⁾, scripsitque *πρωτάλειον* ⁴⁾, cuius etiam hodie supersunt quaedam commentaria in duos illos titulos, de quibus iam diximus, edita nuper a Ruhnkenio; LEO ANAMARZEVS, cuius interrogationem soluit Stephanus ⁵⁾, BESTES, Nouellarum interpres ⁶⁾, quorum omnium in Scholiis *Βασιλικῶν* sunt interpretationes, etsi eiusdem

dem fere aetatis esse videntur, multa tamen sunt, quae dubitationem etiamnum adferant.

z) Βασιλ. Τομ. III. p. 256. fin.

a) T. III. p. 182. A.

b) T. II. p. 633. A.

c) v. *Suarez. Notit. Basl. §. 27.*

d) *Harmenopol. p. 426. laudat. Nic. Commen. p. 372. Th. myst.*

§. XXII.

Hic, quoniam locus esse videtur, attingenda etiam est dubitatio illa, quae, quoniam in Βασιλικῶν scholiis, Thalelaei, Stephani, Anatolii, Isidori, Theophili, Dorothei, Theodori, Cyrilli, Athanasii, aliorumque, quos in hac aetate collocauimus, interpretationes, quasi ad Βασιλικῶν libros factae, ponuntur, aetatem eorum vel in posteriora tempora reiicit, vel certe dubiam reddit. Ea sic facile dissoluitur. Aut ipsi Βασιλικῶν collectores, aut Glossatores Βασιλικῶν, antiquorum istorum iuris Iustiniani interpretum interpretationes ad illa Βασιλικῶν capita retulerunt, ex suis quaeque libris excerpta^e). Neque alia potest ratio reddi. Plerorumque enim, saltem illorum priorum, aetas tam certo ad Iustiniani tempora pertinet, vt dici contra nihil possit^f).

e) v. *Reizii Excurs. ad Theophil. p. 1233. Ruhnkensii praef. ad Thalelaei, Cyrilli, Stephani ceterorum commentarios in tit. de postulando ceterorum, T. III. Thes. Murmanniani.*

f) v. *Reizii Excurs. XX. ad Theoph. p. 1242. seq. [adversus quem plura monuit, nouisque adeo argumentis, horum interpretum aetatem in tempora longe post Iustinianum reiiciendam esse demonstrauit Ios. Simonius Assermanus Bibliotheca Iuris Orientalis, canonici et ciuilibus Lib. II. Romae 1762. 4. Cap. XX. pag. 400. sqq.]*

§. XXIII.

Eorum vero omnium, etsi in rebus iudicandis hodie nullus usus est, ad interpretationem tamen iuris Iustiniani, cuius magna est auctoritas, summam utilitatem esse ac prope necessitatem, auctoritas maximorum et summæ existimationis interpretum dudum probavit §).

g) v. *Eckharti Hermeneutic. Iuris Lib. I. Cap. VII.* [p. 500. sq. edit. Walch. Edit. nouiss. p. 570. sqq.]

§. XXIV.

Vt taceamus PARATITLA h), quae statim post Iustinianum, aut etiam viuo illo, a ICTis ad usus suos confecta sunt, quorumque exempla hodie reperiuntur: non possumus hoc loco praeterire νόμους στρατιωτικὰς ἐν τῷ Πέφθ, quas edidit primum Sim. Schardius cum Eustathio et Legibus Rhodiis i), deinde auctiores Leunclauius k). Eas leges militares collectas his fere temporibus ab aliquo Graeco ICTo, existimo, propterea, quod apud Schardium inscribuntur περὶ στρατιωτικῶν κατατάξεων, καὶ ἐπιτιμίων Ἰουστινιανῆ βασιλείως: is esse putatur Iustinianus II. Cum vero apud Leunclauium, pro Iustiniano, ex *Rufa* esse dicantur, non equidem ex P. Rutilii Rufi veteris ICTi legibus militaribus eas seligendas curasse Iustinianum II. l), sed a Rufo quodam, temporibus Iustiniani II. collectas existimem.

h) de *Paratitlorum* indole v. *Menag. Amoen. Iur. Ciu.* p. 89. sqq.

i) *Basileae* 1561. 8.

k) in *Iur. Gr. Rom. Tom. II.* [p. 249. sq. et in *Vegetii Epit. Instt. rei milit.* cum obseruat. *Stewechii*, Lugd. Bat. 1607. 4.]

l) vti existimat *Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII.* p. 490.

§. XXV.

§. XXV.

Eiusdem aetatis et rationis sunt Νόμοι γεωργικοί κατ' ἐκλογὴν βιβλίων τῆς θείας λήξεως 1851-52, editi primum ^{m)} graece et latine a Balduino cum commentario, deinde a Schardio ⁿ⁾, tandem a Leunclauio ^{o)}. Has igitur leges rusticas collectas Iustiniani II. temporibus existimo. Similes etiam subiiciuntur leges rusticae Harmenopuli Promtuariorum.

m) *Paris.* 1542. 4. cum Nouellae Iustiniani primae versione, et commentariis.

n) *Basil.* 1561. 8.

o) *Iur. Gr. Rom. T. II.* [p. 256. sq.] e Fr. Pithœi bibliotheca. [cf. *Dissert. de re militari seu, de quibusdam legibus rom. ad utramque militiam, sacram scilicet ac profanam pertinentibus, in Supplemento Thes. Meermann.* p. 531. sqq.]

§. XXVI.

Forte sub idem tempus compilatae vndique et confictae *Leges Rhodiorum nauticae*, de quibus iam supra diximus ^{p)}: fortassis ab eo ΔΟCΙΜΟ, ΙCΤΟ, cuius *Sententia*, quando Legibus Rhodiorum nauticis locus sit, ex libro eius quodam iuridico Legibus Rhodiorum in fine subiicitur ^{q)}. Certum est, non esse genuinas; sed fraude suppositas ^{r)}.

p) v. *Lib. II. cap. II. Sed. I.* §. 98.

q) *Leunclau. Iur. Graec. Rom. T. II.* [p. 265. sq.]

r) v. *Bynkershoek. Exerc. ad L. Ἀξιῶσις cap. 8.*

§. XXVII.

Corollarii quasi loco iuuat hic breuiter dicere de iis libris, quibus *Leges Imperatorum Romanorum* cum Canonibus ecclesiasticis componuntur et comparantur: neque enim abhorret a nostro instituto: cum multa ibi repèriantur ad pleniorum et vberiorum cognitionem iuris Romani. Eius generis σύστημα vocatur Νομοκανών. Ad eam rationem Episcopi orientales

tales adducti sunt propterea, quod Iustinianus Imp. Codicem Canonum uniuersae ecclesiae sua auctoritate confirmauerat, ac suarum legum numero iusserat haberi ¹⁾, multasque ecclesiasticas constitutiones ediderat. Primus Νομικανόνος auctor est IOANNES, Antiochenus, scholasticus, scriptor *collectionis Canonum* ²⁾, qui a Iustiniano Patriarcha Constantinopolitanus creatus est anno Christi DLXIV. Hic Νομικανών primum editus est a Iustellis ³⁾. Multos alios huius generis libros adhuc ineditos latere in Bibliothecis, intelligitur ex Indicibus. Atque haec quidem de Iurisprudentia horum temporum haecenus.

1) Nou. CXXXXI. cap. 1.

2) quae falso tribuitur Theodoro, Cyri episcopo, et sub huius etiam nomine olim laudabatur. Sed eam esse Ioannis Scholastici, docuit Iustell. in praef. eiusque nomine edidit in *Biblioth. Iur. Canon. T. II.* [p. 603. sq.] cf. *Fabric. Bibl. Gr. Vol. IX. p. 158.*

3) *Biblioth. Iur. Canon. vet. T. II.* [p. 789. sq.] de eo v. *Fabric. Bibl. Gr. Vol. X. p. 158. sqq.* [et *Mastricht. Hist. Iur. Eccl. p. 171. sqq.*]

CAPVT II.

DE

IVRISPRVDENTIA NOVISSIMA

A BASILIO MACEDONE

VSQVE AD EXCIDIVM

CONSTANTINOPOL.

SECT. I.

De Statu Publico.

§. I.

Nouam orditur rerum seriem stirpemque BASILIVS MACEDO*), rara felicitate factus ex equisone Imperator, anno Christi DCCCLXVII^a). Is, creato Augusto filio CONSTANTINO, et paullo post etiam altero LEONE, e quibus ille viuo patre fato functus, hic superstes mansit, Manichaeos, et Saracenos iustis proeliis fregit**): ius civile extendere adgressus est. Reliquit etiam librum, qui inscribitur *Paraenesis ad Leonem filium*^b). Princeps legum ac iustitiae studiosissimus, in pauperes liberalis, ceterum paullo crudelior, casu mirabili periit, anno Chr. DCCCLXXXVI^{***}), imperio functus annos XIX.

*) Historiam huius Imperatoris persecuti sunt *Constantin. Porphy.* in *Vita Basil. Maced.* p. 115. et *Cedrenus* in *Vit. Basil.* p. 437. sq. ed. Ven.

a) v. *Pag. Diff. Hypat.* P. III. c. 4. p. m. 359.

***) Bellum cum Manichaeis gestum describunt *Constantin. Porphy.* *Vit. Basil.* p. 123. sq. et *Cedrenus* p. 447. sq. de

de Saracenis leg. *Constantin. Porphy. l. c. p. 133. sq. Cedrenus p. 452 — 459. ed. Ven. et Pagius ad ann. 878. n. 15. sq.*

b) Editus est graece et latine *Paris. 1584. 8.* [adiectus etiam *Agapeti* editionibus nonnullis et *Bandurji Imperio Orientali*. De editionibus v. *Fabricii Bibl. Gr. Lib. V. cap. V. Vol. VI. p. 572. sq.*]

**) v. *Leo Chronogr. Vit. Basil. p. 373. Simeon Logoth. pag. 339. et Georg. Monach. Vit. Basil. pag. 406. ed. Ven.*

§. II.

Et mortuo, imperium tenuit LEO *), ob artium studia cognominatus *Sapiens* sine *Philosophus*. A Bulgaris magnam calamitatem passus est **); ceterum in emendando constituendoque iure civili, insignem operam posuit ***). Consulatam autem ****) plane occidere passus est c). Variis iactatus fortunae aut perfidiae casibus, obiit anno Chr. DCCCCXI, imperii XXVI: Constantinumque filium impuberem, septem annorum, reliquit heredem *****). Princeps doctissimus pro istis temporibus scripsit libros *τακτικῶν* *****), et librum *de aucupio* d).

*) vid. *Car. Frid. Zepernick Praetermiss. de vita, rebus gestis et constitut. Leonis, in Casp. Achat. Beckii Lib. sing. de Nouellis, Hal. 1779. m. 8. p. 209. sq.*

**) cf. *Simeon Logoth. Vit. Leon. p. 346. Georg. Monach. Vit. Leon. p. 412. sq. Leonis Chronogr. p. 379. et Zonaras p. 139. ed. Ven.*

***) v. *Matth. Blastares Praefat. ad Syntagm. Alphab. in Gul. Beuererii Synod. Oxonii 1676. fol. Tom. II. pag. 1. sq. et repet. in Fabricii Bibl. Gr. Vol. XII. p. 370.*

****) Sed priuatorum Consulatus, Iustino II. imperante, iam desierat, vid. *Corippus de laudib. Iustini Minor. Lib. II. v. 351. sq. et III. Zepernick l. c. pag. 265. sq.* Hinc de Consulatu honorario, quem Leo una cum missilium erogatione post annum Christi nongentesimum prorsus sustulit, solum intelligenda est *Novella XCIV*, e qua plerumque abrogatae dignitatis argumentum petere solent: nam Consulatus perpetuus,

Constantino Porphyrog. imperante, demum exoleuit, anno incerto, cf. *Onuphrius. Lib. I. Fastor.*

c) v. *Pag. Diss. Hypat. P. III. c. 4. §. 13. et §. ult.*

*****) Designato antea successore ALEXANDRO, Leonis fratre, qui, suscepto per tredecim menses imperio, anno Chr. DCCCCXII, periit, sola Bulgarorum in romanos agros incursione memorabilis, v. *Leonis Chronogr. Vit. Alexand. p. 387. Georg. Monach. p. 421. et Zonaras p. 143.*

*****) Editi sunt a Io. Meursio graece et latine *Lugd. Bat. 1612. 4.* De his et pluribus eius libris, qui scripti adhuc seruantur in bibliotheca Vaticana leg. *Fabric. Bibl. Graec. Vol. VI. p. 367.*

d) in biblioth. *Ant. Augustin. n. 228.* fuit.

§. III.

CONSTANTINVS, cognomento *Porphyrogenetus* *), impubes imperium nactus, variis tutorum suorum, aliorumque fraudibus obnoxius vixit. Nam ROMANVS quidem *Lecapenus*, data in matrimonium filia, Caesar ab eo creatus, quo solus aut certe sine pari regnaret, contento, aut insuper habito, Constantino Augusto, filium suum Christophorum diademate ornat **); ac paullo post duo alios filios ***). Inde fere solo nomine Porphyrogenneti Constantinus contentus esse, et pingendis imaginibus operam dare coactus. Interim respublica Graecorum incursionibus aut victoriis barbarorum valde vexata. Respexit tandem fortuna Constantinum, et rempublicam: Romanus cum filiis suis in exilium missus, iustae vindictae soluit poenas. Inde Constantinus, adscito in imperii collegium filio Romano II, rempublicam constituere coepit. Artes liberales paene intermortuas, propositis etiam praemiis, ad vitam quasi reuocare ****), iurisque prudentiam et ius civile quasi de nouo condere. Aduersus hostes non ubique felix: variis alienorum insidiis superstes, tandem fraude filii Romani,

mani, qui habere imperium, quam expectare, mallet, periit anno Chr. DCCCCLXI ****). Doctus princeps fuit, qui etiam nonnulla scripserit, veluti librum de *Thematibus Orientis et Europae* e), *Notitiam imperii*, siue de regno administrando ad filium f): item *περὶ ταξιδίων βασιλικῶν* g): item *de militia* h): ac denique *Ceremoniale aulae Constantinopolitanae*, quod e libro scripto prodiit Lipsiae i) *****)). Fieri ex historicis curauit Epitomen pragmaticam, in titulos siue locos communes LIII diuisam, vnde titulus *de Legationibus* adhuc extat h).

*) cf. *Io. Henr. Leich Comm. de vita et rebus gestis Constantini Porphyrogen. Imp. Byzantini*, Lips. 1746. 4.

***) Anno DCCCXX. v. *Simeon Logoth. in Constant. p. 360.* ed. Ven. *Georg. Monach. Vit. Romani pag. 429.* et *Contin. Incert. Vit. Rom. p. 185.* Romanus ipse antea *Pater Imperatoris* salutatus fuit, quae dignitas, Graecis *βασιλοπατορία* dicta, et, Leone Philosopho imperante, inuecta, haud dissimilis Romanorum Patriatiui, maioris tamen ordinis fuit, vid. *Pachymeres lib. I. c. 27.*

****) Stephanus nimirum et Constantinus, qui, pace cum Bulgaris inita, anno Chr. DCCCXXIII Imperatores facti, v. *Simeon Logoth. pag. 363.* et *Georg. Monach. p. 434.*

*****) Veterem imprimis obeliscum, ex Aegypto aduectum, in Circo posuit, cuius carmen graecum colosso inscriptum ediderunt *Bandurius Antiquitt. Constantinopol. Lib. VII. p. 181.* et *Gyllius in Topographia Urbis Lib. II. cap. 12.*

*****) v. *Contin. Incert. in Constantin. p. 219.* et *Cedrenus p. 502.* ed. Ven.

e) editus et conuersus est a *B. Vulcanio*, [qui librum primum tantum, et *Morelli* anno 1609. librum secundum edidit: sed vtrumque post *Io. Meursium* coniunctim exhibuit *Anselmi Bandurii Imperium Orientale.*]

f) is liber scriptus fuit in *bibliotheca Palatina*: et in *bibl. reg. Paris.* v. *Cösaub. praef. ad Polyb. p. m. 15.*

g) cuius meminit *Wolf.*

h) is codex fuit in *bibl. Ant. Augustini.*

5) cura Reiskii: [eius *Tomus I.* editus est Lipsiae a. 1751. *Tomus II.* ibid. a. 1754.]

*****) Extat adhuc Eius *Narratio de vita et rebus gestis Basilii Macedonis*, inserta *Symmizis Leonis Allatii Libr. poster. p. 1. sq.* Caeterum de omnibus, quos conscripsit, libris cf. *Fabricius Bibl. Gr. Vol. VI. p. 486. sq.*

6) Edita haec *Excerpta Legationum* partim ab *Versino* et *Hoeschelio*, partim a *Valesio*.

§. IV.

SUCCESSOR ROMANVS III, parricida, non aetate magis, quam moribus, puer, imperium flagitiose administrauit. Res militaris tandem restituta per Nicephorum Phocam, qui post eum regnauit, et res aduersus barbaros egregie gestae *). Exactis posthaec duobus annis, moritur Romanus, relicta Anastasia Theophano cum duobus filiis, DCCCCLXIII.

*) v. *Zonaras p. 154. sq. ed. Ven. Incert. Contin. in Roman. p. 223. Cedrenus p. 503. et Pagijs ad an. 961.* quo anno, prostratis Saracenis, Nicephorus Phocas Cretam, insulam, occupauit.

§. V.

NICEPHORVS PHOCAS,¹ mortuo Romano, cum exercitui praecesset, insidiis a Bringe cubiculario petitus, suae tutelae causa necessario Imperatoris dignitatem adsumsit; quam vt firmaret, Augustam Theophano viduam in matrimonium duxit*). Barbaros, inprimis Saracenos, egregie deuicit: at, exorto propter Siciliam, et Calabriam, inter eum et Ottonem Imperatorem occidentalem bello, inferior discessit, multum attrito eius exercitu, et Calabria tributaria Ottoni facta est **). Propter auri atque pecuniae cupiditatem et rapacitatem omnibus odio fuit, et execrationi: tandemque anno Christi DCCCCLXIX, insidiis ac fraude Ioannis Zimiscae, qui post eum imperator fuit, noctu occisus est.

Cete-

Ceterum etiam librum *περὶ στρατηγιῶν*, siue *de re militari* ¹⁾, reliquit.

*) cf. *Cedrenus pag. 506. sq. ed. Ven. et Zonaras pag. 155. seqq.*

**) vid. *Leo Diaconus*, scriptor Byzantinus, apud *Pagium ad an. 965.*

1) Codex scriptus olim fuit in *biblioth. Palatina.*

§. VI.

IOANNES ZIMISCES, multis cum aduersariis atque perduellibus conflictatus, multis etiam cum barbaris bellis gestis, superior fuit *). Tandem insidiis Basilii Eunuchi veneno sublatus est an. Chr. DCCCCLXXVI; redditumque imperium stirpi Basilii Macedonis Constantino et Basilio, filiis Romani iunioris.

*) v. *Leo Diaconus l. c. ad an. 970.* ex quo profus emendandi sunt *Zonaras p. 160. sq. ed. Ven. et Cedrenus.*

§. VII.

BASILIVS iunior, et CONSTANTINVS, *Porphyrogeneti*, auito imperio recepto, cum alios intestinos, tum externos hostes habuerunt: inprimisque Bulgaros: quos tandem feliciter debellarunt. Tributi genus *Ἀλληλέγγυον* inuenerunt. Basilio mortuo, anno Chr. MXXV, Constantinus solus tres annos imperavit. Vterque non admodum bene domi rem administravit. Nam Basilius quidem rerum gestarum fortuna tandem sustulit animum; opibus ac pecuniis struendis vnice intentus, eruditionem ac litteras plane neglexit: ac terrore magis inuitis, quam bonitate volentibus maluit imperare. Constantinus autem turpissimum ventris ac Veneris mancipium, ludis, ac theatris deditus, in vilia ac barbara mancipia prodigus, in optimos quosque tenax,

summo odio flagrauit, sibi que rebelles excitauit. Tribus ante mortem diebus Romano Argyropulo filiam Zoen, in matrimonium, simulque imperium quali dotale, tradidit.

*) leg. *Cedrenus* p. 535. sq. ed. Ven. *Zonaras* p. 170. sq. et, qui *Leonis Diaconi* historiam continuauit, *Michael Psellus* in *Pagii annal.* ad an. 976. sq.

§. VIII.

ROMANVS IV, *Argyropulus* a liberalitate siue prodigalitate, quam primis imperii annis exercuit, dictus, anno MXXVIII, imperium suscepit*). Cum barbaris rem male gessit: qua fortunae asperitate, exasperatus ipse, ut amissa pensaret quodammodo, mutatis moribus, factus est, ex opum contemptore, acerbus debitorum fiscalium exactor, et pecuniae auidissimus. Post quinque annorum administrationem, imperium, unde acceperat, perdidit. Zoe enim vxor, Michaelis Paphlagonis amore percita, per hunc sustulit eum e medio, adulterumque in toro et imperio collocauit.

*) vid. *Zonaras* pag. 181. sq. et *Cedrenus* pag. 567. sq. ed. Ven.

§. IX.

MICHAEL IV, *Paphlago*, anno Chr. MXXXIV, Imperator factus, sex annos regnauit: totum autem istud sexennium omnis generis calamitatibus, fame, siccitate, pestilentia aliisque, infestum fuit: neque foris melius administrata res (est *). Tota Sicilia et Italia, exceptis paucissimis urbibus, amissae. Neque aliter fieri poterat, Imperatore, propter morbum fonticum, omnibus publicis fere negotiis abstinente, rebusque omnibus aliorum, aut imperitorum, aut improborum, ministerio permissis. Tandem ingrauescente in dies morbo, de consilio Ioannis spada-

spadonis, fratris sui, Imperator vxori dedit negotium, vt Michaelem Calaphatem sororis suae filium, adoptaret: Imperator eum Caesarem adpellat. Paulo post monasteriui ingressus moritur:

*) cf. *Elmacin. Hist. Saracen. Lib. III. c. 4. sq. Cedrenus p. 569. et Zonaras p. 185. sq.*

§. X.

MICHAEL V, *Calaphates*, homo improbus, ingratus, et in suos cognatos saeuus, eodem anno MXLI, quo ad imperium adscenderat, quatuor mensibus exactis, furore ciuitatis deturbatus imperio est *); reuocata Zoe, quae in exilium ab eo pulsa erat.

*) cf. *Zonaras pag. 191. sq. et Cedrenus pag. 568. sq. ed. Ven.*

§. XI.

CONSTANTINVS igitur XI, *Monomachus*, a Zoe tori et imperii consors eodem anno factus, multum calamitatis passus est a Russis, ac Turcis, prouincias vastantibus, ac tantum non urbem oppugnantibus *): quibus ipse quodammmodo aditum patefecerat, detractis praesidiis limitaneis, ne stipendium soluere necesse foret. Mortuo ej, anno MLIV, successit THEODORA, Zoës Augustae soror, vnumque annum imperauit **). Inde MICHAELEM VI, *Stratioticum* anno MLVI, decrepitum iam senem, creauit Imperatorem ***); qui rerum gerendarum et benevolentiae colligendae rudis, breui post, contra ipsum a viris militaribus creato Imp. ISAACIO *Comneno*, imperio excidit anno Chr. MLVII. Isaacius autem, cum aerarii replendi causa bona ecclesiastica accidisset, donationes ab antecessoribus factas rescidisset, spectro territus, post biennium imperium abdicatum anno Chr.

MLIX, tradidit Constantino Ducae, seque monasticæ vitæ inancipauit ***)).

*) v. *Cedrenus* p. 590. sq. ed. Ven. *Zonaras* p. 195. sq. et *Nicephorus Bryenn.* lib. I. cap. 8. sq.

**) De eximio iustitiæ administrandæ studio aliisque Theodoræ virtutibus v. *Michael Psellus* l. c. ad an. 1054. *Cedrenus* p. 618. et *Zonaras* p. 205.

***) v. *Cedrenus* p. 629. sq. *Zonaras* p. 209. et *Michael Psellus* l. c. ad annum 1057.

****) v. *Zonaras* p. 211. *Cedrenus* p. 629. et, qui ipsi adiectus legitur, *Io. Scylitzes Curopalate:* p. 631. ed. Ven.

§. XII.

CONSTANTINVS XII, *Ducas*, ingenio paullo tardiori, siue sua, siue amicorum auaritia, remp. pessumdedit. Nam viros militares, quod nimium stipendium poscerent, sacramento soluit *). Itaque cum Vzi, gens Scythica, magna vi, imperium inuasissent, nullæ erant militum copiae, quibus defenderet: actumque de eo fuisset, nisi pestilentia barbaros absumsisset. Obiit anno Chr. MLXVII, imperii potestate Eudoxiæ, et quatuor filiis **) *Caesaribus* relicta.

*) vid. *Curopalat.* p. 636. et *Zonaras* p. 216. sq.

**) Non quatuor, sed tres tantum habuit filios, *Michaslem*, *Andronicum* et *Constantinum*: a quibus si discesseris, fratrem adhuc suum, *Ioannem*, *Caesarem* dixit *Constantinus Ducas*. cf. *Nicephorus Bryennius Comnenar.* lib. I. c. 5. et 6.

§. XIII.

Eudoxia vero Constantini vidua, cum republica virum postulare videretur, ROMANVM V, *Diogenem*, maritum et Imperatorem facit *). Is cum Turcas, adsiduos imperii hostes, egregie vicisset, captus tandem ab iis est, dimissusque priuignorum conspiratione imperium ac vitam perdidit anno Chr. MLXXI **).

*) leg.

*) leg. *Curopolat.* p. 640. sq. et *Zonaras* p. 217. ed. Ven.

**) v. *Curopolat.* p. 658 — 661. *Nicephorus Bryennius* lib. I. c. 18. usque ad finem, et *Psellus in Pagio ad an.* 1071.

§. XIV.

MICHAEL VII, *Ducas*, paternum scelere nactus imperium, nullius nec ingenii, nec peritiae homo, republica male tractata*), creato CONSTANTINO XIII, *Duca*, filio Imperatore, post septem annos perit, anno Chr. MLXXVIII.

*) cf. *Curopolat.* pag. 662. sq. *Zonaras* pag. 224. sq. et *Bryennius* lib. II. c. 2. sq.

§. XV.

Inde CONSTANTINVS XIII, *Ducas*, et NICEPHORVS *Botoniates*, tres annos imperant*). Sequitur ALEXIVS *Comnenus*, anno Chr. MLXXXI, nouo nomine *Σεβασουράτωρ* adpellatus**). Eius regnum nobilitatum est Expeditione Latinorum siue Francorum *Sacrata*, quam *Cruciatam* vocant***): in qua, quamuis multis difficultatibus, etiam ipsius Graecorum Imperatoris Alexii fraudibus, conflictati, tandem Hierosolymis et Palaestina potiti, atque Godfridus Bullioneus primus rex Hierosolymorum creatus anno Chr. MXCIX, cui frater Balduinus deinde successit. Alexius obiit anno Chr. MCXVIII.

*) De horum imperio leg. *Bryenn.* lib. III. c. 18. sq. et lib. IV. *Curopolat.* p. 673. sq. *Zonaras* p. 229. et *Anna Comnena Alexidd.* lib. I. p. 13. sq. ed. Ven.

**) Hoc nomen, *Isaaco* fratri ab ipso tributum, mediam ab eo tempore Imperatorem inter et Caesarem dignitatem constituit, v. *Anna Comnena* lib. II. p. 66.

***) cf. *Scriptores a Bongarho* sub titulo: *Gesta Dei per Francos*, Hanouiae typis Wechelianis 1611. II. Tom. fol. editi. *Anonymus de bell. sacr.* in *Mabillon* *Mus. Ital.* T. I. Part. II. p. 130. *Anna Comnena* lib. X. p. 224. sq. et *Zonaras* p. 236. sq.

§. XVI.

Ei successit filius IOANNES, *Comnenus*, vulgo *Calo - Ioannes* dictus. Aduersus Turcas, aliosque barbaros feliciter rem gessit *). Latinis in Syria dominantibus, inuidia quadam, eripere prouincias conatus **), in Cilicia mortuus est anno Christi MCXLIII, relicto imperio Manuelli, filio natu minori.

*) cf. *Nicetas Choniates Vit. Ioan. p. 7. et Cinnamus Hist. Lib. I. p. 3. ed. Ven.*

***) v. *Choniates p. 21. sq. ed. Ven. et Guilielmus Tyrius Hist. bell. sacr. Lib. XIV. et XV.*

§. XVII.

MANVEL *Comnenus*, perfidia et astutia, quam virtute, melior, vt Latinorum siue Francorum expeditionem nouam, cui inuideret, irritam faceret, summam rei Christianae securim iniecit: multumque a Latinis acceptum damni est *). Neque haec ipsi Manuelli fraus paruo stetit. Inde, iuncta cum Latinorum principibus orientalibus amicitia, expeditionem in Aegyptum suscepit. Sed frustra fuit. Obiit anno Chr. MCLXXX.

*) cf. *Nicot. Choniates Lib. II — VII. et Cinnamus Lib. III. sq.*

§. XVIII.

Successit ALEXIVS III, *Comnenus* *), qui cum nondum in suam tutelam venisset, ab iis, qui tutelam vel gerebant, vel simulabant, male tractata respublica, ipse vero tandem anno Chr. MCLXXXIII interfectus est a tutore suo ANDRONICO, qui inde imperium rapuit **). Sed cum omnia scelere et crudelitate improbilissimus tyrannus inpleret, post vnus anni imperium occisus est ***).

*) cf.

*) cf. *Nicet. Choniat. Vita Alexii* p. 119. ed. Ven. et *Guil. Tyrius Lib. XXII, c. 10. sq.*

**) v. *Nicet. Choniat. Vita Andronici* p. 145. sq. ed. Ven.

***) Fuit tamen Princeps liberalis et doctus, cuius adeo *Dialogus contra Iudaeos* graece extat, teste *Lambecio Bibl. Vindobon. T. V. p. 170*; et latina versio in *T. XIV. Bibl. PP. Max. edit. Colov. et T. XXVI. edit. Lugd. vid. Fabric. Bibl. gr. Vol. VI. p. 394.*

§. XIX.

Sequitur **ISAACIUS Angelus**, anno Christi **MCLXXXV**; regnat annos nouem *). Eo imperante, anno **MCLXXXVII**, Hierosolymae a Saladino, duce Turcarum, Christianis ereptae, cum maxima prouinciarum a Latinis occupatarum parte, in ditionem Turcarum venerunt. Neque Friderici imperatoris expeditio noua rem restituit **). Mortuus enim Fridericus in Oriente, res omnes, omnia conata, destituit. Isaacius autem cum ab internis hostibus, tum a barbaris, multum damni passus, a fratre Alexio tandem oculis ac regno priuatus est.

*) cf. *Nicet. Choniat. Vita Isaaci Ang. et du Fresne Famil. Byzant. cap. XXXII. p. 165. sq. edit. Ven.*

**) vid. *Epistola de expedit. cruciat. in Vrsifio Part. I. p. 560. et Tageno de expedit. Afiat. in Frcheri Scriptor. T. I. p. 7. sq.*

§. XX.

ALEXIUS IV, Angelus, fraude et scelere partum imperium in anno Chr. **MEXCV** *). Homo voluptatibus atque libidinibus deditus, aduersus barbaros rem male gessit: quos sibi importunitate naturae parauerat intestinos hostes, fraude atque dolis plerosque interemit: tandem vero vindictae diuinæ poenas soluit. Nam Isaacius Angelus, quamuis oculis priuatus, cum liberiori exilio uteretur, persuadet filio Alexio, ut a Latinis opem, atque reductionem

nem in regnum, petat. Hi ingenti cum classe ad-
 vecti, Byzantium occupant, Alexioque tyranno in
 fugam coniecto, Isaacium Angelum, quamvis ex-
 coecatum, cum filio ALEXIO, *Angelo*, anno Chr.
 MCCIII, in sede regia reponunt **). Neque tamen
 a liberatoribus ipsis temperatum iniuriis est. Nullum
 non genus sceleris et flagitiorum editum in Byzan-
 tinos; coniuventibus etiam Imperatoribus Graecis:
 in quos denique ipsos civium suorum furor incubuit.
 Strangulatus est Imperator Alexius, post sex men-
 sium imperium ***). Inde ALEXIVS *Ducas Mur-*
zuphius imperium adreptum, duoque menses reten-
 tum, relinquere coactus est Latinis anno Christi
 MCCIV ****). E Latinis BALDVINVS *Flander*
 creatur Imperator, regnatque XI menses *****).
 Comnena vero familia Trapezuntem in Ponto occupat;
 Theodorus Lascaris Niceae in Asia imperat *****).
 Atque haec sunt tempora imperii Constantinopolitani,
 quibus perturbatissimus status esset, et respublica
 quasi interitum properaret suum.

*) Vitam huius Imperatoris tribus libris descripsit *Nice-*
tas Choniates p. 242. ed. Ven.

***) cf. *Ville-Hardouin de la Conqueste de Constantinople*
 p. 12. sqq. ed. Ven.

****) v. *Nicet. Choniat.* p. 296 — 298. et *Raynaldi ad*
annum 1204.

*****) v. *Nicet. Choniat. Vit. Alex. Duc.* p. 299. *Georgius*
Acropolit. Hist. p. 3. sq. et *Chron. compendiar.* p. 84.
 ed. Ven. nec non *Baldwinus Epist. ad uniuers. Christi*
fidel. apud *Arnold. Lubecens.* Lib. VI. cap. 20.

*****) cf. *Ville-Hardouin. l. c.* p. 43. sq. *Nicet. Chon.*
de rebus post expugnat. urb. p. 314. sq. et *Riusd. Vita*
Balduini p. 335.

******) v. *Georg. Acropolit. Hist.* p. 5. sq. ed. Ven. Cao-
 terum Theodorum Lascarem excepit IOANNES III.
Ducas, Vatatzes, anno MCCCXXII, de quo v. *Georg.*
Acropol. p. 13. et *Niceph. Gregor. lib. II. cap. I.*

§. XXI.

Balduino Flandro, intra annum occiso, Byzantii successit filius HENRICVS anno Chr. MCCVI, imperavit annos X*). Inde anno Chr. MCCXVI, PETRVS *Altissiodorensis*, usque ad annum Chr. MCCXXII, quo ei successit filius ROBERTVS**): quo mortuo imperium tenuit BALDVINVS II, filius***), ab anno Chr. MCCXXIX, usque ad annum MCCLXI, quo tempore finem habuit Byzantinum Latmorum imperium.

*) De hoc imperatore leg. *Ville-Hardouin l. c. p. 74. sq.* *Nicephorus Gregoras lib. I. c. 3. sq.* et *Georg. Acropolit. p. 6. sq.*

***) De Petro cf. *Georg. Acropolit. p. 10. sq.* *Chronicon fossae nouae* et *Richard. de S. Germ. Chron. ad ann. 1217. in Murator. Scriptor. Rer. Ital. Tom. VII. De Roberto, cuius historia multis adhuc obscuritatibus laborat, optime scripsit du Fresne Histoire de Constantinople lib. III. c. 36 — 43. ed. Ven.*

***)) Non filius, sed frater Roberti fuit, v. *Georg. Acropolit. p. 19.* et *Nicephorus Gregoras Lib. IV. cap. 2.* Serius autem diademate ornatus est *Baldinus*, qui usque ad annum MCCXXXIX Imperii heredem se nuncupauit, v. *Raynaldus ad an. 1239.*

§. XXII.

Nam MICHAEL *Palaeologus*, cum IOANNIS IV, *Ducas*, post obitum THEODORI Iun. *Ducas**), qui patri IOANNI *Ducas* Niceae [ab anno MCCLV usque ad annum MCCLIX] imperanti successerat, constitutus esset tutor**), noctu Byzantium cum parua manu per cuniculos ingressus, Balduinum Imperatorem salutem fuga quaerere coegit, firmatisque sibi opibus, et Ioanne suae tutelae commisso excoecato, ipse Imperator salutatus est. Regnavit annos XXIV***). Ab eo familia Palaeologorum imperium Orientale usque ad excidium Byzantii tenuit.

*) De

*) De eo vid. *Georg. Acropolit. pag. 45. sq. et Niceph. Gregoras Lib. III. cap. I.*

**) cf. *Georg. Acropolit. p. 66. sq. et Niceph. Gregor. cap. 3.*

***) De Michaele Palaeologo rebusque, eo imperante, gestis omnino conf. *Pachymeres Lib. I. cap. 20. — Lib. II. cap. 10.*

§. XXIII.

Eius filius ac successor ANDRONICVS Senior *Palaeologus*, imperium nactus anno MCCLXXXIII, imperauit annos quinquaginta *). Neque hoc diuturno tamen imperio inagni fuit. Multa in ecclesia discidia, ingens a Turcis vastitas prouinciis, clades exercitibus illata; atque tota prope Asia occupata. Tandem senex etiam nepoti Andronico ludibrio fuit, qui ei inuito imperium extorsit **). Paulo post moerore consumtus est.

*) v. *Pachymeres Vita Andronici Lib. II. sq. et Niceph. Gregoras Lib. VI. cap. 3. sq.*

**) cf. *Ioan. Cantacuzenus Lib. I. cap. 6 — 18. et Nicephor. Gregor. Lib. VIII. cap. 3. sq.*

§. XXIV.

ANDRONICVS II, *Palaeologus*, imperium suo ereptum iniit anno Chr. MCCCXXXII. Homo flagitiosissimus, et omnibus vitiis coopertus, inutilis fuit reipublicae *). Octo annis in summa potestate exactis moritur, filio impuberi Ioanni tutore constituto Ioanne Cantacuzeno.

*) De eo vid. *Io. Cantacuzenus Lib. II. et Niceph. Gregoras Lib. IX. p. 212. sq. edit. Ven.*

§. XXV.

IOANNES V, *Palaeologus*, patri successit anno Chr. MCCCXLI. Hunc tutor, Ioannes Cantacuzenus, propemodum ab omni imperio remouit dignitatem-

tatemque Augustalem vsurpauit *). Tandem ea potestate a Ioanne Imperatore exutus, et monasticam vitam sequi coactus est **). Eo regnante, mirum in modum Turcarum potentia opesque in Europa creuerunt ***).

*) cf. *Niceph. Gregorius Lib. XII. c. 8. sq.* et *Io. Cantacuzenus Lib. III. cap. 16. sq.*

***) Anno MCCCLV, abdicauit imperio *Io. Cantacuzenus*, quod *Io. Palaeologus* solus ex eo iniit, v. *Niceph. Greg. Lib. XVII.*

****) cf. *Io. Cantacuzenus Lib. IV. c. 16. sq.* Nec filere prorsus debuisset *Bachus* filium natu maiorem, **ANDRONICVM IV**, qui, facta in patrem coniuratione, ab anno MCCCXC regnauerat, vid. *Chalcocondylas Lib. I. p. 16. ed. Ven. et Ducas cap. 12.*

§. XXVI.

EMANVEL II. Palaeologus [post **ANDRONICVM IV.**] tractus imperium est anno Christi MCCCXCII *). Ei succedit **IOANNES VII. Palaeologus**, filius, anno Christi MCCCCXXV **): huic vero **CONSTANTINVS XIV**, anno MCCCCXLVIII, vltimus Byzantinorum Imperator ***). Nam anno Chr. MCCCCLIII. a Turcis capta Constantinopolis ****), ipsi imperatori exitium, imperio Romano in oriente finem, attulit.

*) cf. *Chalcocondylas Lib. II. p. 32. ed. Ven. Phranzes Lib. I. cap. 19. Ducas cap. 13. sq.*

***) vid. *Chalcocond. Lib. V — VII. et Ducas cap. 29. seqq.*

****) leg. *Phranzes Lib. II. cap. 19. sq. Ducas cap. 32. sq. et Chalcocondylas Lib. VII. p. 142. sq. ed. Ven.*

*****) vid. *Phranzes Lib. III. c. 17. Ducas c. 39. ibique Bullialdus. Leonardus Chiensis de captiuitate Constantinop. et Cantimir p. 149.*

S E C T. II.

De Constitutionibus Imperatorum

siue.

de Basilicis, atque Nouellis Impp.

§. I.

Magna rerum legumque mutatio a Iustiniani inde temporibus facta erat: et promulgatis subinde Nouellis ab Imperatoribus, a Ictis editis in ius Iustinianicum commentariis copiosis, magna legum multitudo, et iuris ciuilibus varietas, siue inconstantia inualuerat: ipsorum denique librorum iuris Iustiniani locum auctoritatemque in foro occupauerant interpretationes Graecae, et interpretum opiniones. Itaque non post Christum natum saeculo, Basilio Macedoni Imperatori necessitas reipublicae flagitare videbatur nouam iuris ciuilibus correctionem.

§. II.

Eam in rem **BASILIVS** primum ipse Constitutiones nouas edidit: e quibus nonnulla hodie capita supersunt, veluti duo capita *περὶ δικασῶν*, et *περὶ σήμερον τῶν ἀγιδμῶν*^a): item *de quartis nuptiis, de concubinis non habendis, de personis, quas matrimonium contrahere cogi possint, et de benedictione nuptiarum clam non facienda*^b): item aliarum capita sex^c), quorum quatuor priora pertinent ad hereditatem ex causa intestati, reliqua duo ad caedis consulto factae poenas, et ad ius patriae auctoritatis in nuptiis filiae *XXV. annis maioris*^d): extat item eius integra Constitutio, qua cauit, ut iurandum in litibus disceptandis, omnino non adhiberetur, sed omnes contractus et pacta consenta, per scripta

scripturas testibus praesentibus, fierent *): quae omnia edita sunt a Frehero.

- a) apud *Benefid.* p. 12. et ad calcem *Nouellarum* in ed. *Leuueniana* p. 279.
- b) in *Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. I.* p. 86.
- c) nam septimum etiam est inter priora illa quatuor de personis, quae ad matrimonium cogi possunt.
- d) *Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. II.* p. 134. sqq.
- e) *Leunch. Iur. Gr. Rom. T. II.* p. 135. sq.

§. III.

Tum vero suscepit totum ius ciuile in meliorem ordinem modumque redigere: eamque in rem publicauit *Πρόχειρον τῶν νόμων*, siue *Ἐκλογὴν* quandam, quadriaginta titulis constantem^{f)}, a Chr. DCCCLXXVI*). Ea Ecloga scripta adhuc seruetur in bibliotheca Caesarea Vindobonensi^{g)}, aliisque**); diuersis tamen nominibus Imperatorum inscribitur***).

f) non sexaginta titulis: ut *Cuiac. Obs. VI.* 9. alique existimant. v. *Lambec. Catal. Biblioth. Vindobon. VI.* p. 19. [et *Constant. Harmenopulus in Praefat.*]

*) Quod tamen non est certum; initio imperii id fecit teste *Cedreno*, v. *Ritter. ad Heinecc. I.* 404. coepit autem regnare a. 867. cf. *Constantin. Porphyr. Vit. Basil.* p. 121. ed. Ven. et *Cedrenus* p. 446. Eam Eclogam cum versione latina et notis quibusdam olim edere voluit *Gottfr. Mascouius*, eiusque prima plagula iam typis descripta fuit. Sed librarii culpa a proposito rursus destitit. Interim hanc plagulam speciminis loco typis repetendam curauit *Püttmannus Mem. Mascou.* Lips. 1771. m. 8. p. 119. seq.

g) Neque hoc *Πρόχειρον* confundendum est cum alio eiusdem generis, cuius [prioris] partem edidit *Freherus* in *Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. II.* p. 79. sqq. de hoc paullo post [§. XII.]

***) Vaticana nimirum ac Lipsiensi senatoria: sed mihi quidem videntur esse diuersae editiones diuersis temporibus ab Imperatoribus editae.

T t ***) In-

***) Inscriptio codicis manuscripti, qui in bibliotheca Lipsiensi Senatoria asseruatur, haec est: *Eclogas legum, iussu Leonis et Constantini Impp. ex Institutionibus, Digestis, Codice et Nouellis Iustiniani excerptas, accurantibus Ruso, Pinalio et Rhodione.* De eo codice consulendus est Ritterus ad Guthrii *Histor. cathol. Part. V. Tom. I. p. 493. sq.* qui, re penitus perspecta, Eclogas istas Basilio plane non vindicandas, sed recentiori demum aetate post libros Βασιλικῶν conscriptas et Isagoges in ipsas Constitutiones instar editas fuisse contendit.

§. IV.

Institutum vero ab eo opus τῶν Βασιλικῶν Διατάξεων, perfecit demum filius LEO *Philosophus* circa annum Chr. DCCCLXXXVI*), vsus opera Sabbathii Protospathariiⁿ). Circa annum Christi CMX.^{**}) deinde CONSTANTINVS *Porphyrogenitus* (vt de Βασιλικῶν auctoribus vno tenore dicamus) nouam τῶν Βασιλικῶν Ἀνακρίθασιν, hoc est *Basilica repetitas praelectionis*), siue denuo recognita atque emendata, edidit^{***}).

*) Ea est opinio virorum doctorum, nulla alia ratione nixa, quam quod eo anno patri in imperio successit. v. Ritter. ad Heinecc. I, 404. Hinc Basilica, moriente Basilio, ad finem fere perducta, circa a. DCCCLXXXVII. promulgata videntur Ill. Zepernickio in *Practermis. de Vit. et Const. Leonis, Sed. III. §. XII.*

b) v. Matth. Blastares ap. Fabric. *Bibl. Gr. Vol. XII. p. 371.*

***) Annus vix potest definiri: per ea tamen, quae docuit Chr. Frid. Pohlius, V. Ill. ad *Suarez. p. 49. sqq.* haec Basilica ante annum CMXLV non sunt promulgata.

3) v. Cuiac. *Obs. VI. 9.*

***) Vnde illae Leonis dicuntur priores. v. Freher. in *praef. ad Ius Graec. Rom.* Historiam harum constitutionum enarravit Ios. Maria Suarezius *Notitia Basilicῶν*, Romae 1637. 8. praefixa Basilicis a Car. Ann. Fabrotto editis, Tom. I. et a Iac. Alb. Fabricio *Bibliothecae graecae Tom. XII. p. 467. sq.* inserta notisque illustrata. Extat etiam in Iac. Gothofredi *Manuali Iuris*, Amst. 1663. 12. nec non in *Corpore Iuris Leuueniano*. Edita est

est nuperrime cum doctissimis animadversionibus Viri, cultiori Themidi pulcherrime litantis, *Chr. Frid. Pohlii*, Lips. 1854. m. 8. Commendandus insuper *Io. Iensius*, cuius *Librorum Basilicorum ulterior notitia ac plurima commendatio*, praefixa legitur postremae editioni *Striſtur. ad Rom. Iuris Pand. et Cod.* Lugd. Bat. 1764. 4. Nonnulla nuper exposuit *Ill. Zepernick Praet. termiff. de vita et constit. Leonis Scſ. III. §. XII.*

§. V.

Βασιλικῶν corpus in sex τεύχη, siue volumina, et sexaginta libros tributum ^{k)}, modo ἐξηκοντάβιβλος, modo ἐξάβιβλος, adpellatur. Collectum id est et compositum ex Graecis, quibus tum utebantur, Institutionum, Pandectarum, et Codicis versionibus ^{*)}, non tamen iisdem semper, sed variis ^{l)}, ex Nouellis Iustiniani, et tredecim Edictis, ex Ictorum Graecorum in ius Iustinianum commentariis, Paratitlis, aliisque libris, ex Sententiis Patrum et Conciliis, ex Imperatorum, Iustinianum secutorum, Constitutionibus et Legibus ^{m)}, et denique ex Ἐπαρχικαῖς et Ῥωμαῖκοῖς ⁿ⁾. Eam tamen rationem tenuerunt, quemadmodum par erat, vt omitterent, ac mutarent ea, quae ab usu essent remota, vel aliter constituta nouis constitutionibus ^{o)}.

k) *Matth. Blastares* l. c.

*) Sunt tamen inscriptiones et subscriptiones Legum in Pandectis et Codice collectarum omissae.

l) modo ex versione κατὰ πόδα, modo ex alia κατ' ἐπιτομὴν, modo ex alia κατὰ μέσην τάξιν, aut ex παραφράσεις: vnde Iustiniani iuris sententia modo contractius, modo latius, modo de verbo ad verbum exhibetur in Basilicis. v. *Eckhard. Hermeneut. Iur. I, 7.*

m) v. *Suarez. Notit. Basilicor. §. 17. sqq. in Leuven. ed. Corp. Iur.*

n) v. *Cuiac. Obs. VI, 10.*

o) v. *Bynkershoek. Obs. VIII, 17. p. 519. De ratione Βασιλικῶν cf. Io. Iensii Vltior Notitia Basilicorum in Striſturis ad Iuris Rom. Pand. p. 40. sqq. praefat.*

§. VI.

Hi *Βασιλικῶν* libri integri ad nostram aetatem peruenerunt *), eosque vniuersos olim possedit Cuiacius P): nondum tamen omnes editi sunt. Nam primum Gentianus Heruetus *sex* tantum libros latine⁹): deinde libri *sexagesimi* interpretationem latinam Cuiacius¹): libros hos a Gentiano Herueto et Cuiacio versos²) apud Wechelios Dion. Gothofredus: librum XXXVIII, et XXXIX, a Iac. Cuiacio conuersos, cum indice titulorum libri XXXVIII, XXXIX, XL, XLI, XLII, Car. Labbaeus³): tandem vero omnes sexaginta libros ex bibliotheca regia Parisiensi Car. Ann. Fabrottus⁴) edidit, graece, et cum interpretatione Cuiacii, et, vbi haec deficiebat, sua. Sed tenendum est, hic tantum XLI. libros integros adparuisse **): ceteros autem *vnde viginti* *), a Fabrotto editos, non esse ipsos illos, vti a Leone et Constantino profecti, *Βασιλικῶν* libros, sed a Fabrotto ex Synopsi *Βασιλικῶν*, Theodori Hermopolitae scholiis, Harmenopulo, aliisque iuris Graeci interpretibus, vtcunque congestos et quodammodo restitutos ***). Neque enim in bibliotheca regia inueniebantur ****): et Fabrottus, cum ex Suaresii Notitia Basilicorum scire deberet, vniuersos *Βασιλικῶν* libros, Cuiacio mortuo, ad Petr. Fabrum peruenisse, et penes huius heredes esse, supina quadam negligentia, vel obliuione, inde consequi omiserat. Qua re cum ingens iurisprudenciae iactura facta sit, Gerardus Meermannus egregie meritus est de iuris scientia, eum quatuor ex illis nondum editis libris, nimirum libr. XLIX, L, LI, et LII, e bibliotheca regia Parisiensi impetratos, in lucem reuocauit⁵): vt hodie tantum quindecim libri desiderentur.

*) cf.

- *) cf. *Ant. Franc. Payenus Prodr. Iustin.* (Paris. 1665. 12.) *Part. III. §. 5.* cuius Notitia Codicis Βασιλικῶν imprimis legenda, et *Lud. Iul. Frid. Hoepsneri*, *Progr. Praetermissa quaedam de Basilicorum libris*, Giesae 1774. 4. Primam Βασιλικῶν mentionem fecerunt *Greg. Haloander* et *Vigl. Zuichemus*.
- ρ) Cuiacium omnes Basilicorum libros possedisse cum scholiis Graecorum interpretum, refert *Broeus* in *Chronolog. hist. totius iuris.* cf. *Suarez. Notit. Basil.* §. 32. eo mortuo ad *Petr. Fabrum* peruenerunt; post cuius mortem quo peruenerint, non constat. Neque enim omnes eruti sunt.
- q) Nempe libros XLV, XLVI, XLVII, XLVIII, integros, et XXVIII, XXIX, mutilos: *Paris. 1557. fol.* ex bibliotheca *Ant. Augustini*.
- r) *Lugd. 1566. fol.* s) *Hanou. 1598. et 1606. fol.*
 t) *Paris. 1609. fol.* u) *Paris. 1647. fol. Voll. VII.*
- **) Neque hi quidem, sed tantum XXXVII integri, II per fragmenta, et reliqui XXI ex aliis libris graecis occurrunt. cf. *Meermannus Praefat. ad Tom. II. et ad Tom. VII. in Addend. Thes. Iur.* Sed multo accuratius compertum dedit *Hoepsnerus Progr. laud.* cuius ex sententia integri adsunt XXXIV libri, nempe I. III. IV. V — XV. XX — XXIX. XXXVIII — XLII. XLV — XLVIII. LX: non plane integri, quamuis authentici, V, nempe lib. II. XVI. XVII. XVIII. et XXX: haud authentici tandem reliqui XXI.
- *) Libri nempe XIX, XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV, XXXV, XXXVI, XXXVII, XLIII, XLIV, XLIX, L, LI, LII, et reliqui usque ad LX.
- ***) cf. *Ant. Franc. Payenus Prodr. Iustin. Part. II. §. 5. Sect. 4.* vbi Rubricae Codicis Basilici exhibentur.
- ****) Contrarium docet ipsius Cuiacii Epistola anno 1568 Augustae Taurinorum scripta et a *Gustavo Hugone*, V. C. ex autographo edita in commentariis, qui inscribuntur: *Civilistisches Magazin Vol. III. Fasc. II. p. 251. sqq.*
- γ) in *Thesaur. Iur. Ciu. et Canon. T. V. p. 1. sq.* cum interpretatione latina, et adnotationibus *Guil. Ott. Reizii*, qui de iis in *praef.* agit. [Ii ipsi libri vna cum aliis ad fontes Iuris Postiustinianei spectantibus separatim quoque editi deprehenduntur in *Supplemento Operis Basilici Fabrotiani cura Guil. Ott. Reizii, cum comment. Thalelaci, Theodori, Stephani, Cyrilli, edit. Rubnkenio, Lugd. Bat. 1767. fol.*]

§. VII.

Qui *Βασιλικῶν* libri etsi nullam vim legum, auctoritatemque in rebus litibusque disceptandis nullam habent, tamen ad interpretationis et emendationis in libris iuris Iustiniani facultatem vberissimi sunt, atque vtilissimi *): ex iisdemque Cuiacius et summi quique interpretes egregia interpretationis vel emendationis subsidia et adiumenta habuerunt. Quos ut imitentur ii, qui ad eandem iurisprudenciae elegantioris laudem adspirant, optabile est.

z) v. *Viglii Zuichemi* praef. ad *Theoph.* in ed. *Reiz.* et *Eckhard. Hermeneut. Iur. I, 7.*

§. VIII.

Iam ad Constitutiones Imperatorum Nouellas post *Βασιλικῶν* promulgationem editas reuertimur. Principes sunt Nouellae Constitutiones LEONIS *Philosophi*, ab anno Chr. DCCCLXXXIX, vsque ad ann. DCCCCXI, numero CXIII. editae *), et *ἐπανορθωτικαὶ καὶ ἀρρέσεις* adpellatae *): quibus Leo instituerat quam plurima iuris Iustiniani capita corrigere. In quo eam rationem secutus est, ut fere singula capita singulis constitutionibus amplecteretur, diligenterque rationibus et argumentis confirmaret. Graece primum editae sunt ab Henr. Scrimgero ^{b)}: latine redditae ab Henr. Agylaeo ^{c)}: inde vero Leuvenianae Corporis Iustiniani editioni graece et latine, et multis aliis latine tantum adiectae post Nouellas Iustiniani reperiuntur. Ceterum eas Nouellas Iac. Cuiacius ^{d)}, et Iac. Gothofredus ^{e)}, ne in Oriente quidem Leonis aetate auctoritatem habuisse arbitrati sunt, exceptis his, quae de iis capitibus sancirent, de quibus ante nihil esset cautum. Sed vanam hanc esse sententiam, facile intelligas. Neque testimonia ab viris doctissimis producta tantam habent auctoritatem, quantam iis adrogant ^{f)}:

*) Tot

- *) Tot quidem hodie supersunt, sed plures editas fuisse ex eo patet, quod *Theodorus Balsamo Comment. ad Photii Nomocanonem* laudauerit *Nouellam Leonis CXVII.* cf. *Car. Frid. Zepernick V. Ill. ad Casp. Achat. Beckii* lib. singul. de *Nouellis Leonis p. 58: et Eiusd. Praeterm.* in *Mantissa Commentatt. p. 294.*
- a) *Indicem harum Nouellarum v. apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 409. sqq.*
- b) *Parif. [loci non mentio in titulo] 1558. fol. ap. Henr. Steph. vna cum Iustiniani Nouellis, et Edictis, et Iustini Tiberiique constitutionibus.*
- c) *Basil. 1661. 8. **) cum Nouellis Iustiniani cot.*
- **) Sed hanc Agylaci versionem *Parisiis 1560. 8. typis Henr. Stephani* excusam esse, testatum fecit *Ill. Zepernick*, qui *Praetermiss. de vita et constit. Leonis, Sect. III. §. XIX.* perraram hanc editionem diligentissime descripsit. *Commentarii instar proposuit etiam Christ. Lud. Scheid Excursionones in argumenta Nouellarum quarundam Imp. Leonis dicti Philosophi, Gottingae 1737. 4.*
- d) *Cuiac. Obs. XVII, 31.*
- e) *Gethofr. Manual. lat. p. m. 71. sq.*
- f) v. *Bynkershoek. Obs. IV, 1. [Cum eo tamen conferendus Io. Theoph. Segerus Diss. de Leonis Philosophi Constitutionum Nouellarum auctoritate, Lips. 1767. 4.]*

§. IX.

Quam vero hodie in iudiciis auctoritatem, quemue usum habeant, quaerenti *), recte ita respondeas, vt neque nullas, neque omnes receptas esse dicas **).

- *) cf. *Io. Theoph. Segerus Diss. l. §. V. seqq.*
- g) Hanc in rem egregia est *Casp. Achatii Beckii* *Diss. de Nouellis Leonis, earumque usu et auctoritate, Ien. 1726.* [Eam repetiit, suisque animaduersionibus auxit *Car. Frid. Zepernick*, *Hal. 1779. m. 8.* Adiecit egregiae huic editioni *Vir Ill. non solum Praetermissa de vita et constit. Leonis p. 293. et p. 403. Coniecturas, quibus ex causis Nouellae Leonis Sapientis in Germania receptae dici nequeant, sed et Io. Frid. Olearii Progr. de valore Nouellarum Leonis, quatenus cum statu reipublicae nostrae conueniunt, Lips. 1708. 4. impressum, p. 392. sqq. inseruit.]*

§. X.

Promulgauit idem Leo quoque Constitutiones *τακτικὰς* atque *militares*, et speciatim *naumachicas*^{b)}: quarum omnium cautiones ac sanctiones Imperator doctissimus ex superiorum Imperatorum, Augusti, Traiani inprimis et Hadriani, legibus militaribus potissimum retulisse putatur.

- h) de quibus omnibus vid. *Fabric. Bibl. Gr. Vol. VI. p. 368. sqq.* Constitutiones ipsas primum latine conuersas edidit *Io. Checus Bas. 1554. 4.* deinde graece quoque, adiectis quibusdam castigationibus, vulgauit *Io. Meursius, Lugd. Bat. 1612. 4.* denique *Aeliani Tactici a Sixto Argerio* adiunctae sunt ibidem 1613. 4.

§. XI.

Eiusdem LEONIS cum fratre ALEXANDRO ab XI. Mai. A. Christi DCCCCXI, ad VI. Iun. DCCCCXII, Constitutiones duae sunt, vna *de iudiciis*¹⁾, altera *de locatione praediorum emphyteuticorum orphanotrophei*, recondita in orphanotropheo²⁾. Idem Imperator Leo quoque ordinauit constitutione singulari *thronos ecclesiarum Patriarchae Constantinopolitano subiectarum*³⁾.

- i) Apud *Bonifid. Iur. Or. p. 14. Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. I. p. 103.* et ad calcem Nouellarum in editione *Leuueniana n. 230. Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 416.*

- k) *Leunclau. T. I. p. 102.*

- l) quae dispositio est cum scholiis ap. *Leunclau. T. I. p. 88 sqq.*

§. XII.

Eiusdem LEONIS et CONSTANTINI *Porphyrogennetae* auctoritati adrogatur *ἡ Ἐκλογὴ τῶν νόμων*, quae partim edita est *) a Frehero^{m)}: non confundenda cum *Προχείρω* Basilii Macedonis ineditoⁿ⁾.

*) Omnia

- n) Omnia alia habent *Christfr. Waechter Opuscul. p. 589. Guil. Otto Reiz. ad Armenopol. Praef. p. 10. et Car. Frid. Zepernick V. C. Praetermiss. l. c. p. 376. Errat Bachius*; nam tituli XXVIII, quos euulgauit *Leunclavius*, non ad Leonis Eclogam Legum, sed ad Basilii *Πρόχειρον τῶν νόμων* pertinent, adeoque si praefationem et titulorum indicem exceperis, inedita adhuc latet haec legum ecloga. vid. *Chr. Frid. Pohlus Vir. Ill. Obseruat. ad Suarezii Notit. Basil. p. 76. sqq.*
- m) *Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. II. p. 79. sqq.* in cuius margine adscriptum est, editam eam esse a *Chr. 838.* perperam: cum ne *Basilus* quidem *Macedo* illo anno imperauerit: sed demum ab anno *Chr. 867.* Inde tamen haud dubie *Heinecc. Hist. Iur. I, 404.* et alii confundentes *Πρόχειρον τῶν νόμων Basilii Macedonis* cum hac *Ecloga* **) in errorem lapsi sunt, cum statuunt, *Basilii Macedonis Promtuarium* factum esse anno *Chr. 838.*
- **) De ea nemo diligentius exposuit Litteratissimo mihi-que Amicitissimo *Pohlus l. c. p. 35. sqq.*
- n) v. supra hac Sect. §. III. Ceterum alia *Leonis 'Εκλογη* fuit in Bibliotheca Palatina, opus meris definitionibus constans. v. *Suarez. Notit. Basil. §. 11.*

§. XIII.

A ROMANO Seniore ab anno *Chr. DCCCCXIX,* usque ad a. *DCCCCXLIV,* plurimae sunt Constitutiones promulgatae: quarum nonnullae extant, veluti, *de emtionibus praediorum a potentioribus non contrahendis* o), et *de potentioribus ad emtionem praediorum non admittendis,* eodem exemplo p), *de rescindenda venditione* q), ex *Nouella περί τῆ μὴ εἰσέγεσθαι τῆς κριτῆς εἰς χωρίων κτήσεις* caput r), item *de rescindenda venditione, et de iure προτιμήσεως* s).

o) apud *Freher. in Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. II. p. 155.*

p) *Leunclau. T. II. p. 158. sqq.* quam emendatiorem, cum obseruationibus quibusdam edidit *Car. Labbaeus* ad calcem *Obseruationum in Synopsis Basil.*

q) *Leunclau. T. II. p. 165.*

r) ap. *Bonifid. p. 24.* et ad calcem *Nouellarum* in ed. *Leuuenian. p. 281.*

s) *Bonifid. p. 25.* et ad calcem *Nouellar. ibid.*

§. XIV.

§. VII.

Qui *Βασιλικῶν* libri etsi nullam vim legum, auctoritatemque in rebus litibusque disceptandis nullam habent, tamen ad interpretationis et emendationis in libris iuris Iustiniani facultatem vberissimi sunt, atque vtilissimi *): ex iisdemque Cuiacius et summi quique interpretes egregia interpretationis vel emendationis subsidia et adiumenta habuerunt. Quos ut imitentur ii, qui ad eandem iurisprudentiae elegantioris laudem adspirant, optabile est.

z) v. *Viglii Zuichemi* praef. ad *Theoph.* in ed. *Reiz.* et *Eckhard. Hermeneut. Iur. I, 7.*

§. VIII.

Iam ad Constitutiones Imperatorum Nouellas post *Βασιλικῶν* promulgationem editas reuertimur. Principes sunt Nouellae Constitutiones *LEONIS Philosophi*, ab anno Chr. DCCCLXXXIX, vsque ad ann. DCCCCXI, numero CXIII. editae *), et *ἐπινορηθωτικαὶ καὶ ἀρίστες* adpellatae *): quibus Leo instituerat quam plurima iuris Iustiniani capita corrigere. In quo eam rationem secutus est, ut fere singula capita singulis constitutionibus amplecteretur, diligenterque rationibus et argumentis confirmaret. Graece primum editae sunt ab Henr. Scrimgero ^{b)}: latine redditae ab Henr. Agylaeo ^{c)}: inde vero Leuuenianae Corporis Iustiniani editioni graece et latine, et multis aliis latine tantum adiectae post Nouellas Iustiniani reperiuntur. Ceterum eas Nouellas Iac. Cuiacius ^{d)}, et Iac. Gothofredus ^{e)}, ne in Oriente quidem Leonis aetate auctoritatem habuisse arbitrati sunt, exceptis his, quae de iis capitibus sancirent, de quibus ante nihil esset cautum. Sed vanam hanc esse sententiam, facile intelligas. Neque testimonia ab viris doctissimis producta tantam habent auctoritatem, quantam iis adrogant ^{f)}:

*) Tot

- *) Tot quidem hodie supersunt, sed plures editas fuisse ex eo patet, quod *Theodorus Balsamo Comment. ad Photii Nomocanonem* laudauerit *Nouellam Leonis CXVII.* cf. *Car. Frid. Zepernick V. Ill. ad Casp. Achat. Beckii* lib. singul. de *Nouellis Leonis* p. 58: et *Eiusd. Praeterm.* in *Mantissa Commentatt.* p. 294.
- a) Indicem harum Nouellarum v. apud *Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII.* p. 409. sqq.
- b) *Paris.* [loci non mentio in titulo] 1558. fol. ap. *Henr. Steph.* vna cum *Iustiniani Nouellis,* et *Edictis,* et *Iustini Tiberii*que constitutionibus.
- c) *Basil.* 1661. 8. **) cum *Nouellis Iustiniani* cot.
- **) Sed hanc *Agylaei* versionem *Parisiis* 1560. 8. typis *Henr. Stephani* excusam esse, testatum fecit *Ill. Zepernick,* qui *Praetermiss.* de *vita et constit. Leonis, Sect. III.* §. XIX. perraram hanc editionem diligentissime descripsit. *Commentarii* instar proposuit etiam *Christ. Lud. Scheid* *Excursionones in argumenta Nouellarum quarundam Imp. Leonis dicti Philosophi,* *Gottingae* 1737. 4.
- d) *Cuiac. Obs. XVII,* 31.
- e) *Gethofr. Manual. Iur.* p. m. 71. sq.
- f) v. *Bynkershoek. Obs. IV,* 1. [Cum eo tamen conferendus *Io. Theoph. Segerus* *Diss. de Leonis Philosophi Constitutionum Nouellarum auctoritate,* *Lips.* 1767. 4.]

§. IX.

Quam vero hodie in iudiciis auctoritatem, quemue usum habeant, quaerenti *), recte ita respondeas, vt neque nullas, neque omnes receptas esse dicas **).

*) cf. *Io. Theoph. Segerus* *Diss. l. §. V. seqq.*

g) Hanc in rem egregia est *Casp. Achatii Beckii* *Diss. de Nouellis Leonis, earumque usu et auctoritate,* *Ien.* 1726. [Eam repetiit, suisque animaduersionibus auxit *Car. Frid. Zepernick,* *Hal.* 1779. m. 8. Adiecit egregiae huic editioni *Vir Ill.* non solum *Praetermissa de vita et constit. Leonis* p. 293. et p. 403. *Coniecturas,* quibus ex *caussis Nouellas Leonis Sapientis in Germania receptas* dici nequeant, sed et *Io. Frid. Olearii* *Progr. de valore Nouellarum Leonis, quatenus cum statu reipublicae nostrae conueniunt,* *Lips.* 1708. 4. impressum, p. 392. sqq. inseruit.]

§. X.

Promulgauit idem Leo quoque Constitutiones *τακτικὰς* atque *militares*, et speciatim *naumachicas*^{b)}: quarum omnium cautiones ac sanctiones Imperator doctissimus ex superiorum Imperatorum, Augusti, Traiani inprimis et Hadriani, legibus militaribus potissimum retulisse putatur.

- h) de quibus omnibus vid. *Fabric. Bibl. Gr. Vol. VI. p. 368. sqq.* Constitutiones ipsas primum latine conuersas edidit *Io. Chucus Bas. 1554. 4.* deinde graece quoque, adiectis quibusdam castigationibus, vulgauit *Io. Meursius, Lugd. Bat. 1612. 4.* denique *Aeliani Tassici a Sixto Arcerio* adiunctae sunt ibidem 1613. 4.

§. XI.

Eiusdem LEONIS cum fratre ALEXANDRO ab XI. Mai. A. Christi DCCCCXI, ad VI. Iun. DCCCCXII, Constitutiones duae sunt, vna *de iudicibus*¹⁾, altera *de locatione praediorum emphyteuticorum orphanotrophei*, recondita in orphanotropheo¹⁾. Idem Imperator Leo quoque ordinauit constitutione singulari *thronos ecclesiarum Patriarchae Constantinopolitano subiectarum*¹⁾.

- i) Apud *Bonifid. Iur. Or. p. 14. Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. I. p. 103.* et ad calcem Nouellarum in editione *Leuueniana n. 290. Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 416.*

- k) *Leunclau. T. I. p. 102.*

- l) quae dispositio est cum scholiis ap. *Leunclau. T. I. p. 88 sqq.*

§. XII.

Eiusdem LEONIS et CONSTANTINI *Porphyrogennetae* auctoritati adrogatur ἡ *Ἐκλογὴ τῶν νόμων*, quae partim edita est*) a *Frehero*^{m)}: non confundenda cum *Προχέσιω* *Basilii Macedonis* ineditoⁿ⁾.

*) Omnia

- m) Omnia alia habent *Christfr. Waechtler Opuscul. p. 589. Guil. Otto Reiz. ad Harmenopol. Praef. p. 10. et Car. Frid. Zepernick V. C. Praetermiss. l. c. p. 376. Errat Bachius*: nam tituli XXVIII, quos euulgauit *Leunclavius*, non ad Leonis Eclogam Legum, sed ad Basilii *Πρόχειρον τῶν νόμων* pertinent, adeoque si praefationem et titulorum indicem exceperis, inedita adhuc latet haec legum ecloga. vid. *Chr. Frid. Pohlius Vir. Ill. Obseruati. ad Suarezii Notit. Basil. p. 76. sqq.*
- n) *Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. II. p. 79. sqq.* in cuius margine adscriptum est, editam eam esse a *Chr. 838.* perperam: cum ne Basilii quidem Macedo illo anno imperauerit: sed demum ab anno *Chr. 867.* Inde tamen haud dubie *Heinecc. Hist. Iur. I, 404.* et alii confundentes *Πρόχειρον τῶν νόμων* Basilii Macedonis cum hac *Ecloga* **) in errorem lapsi sunt, cum statuunt, Basilii Macedonis Promtuarium factum esse anno *Chr. 838.*
- **) De ea nemo diligentius exposuit Litteratissimo mihi-que Amicissimo *Pohlio l. c. p. 35. sqq.*
- n) v. supra hac Sect. §. III. Ceterum alia Leonis *Ἐκλογία* fuit in Bibliotheca Palatina, opus meris definitionibus constans. v. *Suarez. Notit. Basil. §. 11.*

§. XIII.

A ROMANO Seniore ab anno Chr. DCCCCXIX, usque ad a. DCCCCXLIV, plurimae sunt Constitutiones promulgatae: quarum nonnullae extant, veluti, *de emtionibus praediorum a potentioribus non contrahendis* °), et *de potentioribus ad emtionem praediorum non admittendis*, eodem exemplo ^{p)}, *de rescindenda venditione* ^{q)}, ex Nouella *περὶ τῆ μὴ εἰσέγχεσθαι τὰς κριτὰς εἰς χωρίων κτήσεις* caput ^{r)}, item *de rescindenda venditione, et de iure προτιμήσεως* ^{s)}.

o) apud *Freher. in Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. II. p. 155.*

p) *Leunclau. T. II. p. 158. sqq.* quam emendatiorem, cum obseruationibus quibusdam edidit *Car. Labbaeus* ad calcem *Obseruationum in Synopsin Basil.*

q) *Leunclau. T. II. p. 165.*

r) ap. *Bonifid. p. 24.* et ad calcem *Nouellarum* in ed. *Leuuenian. p. 281.*

s) *Bonifid. p. 25.* et ad calcem *Nouellar. ibid.*

§. XIV.

§. XIV.

CONSTANTINI *Porphyrogenetas* Nouellae, ab VI. Iun. anno Chr. DCCCCXII. vsque ad IX. Dec. DCCCCLIX. editae, quae extant, hae sunt: primum *de alienatione fundorum ac iure προσημύσεως propinquorum, consortium, vicinorum, et de alienatione fundorum militarium*¹⁾: *de potentibus in praedia pauperum succedentibus*²⁾: *de fundis militaribus*³⁾: *de restitutione pretii militarium fundorum*⁴⁾: *de fuga mancipiorum, et iumentis amissis*⁵⁾, quae inscribitur in sacello recondita: *de non deferenda lite ab his, qui actionem intendant*⁶⁾: *de muneribus ob rem iudicandam non capiendis*⁷⁾: *de sportulis*⁸⁾: *de consuetudinibus*⁹⁾: *de testamentis aperiendis*¹⁰⁾: *de consuetudinibus scribae*¹¹⁾: *de his, qui eadem sponte admittunt, et ad ecclesiam confugiunt*¹²⁾: *de fundis Armenicis et homicidarum*¹³⁾: *Nouella, quam dictauit Theophilus Patricius et Exquaestor*¹⁴⁾: *item alia*¹⁵⁾: *tomus unionis de quartis nuptiis*¹⁶⁾: *Nouella posterior de his, qui eadem sponte committunt, et ad ecclesias confugiunt*¹⁷⁾: *de laicis sine testamento et sine liberis morientibus*¹⁸⁾: *de rebellibus et seditiosis*¹⁹⁾, et *de polygamiis*²⁰⁾.

1) Ea Romano Seniore a Cuiac. lib. V. de Feud. p. m. 781: in Opp. quae viuas fecit de iure, tributa et edita est cum obseruationibus quibusdam: item a Leunclau. *Iur. Gr. Rom. T. II, p. 139.* et ad calcem 'Εκλογῆς Βασιλ. a Meurfio in *Constantini Porphyrog. Opp.* p. 175. et 184. qui etiam ex Attaliata eiusdem Nouellae epitomen dedit p. 190.

u) Leunclau. T. II. p. 142. Meurf. l. c. p. 192.

x) Edidit primus Cuiac. lib. V. Feud. p. m. 783. Leunclau. ad calcem 'Εκλογῆς Βασιλ. et in *Iur. Gr. R. T. II. p. 144.* Meurf. l. c. p. 200. et p. 254. Labbaeus ad calcem *Obseru.* in *Synops. Basil.* p. 26. 86.

y) Leunclau. T. II. p. 148. Meurf. l. c. p. 213.

z) Leunclau. T. II. p. 150. Meurf. l. c. p. 217.

a) Leun.

- a) *Leunclau. T. II. p. 151. Meursf. l. c. p. 220.*
- b) *Leunclau. T. II. p. 151. Meursf. l. c. p. 222.*
- c) *Leunclau. ibid. Meursf. ibid.*
- d) *Leunclau. T. II. p. 153. Meursf. p. 226.*
- e) *Leunclau. ibid. p. 154. Meursf. p. 231.*
- f) *Leunclau. ibid. p. 155. Meursf. p. 233.*
- g) *Leunclau. T. I. p. 109. Meursf. p. 234.*
- h) *Leunclau. T. II. p. 169. sub nomine Nicephori Phocae edidit. Labbaeus ad calcem Obseraat. in Synops. Basf. p. 47. et ex eo Meursf. l. c. p. 275.*
- i) *Leunclau. Synops. Basf. at emendatiorem dedit Labbaeus l. c. p. 52. ex eoque Meursf. l. c. p. 280.*
- k) *Mutilam dedit Leunclau. Synops. Basf. integriorem Labbaeus p. 68. et Meursf. l. c. p. 295.*
- l) *Leunclau. T. I. p. 104. Partem eius dedit Meursf. l. c. p. 240. conf. Balsamo ad Nomocan. Phot. tit. 13. p. 1080.*
- m) *Bonifid. Iur. Or. p. 20. Leunclau. T. I. p. 111. et ad calcem Nouellarum in ed. Leuueniana p. 280.^a*
- n) *Bonifid. p. 23. ad calcem Nouellarum ibid. p. 281.*
- o) *Bonifid. p. 14. Leunclau. T. I. p. 119. ad calcem Nouellar. ibid. p. 280.*
- p) *Bonifid. p. 15. Leunclau. ibid.*

§. XV.

Edidit etiam Constantinus Porphyrogenneta Constitutiones *militares* 9): aliosque libros permultos reliquit: quos maximam partem vulgavit Meursius^r).

- q) ap. *Meursf. in Opp. Constantin. Porphyrogenn. v. Fabric. Bibl. Gr. Vol. VI. p. 487. sqq.* Ceterum Cuiacius tum huius Constantini Porphyrogennetae, tum plerosque aliorum posteriorum Imperatorum Constantinopolitanorum Nouellas edere in animo habuit, vt praefert *Obs. XII, 22.* spes morte decollauit,
- r) *Lugd. Bat. 1617. 8.*

§. XVI.

NICEPHORI Phocae Nouellae superstites haec sunt: primum *de nouis monasteriis non condendis*^s): *de his, qui ante penuriae tempus emissent possessiones*^t): porro *de militibus, qui fundos suos distraxerunt, eosque*

que postea repetunt^{u)}: de iure προτιμήσεως^{z)}: de praescriptionis quadraginta annorum^{y)}: denique duo capitula περί τεταρτηῆς^{z)}.

- e) *Leunclau. T. I. p. 113.* eius epitomen habet *Bonfid. p. 30 sq.*
- f) *Leunclau. T. II. p. 171.*
- g) *Leunclau. T. II. p. 168.*
- x) eius particulam edidit *Bonfid. p. 29.* auctiorem *Leunclauius T. II. p. 170. sq.* Integriorem *Chr. Labbaeus ad calcem Obseru. in Synops. Basil. p. 97.*
- y) *Leunclau. T. II. p. 171.*
- z) ap. *Bonfid. p. 28. sq.* Cetera apud *Bonfid.* capita sunt ex illis, quas iam memorauimus, Constitutionibus.

§. XVII.

BASILII *Porphyrogenetae* memoriae proditae sunt atque litteris Constitutiones Nouellae, siue potius capita Nouellarum: de potestate, nouas ecclesias, religiofasque domus aedificandi, qua abrogatur *Nicophori Phocae* Nouella^{a)}: περί ἀλληλεγγύε τῶν ὁμοτελῶν^{b)}: de possessionibus potentiorum^{c)}: de praescriptione XL. annorum abolenda^{d)} in causis pauperum aduersus potentiores: de homicidiis^{e)}: Rescriptum de Iudaeorum iureiurando, vna cum suggestione^{f)}.

- a) ap. *Bonfid. p. 32.* integriorem *Leunclau. T. I. p. 117.* et ad calcem Nouellarum in ed. *Leuwen. p. 282.* Ceterum hic monendum est, *Fabricium Bibl. Gr. Vol. XII. p. 419.* secutum *Bonfidii* editionem librorum vitium expressisse: περί κτήσεως de possessione ecclesiarum: πρὸς περί κτήσεως, de aedificatione.
- b) *Bonfid. ibid. p. 33.*
- c) *Bonfid. p. 33.*
- d) *Bonfid. ibid.* habet tantum epitomen: integriorem vero exhibet *Leunclau. T. II. p. 172. sqq.* ex *Harmenopulo.*
- e) *Leunclau. ibid. p. 179.*
- f) *Leunclau. T. I. p. 120.* vbi sub nomine *Constantini Porphyrogenn.* legitur.

§. XVIII.

§. XVIII.

ROMANI Iunioris *Porphyrogennetae* Nouellas reperimus has: *de restitutione pretii militarium fundorum* ^{b)}: *de fundorum militarium alienatione* ^{b)}: ac denique caput *de reditu maioris ecclesias et de ἀλληλεγγύω* ^{l)}. ZOES autem Augustae vnum refertur ^{k)}.

- g) *Leunclau. Synopf. Basil. Labbaeus ad calcem Obseru. in Synopf. Basil. p. 80. integriorem exhibet.*
- h) *Leunclau. Iur. Gr. R. T. II. p. 167. emendatior apud Labb. in Obseru. ad Synopf. Basil. p. 90.*
- i) *apud Bonifid. p. 34. et ad calcem Nouellarum, ed. Leuwen. p. 283.*
- k) *de magistratibus non vendendis, apud Bonifid. p. 35. et ad calcem Nouellar. ibid.*

§. XIX.

MICHAELIS τῆ Στρατιωτικῆ duntaxat vnum capitulum traditur *de Praetorio et velamine capitis, et de publicis curatoribus* ^{l)}. ISAACI Comneni, item vnum tantum, *de canonico et consuetudinibus, quae dantur pro ordinatione* ^{m)}.

- l) *apud Bonifid. p. 35. et ad calcem Nouellar. ibid.*
- m) *apud Bonifid. p. 36. Leunclau. Iur. Gr. R. T. I. p. 121. et ad calcem Nouellar. ibid. p. 283.*

§. XX.

MICHAELIS *Parapinacci* memoratur caput *de protimis vicinorum in rerum soli antichresi* ⁿ⁾. NICEPHORI *Botoniatas* Aurea Bulla *de incestis nuptiis* ^{o)} seruata est: constitutionum vero, *de dissolutione matrimoniorum ob furorem coniugis, et de remissione et abolitione fiscalium debitorum* memoria tantum ^{p)} ^{*)}.

- n) *apud Bonifid. p. 37. et ad calcem Nouellar. ibid.*
- o) *apud Leunclau. T. I. p. 121.*

p) *apud*

p) apud *Bonfid.* p. 38. et ad calcem Nouellar. *ibid.* prioris illius meminit etiam *Balsamo ad Nomocanon. Phot. tit. 13. p. 1134. in Bibl. Iur. Canon. vet. Iustelli. [Tom. II.]*

*) Notanda adhuc NICEPHORI BOTONIATAE constitutio de iustorum dierum spatio damnatis prorogando: *παρὶ τοῦ μὴ ἔσωθαι τῶν λ' ἡμερῶν γίνεσθαι σωματικὴν ποινὴν*, quam Eustathius his verbis expremit, *μετὰ λ' ἡμέρας ἢ ὀργὴ τοῦ βασιλέως ἀνύεται*. cf. *Cuiac. Obs. V, 9.* et *Iac. Gothofredi Comment. ad L. 13. C. Theod. de poen. in fine.*

§. XXI.

Plures supersunt vel memorantur ALEXII Comneni Nouellae, tamquam *de electionibus Episcoporum*¹⁾: *Aurea bulla, de canonico, et quae pro ordinationibus dantur, consuetudinibus, benedictione nuptiarum, et de aërico*²⁾: *de vasis sacris ad vsum profanum non conferendis*³⁾: *de spatio temporis testes producendi*⁴⁾: *de rescriptis iudicem litem ad se deductam disceptare prohibentibus*⁵⁾: *lex annalis*⁶⁾: et capita constitutionum, *de nuptiis amitae et fratris filiae cum filio fratris et patruo*⁷⁾: *de sponsalibus*⁸⁾: *de solutione sponsalium*⁹⁾: *de Chartophylace*¹⁰⁾: *de doctoribus ecclesiae*¹¹⁾: *de electis ad orientales ecclesias*, eandemque in rem Rescriptum: *de mutatione Episcopatum in Metropoles*¹²⁾: *de testibus et benedictione matrimonii seruorum*, eandemque in rem Rescriptum¹³⁾: *de oblationibus aliisque iuribus ecclesiasticis*¹⁴⁾, eandemque in rem Rescriptum: *de foro clericorum, et de rescriptis iudicem litem ad se deductam disceptare prohibentibus*, et Rescriptum in eandem sententiam¹⁵⁾: quae capitula in *Leuuegiana Corporis Iuris* editione graece et latine, in plerisque aliis latine.

q) apud *Cotelerium in Monumentis Eccles. Graec. T. II. p. 178 — 199.*

r) apud *Leunclau. Iur. Gr. R. T. I. p. 123.*

s) apud

- s) apud *Leunclau. T. I. p. 124.*
- i) apud *Leunclau. T. II. p. 179.* cui subiungitur *Exemplum latae sententiae.*
- u) *Leunclau. T. II. p. 184.*
- x) *ibid. p. 185.* et apud *Bonefid. p. 39.* et ad calcem *Novellar. ed. Leuwen. p. 283.*
- y) *Bonefid. p. 40. Leunclau. T. I. p. 138.*
- z) apud *Bonefid. p. 41. Leunclau. T. I. p. 136.*
- a) *Bonefid. p. 48.* vbi sequitur *Rescriptum eiusdem Imp. p. 51.* quod et est ap. *Leunclau. T. I. p. 134.*
- b) *Bonefid. p. 58. Leunclau. T. I. p. 143.*
- c) *Bonefid. p. 61. Leunclau. T. I. p. 143.*
- d) *Bonefid. p. 64. Leunclau. T. I. p. 131.*
- e) *Bonefid. p. 67. Leunclau. T. I. p. 145.*
- f) *Bonefid. p. 71. Leunclau. ibid. p. 141.*
- g) *Bonefid. p. 75. Leunclau. T. I. p. 139. T. II. p. 184.*
Balsamo ad Phot. Nomocan. p. 951. sq.

§. XXII.

IOANNIS *Comneni*, qui vulgo *Καλοισωάννης* adpellatus est, vna Aurea Bulla, *de immunitate ecclesiae Episcopo suo orbatae* ^{b)}: At multis partibus plures extant *MANVELIS Comneni Nouellae*. Primum *de iudicibus, aduocatis*, et variis aliis causis ^{l)}: deinde aliae, quae in *Leuweniano Corpore Iuris* inter *Nouellas graece latineque* et in *vulgaribus multis exemplis latine tantum*, edi solent: veluti *de executoribus testamentorum* ^{k)}: *de feriis*, cuius pars vulgo tantum editur ^{l)}: *de Synodica subnotatione Patriarchae Lucae de nuptiis septimi gradus cognationis* ^{m)}: *de decisione Sifinnii de nuptiis duorum fratrum cum duabus consobrinis* ⁿ⁾: *de nuptiis cum duabus sobrinis* ^{o)}: *de sententiis iudicum* ^{p)}: *ne morientium Episcoporum bona diripiantur ab exacteribus* ^{q)}: *de homicidiis voluntariis* ^{r)}: *ut ecclesiarum et monasteriorum, quae sunt ad urbem, immobilia intacta sint a manu fisci* ^{s)}: *de immobilibus magnae Ecclesiae Constantinopolitanae* ^{t)}: *de instrumentis omnium,*

omnium, quae ubique sunt, *Ecclesiarum ob possessionem immobilium* ^{u)}: *Aurea Bulla, de citatione absentium* ^{x)}: *de tonsura mulierum in monasterio degere volentium post spatium trimesstre facta* ^{y)}: *de foro Iudaeorum* ^{z)}. Ceterum ex *Nouella de Episcopis, ne citra causam Constantinopoli morentur, refert nonnulla Balsamo* ^{a)}.

- h) ap. *Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. I. p. 147.*
- i) apud *Leunclau. T. II. p. 186.* integrior autem emendatioque a *Car. Labbaeo* ad calcem *Obseru. in Synops. Basil. p. 104.*
- k) Primus protulit *Bonfid. Iur. Orient. p. 78.* conf. *Balsamo ad Nomocanon. Phot. p. 865.*
- l) apud *Bonfid. p. 80.* *Balsamo ad Phot. Nomocan. p. 920. sq. Leunclau. ad calcem Synops. Basil. et T. I. Iur. Gr. Rom. p. 160.* Integram vero multoque emendatorem in lucem reuocauit *Car. Labbaeus* ad calcem *Obseruat. in Synops. Basil. p. 127.*
- m) Epitomen prodit *Bonfid. p. 85.* sed ipsum Imperatoris Edictum *Leunclau. Iur. Gr. Rom. T. I. p. 165.*
- n) *Bonfid. p. 86. Leunclau. T. I. p. 167.*
- o) *Bonfid. p. 88.*
- p) *Bonfid. ibid.*
- q) *Bonfid. p. 89. sqq. Leunclau. T. I. p. 154. sqq.*
- r) *Bonfid. p. 92. Leunclau. T. I. p. 163.*
- s) *Bonfid. p. 96. Leunclau. T. I. p. 156.*
- t) *Bonfid. p. 104. Leunclau. T. I. p. 152.*
- u) *Bonfid. p. 109. Leunclau. T. I. p. 149.*
- x) *Bonfid. p. 114.*
- y) *Bonfid. p. 115.*
- z) *Bonfid. p. 116.*
- a) *Balsamo ad Phot. Nomocanon. p. 938. in Bibliotheca Iustelli T. II.*

§. XXIII.

Ab ALEXIO Comneno II. *Nouella promulgata, quae quidem hodie extat, ne monasteriorum praedia describantur* ^{b)}, cautum est. ISAACII *Angeli* autem hae sunt *Nouellae: de electionibus per absentiam unius pontificis in urbe factis* ^{c)}: capita duo, alterum

alterum de *Metropolitans reuocantibus ad se pertinentes Episcopos iure metropolis aut Archiepiscopatus honoratos*^{d)}, alterum, de *nuptiis septimi gradus*^{e)}; item, ut *tondeantur electorum Pontificum uxores*^{f)}. Caput vnum ex eiusdem *de canonario tributo Nouella adfert Balsamo*^{g)}.

b) apud *Bonifid. p. 116. et Leunclau. T. I. p. 167. et in ed. Leuwen. ad calcem Nouellar. p. 296.*

c) apud *Leunclau. T. I. p. 169.*

d) ap. *Bonifid. p. 119. et ad calcem Nouellar. p. 297.*

e) ap. *Bonifid. p. 120. et ad calcem Nouellar. ibid.*

f) ap. *Bonifid. p. 121. et ap. Leunclau. T. I. p. 175. et ad calcem Nouellar. p. 297.*

g) *Balsamo ad Nomocanon. Phot. p. 346.*

§. XXIV.

IOANNIS *Ducas Batatzæ extat Aurea Bulla, ne defunctorum Episcoporum res attrectentur ab exactoribus*^{h)}: ex alia vero *Nouella caput de vestibis externis prohibitis*ⁱ⁾: *MICHAELIS Palasologi caput vnum de primatu, et adpellatione, et commemoratione Papæ Romani in sacris diptychis: quæ sibi Romanus Pontifex concedi postulabat, ut Orientali et Occidentali ecclesiæ conueniret*^{k)}. Denique *Incerti Imperatoris extat caput de Episcopatibus detentis a Laicis*^{l)}.

h) *Leunclau. T. I. p. 176.*

i) *Bonifid. p. 124. et ad calcem Nouellar. p. 297.*

k) *Bonifid. p. 125. et ad calcem Nouellar. ibid.*

l) apud *Bonifid. p. 126. sq. et ad calcem Nouellar. in ed. Leuwenian. p. 297.*

§. XXV.

Atque hæc sunt, quæ ab Imperatoribus Constantinopolitanis constituta hodie reperiuntur, vnde flexus ætatis, et inclinantis ad barbariem iurisprudentiæ maxime intelligitur: quæ nisi a Iustiniano primum, deinde a Leone et Constantino in Codices collecta fuisset, parum abest, quin tota penitus interiisset.

SECT. III.

De Iure Ciuili

siue

Auctoritate Iurisperitorum

ipsisque

adeo Iureconsultis.

§. I.

Iureconsultorum auctoritas et dignitas hac aetate non magis fuit insignis, quam superiore. Neque enim reperimus Responſa, eorum tantam vim habuisse, quantam vel liberae reipublicae consuetudo, vel Augusti constitutio attribuisse. Itaque vel in docendo explicandoque iure, vel in compendiis, epitomis, Paratitlis, aliisque id genus libris scribendis occupata fuit eorum opera. Scientia autem, et doctrina quantula fuerit, intelligas inde, quod origines multorum errorum*), quos hodie Glossatoribus, qui vocantur, vulgo acceptos referunt interpretes elegantiores, ICtis Constantinopolitanis horum temporum debentur*). Infelix enim Barbaries et ignorantia bonarum litterarum hanc aetatem sensim paulatimque miris modis occupauerat.

*) Errores aliquot Constantini Harmenopuli recenset *Em. Merillius Obseruatt. Lib. VIII. cap. XXII. pag. 297. sq.*

a) Vt ex multis tantum duò exempla adferamus, *querelam inofficiosi testamenti* non esse hereditatis petitionem ipsam, vt Leges Romanae ferunt, sed praeparatorium iudicium tantum, non solum *Psellus in Συνοψ. τῶν νόμων vers. 555* (vbi vid. *Bosquet, in Thesaur. Meermann. T. I. [p. 37. sq.]*) sed etiam *Labbaei Glossae Basil. p. m. 40. sqq.* voc. ἡ ἰνοΦικιδόσο τσαμέντρο tradunt. Ac *Legem Falcidiam*, eadem *Labbaei Glossae* voc. *Φαλκιδιον* dictam produunt a *falce*. Exponunt enim

enim primum τὸν τίμνοντα λόγον, postea καὶ ἐστὶν ἡ λέξις Ῥωμαϊκὴ ἀπὸ τῆ Φάλλου, ὃ δηλοῖ τὴν δραπάνην. In quo utroque errore versantur Glossatores, et qui ad eorum auctoritatem tamquam ad scopulum adhaeserunt. Quod quidem monere visum est. ne quis putet, si quid e Graecis interpretibus duci possit; id omnibus veritatis signis notatum esse; sed potius studiosi iurisprudentiae eruditae inde sibi caueant, sciantque, modum iudiciumque et hic adhibendum esse.

II.

Iam primum de iis dicemus, qui Βασιλικῶν Διατάξεων libros scholiis aut glossis scriptis explicare interpretariue adgressi sunt: quorum etsi magna pars vna cum Basilicis naufragium veterum librorum euasit, et in Occidentem enatauit, incerti tamen sunt plerique*). In iis, ut nihil de *Innominatis*, et incertis, siue Anonymis, dicamus, quorum scholia in Basilicos libros inter cetera extant, in iis igitur primum nobis occurrunt IOANNES BRIENNIVS^{b)}, CALOCYRVS Dux^{c)}**), DOXAPATER^{d)}, EVSTATHIVS ROMANVS Magister^{e)}***), PATZVS^{f)}, PYTHIODORVS^{g)}, SALOMON^{h)}, BAPHIVSⁱ⁾, de quibus tantum non omnia incerta sunt.

*) De ICTis, quorum scholia in Basilicis habentur, multa noua, nec peculiari examine indigna, habet *Bibliotheca Iuris Orientalis, canonici et civilis, auctore Ios. Simonio Assermanno, Liber Secundus*, Romae 1762. 4. Cap. XX. pag. 400. sqq. Vniuersum opus absolvitur quinque Tomis, qui Romae 1762 — 1766. prodire quaternis. Ad ius Byzantinum Tomus secundus quam maxime spectat: caeteri respiciunt merum ius canonicum.

b) Βασιλ. T. III. p. 186. schol.

c) Βασιλ. T. IV. p. 403. schol. T. V. p. 37. sch. p. [237, 238.] 292. [411.]

***) Καλόκυρος ἀνθύπατος, Proconsul, et sic *Fabrottus Tom. V. p. 37.* alibi Dux. Vid. *Hubert. Gregor. van Vryhoff Obseru. Iur. Ciu.* (Amst. 1747. 8.) Cap. XXVI. pag. 134.

- d) *T. III. p. 440. schol. T. VII. p. 316. 317.*
 e) *T. IV. p. 489. sq. schol. Eius ὑπόμνημα T. III. p. 116. 480. et πείρα, siue, vt hodie loquimur, Praxis, T. VII. p. 916. memorantur.*
 ***) *vid. Io. Gotfr. Sammet, Disp. inaug. de hypobolo, Lips. 1746. 4. §. VIII. p. 29. Opusc. var. argum. et in Supplem. Thes. Meerni. p. 375. sqq.*
 f) *T. I. p. 34. T. VII. p. 641.*
 g) *T. V. p. 624. schol.*
 h) *T. III. p. 361. schol.*
 i) *Nomen Barpius, non esse nomen proprium, sed potius notare Ictum eum, qui rubricas explicauerit, siue titulos illustrauerit notis, existimat Suarez. Notit. Basil. §. 39. quod concedi non potest.*

§. III.

Paullo certiores sunt GARIDAS, qui ad Michaellem Ducam *περὶ διαίρεσεως Φόνων* scripsit^{h)}, et *βιβλίον περὶ τῶν ἀγωγῶν*ⁱ⁾: item CONSTANTINVS NICAEVUS^{m)}, qui laudat Garidae *σηχέον*ⁿ⁾, commentatusque est ad Nouellas^{o)}, et ad Βασιλικῶν libros^{p)}.

- h) *T. VII. p. 693. et 694.*
 i) *T. III. p. 391.*
 m) *T. III. p. 372. schol.*
 n) *T. II. p. 653. et 654.*
 o) *T. III. p. 213. sq.*
 p) *T. II. p. 651. T. III. 240.*

§. IV.

Ex hisce Scholiastis siue Enarratoribus Βασιλικῶν, quae hodie supersunt, vna cum Basilicis edita sunt a Fabrotto, et in quatuor libris a Meermanno vulgatis, a Ruhnkenio denique: de quibus iam supra dictum est. Hoc vnum hic addere ad pleniorē Βασιλικῶν eorumque Scholiorum cognitionem, non alienum erit, Βασιλικόν in his glossis significare ipsum textum Βασιλικῶν^{q)}: τὸν Παλαιόν, siue τῶν Πα-

Παλαιῶν antiquos illos Codicis Gregoriani et Hermogeniani enarratores¹⁾: τὸ Παλαιῶν autem ipsum Codicis vel Pandectarum textum: Πλάτος denique textum notare. In hisce scholiis, quemadmodum supra traditum est, permagna pars Excerpta sunt ex antiquis Iustinianeorum Ictorum interpretationibus: quae quidem longe multumque praestant.

1) v. *Suarez. Notit. Basil.* §. 35.

2) v. *Reiz. Memorab. ex Basilicis in Excurs. XX. ad Theophil.* p. 1246. Ceterum *Paleam*, quae iuri Canonico adiecta est, ad eandem rationem dictam putat *Antiquam* sc. collectionem, nomenque graecum esse, *Iam. & Costa Commentar. ad Decretal.* p. 445.

§. V.

Iam de *Glossis Basilicis*, h. e. interpretationibus verborum iuris dicendum est: quales magno numero a Ictis huius aetatis scriptae esse videntur. Earum aliquam collectionem edidit *Carolus Labbaeus*³⁾: sed plures adhuc in bibliothecis, scriptis in libris, latent⁴⁾. Earum autem, si quis indolem sciat, et usum rectum, magna est ad interpretationem utilitas⁵⁾: sed difficile est non satis peritis. Neque enim eius sunt naturae, cuius vocabularia, siue Lexica vulgaria: sed plerumque tantum certum aliquem locum iuris tangunt⁶⁾: ad alia traduci non possunt⁷⁾.

3) *Eas Labbaeus* primum *Paris.* 1606. 8. hac inscriptione edidit: *Veteres Glossae verborum iuris, quae passim in Basilicis reperiuntur, et notis illustravit: deinde [post Labbaei obitum] eae una cum Glossariis Philbemi, Cyrilli, aliorumque iterum editae Paris.* 1679. fol. denique, cum observationibus *Ant. Schultingii* doctissimi insertae *Ottom. Thesaur. Iur. T. III.* [p. 1697. sq.] *Specimen Observationum et Emendationum in Glossas Veteres Verborum Iuris* dedit *Matth. Rocuerus*, adiectum *Fragmento Veteris Icti de Iuris Specibus, Lugd. Bat.* 1739. 8. Ceterum de *Glossariis Graecis Nomicis* cf. *Fabric.*

Fabric. Bibl. Gr. Vol. IV. c. 36. §. 11. [Vol. VI. p. 231. Edit. nouiss.]

- *) Huius utilitatis causa consulendi sunt ac vehementer commendandi, qui, post doctorum virorum a Baccio laudatorum lucubrationes, spicilegia adhuc, imo messem sibi relictam esse viderunt. Sic Glossae Nomicae saepius corriguntur, in integrum restituntur, explicantur ac defenduntur a: *Casp. Barthio Advers. I, 1. Io. Alberti Miscellan. crit. in glossas nomicas subiuncta. Eius Glossario graeco in sacros noui Testam. libros Lugd. Bat. 1735. 8. pag. 225. sqq. Petro Bondam, Campensi-Transisalano, Specim. animadversionum criticarum ad loca quaedam iuris ciuili deprauata, Franegu. 1746. 4. Cap. VI—X. p. 29—50: Gisb. Koenio Diss. ad loca quaedam iuris et alia deprauata, Franegu. 1758. 4. in Oelrichs Thes. Diss. Iurid. Selectiss. Vol. I. Tom. III. cap. II—IV. Petr. Luc. Struchtmeijero Epist. crit. in Glossas Nomicas ad Herm. Cannegieterum, Trai. 1769. 8. Io. Bern. Koehlero Specim. I. Verisimilium iuris ciuili, Gotting. 1771. 4. cap. VI. et cap. VII. pag. 24—43. Geo. Ioa. Jacobson Spec. critic. in glossas nomicas, Daventr. 1774. 4. Ant. Haakma Tresling Specim. Adversariorum criticorum, Groningae 1792. m. 8. qui quidem instituta cum Theophilo comparatione, multa glossarii nomici loca pag. 90. sqq. emendauit: add. Henr. Io. Arntzenius in Sylloge Obseruat. insert. Actis Societatis Literar. Rheno-Traiectinae Tom. I. p. 126. sqq. Lugd. et Ultraï. 1793. 8. Caeterum ad Glossas nomicas olim Fabrotus in Notis ad Theophil. Tit. Instit. de success. subl. §. 12. Tit. de action. §. 1. et de noxal. act. commentari promisit: promissis autem non stetit.*
- †) Eius generis Glossae Graecolatinae in Bibliotheca Caesarea Vindobon. adseruantur ineditae. v. *Nessellii Catal. MSS. Bibliothec. Vindobon. p. 8. et 29. [et Lambecii Comm. de bibl. Vindob. Lib. VI. p. 15. 25. 32. 36.]* His similes sunt illae, e quibus Excerpta dedit Montefalconius in Catalogo Codd. MSS. Bibliothecae Coislin. p. 488. sqq. Hic etiam memorandum est *Nic. Rigaltii Glossarium Verborum*, quae in Nouellis Imperatorum Orientis post Iustinianum occurrunt, *Paris. 1601. 4.*
- ***) Haud fecus, ac Tituli Pand. de Verb. Sign. et Div. Regg. Iuris, quos ex codicibus mspis ementatos vna cum lectionum varietate praelo commisimus.

*) Conferenda omnino est [*Io. Aug.*] *Ernesti* doctissima *Prolusio de Veterum Glossariorum vera indole rectoque usu* [*Lips. 1742. 4.*] quae, [praefixa *Io. Alberti* glossario graeco in nouum testamentum,] cum de vniuerso genere tractet, facile ad Glossas Nomicas traduci potest. Commendanda lectio huius scriptionis omnibus iis est, qui vti volent Glossariis. Et memini, qui magnum risum deberet doctis, cum ad interpretationem *L. 69. D. pro socio*, in primis vocabuli *nundinarum*, abusus esset *Glossario Labbaei*, loco quidem corrupto, et ad istud fragmentum *Vlpiani* plane nihil pertinente:

§. VI.

Nunc *Synopsis Basilicorum*, siue *Ἐκλογὴ Βασιλικῶν* operam curamque nostram desiderat. Ea *) et si a quibusdam ad Romanum *Lecapenum* iuniorem auctorem refertur, incertam tamen videtur habere originem: praeterquam, quod haud dubie non admodum diu post ipsum *Βασιλικῶν* corpus confecta est. Ab auctore, quisquis ille sit, scripta est, secundum seriem litterarum, cui simile laudat *Cuiacius* *μερῶν κατὰ σοιχείον*: sed qui eam edidit, *Io. Leunclavius* **), eam secundum ordinem *Basilicorum* librorum, quo melius verti posset, digessit. Liber ad historiam interpretationemque iuris vtilissimus.

*) Neque eam probat *Iac. Cuiacius Obs. XVIII, 37.*

x) *Leunclavius* eam ex *Io. Sambuci* Codice, *Tarenti* reperto, edidit, cum interpretatione latina, *Basil. 1575. fol. Observationes et Emendationes in Synopsin Basilicorum* scripsit *Car. Labbaeus* editas *Paris. 1607. 8.* in quibus quidem plurimae lacunae ex scripto libro bibliothecae regiae *Paris* suppletur, Scholia graeca et quaedam capita primum reuocantur in lucem. Ceterum de hac *Synopsi* v. *Cuiac. Obs. XVIII, 37. 38.* Scriptus eius liber seruatur etiamnum in bibliotheca *Caesarea Vindobon.* v. *Lambec. Commentar. Biblioth. Vindobon. VI. init.* Non confundenda cum hac *Ἐκλογῇ* est *Ἐκλογὴ τῶν νόμων* in modum compendii in *L.* titulos diuisa, et primo *Romani Senioris* anno edita, quae, testibus *Lambecii* et *Nessellii* *Commentariis* de biblio-

bibliotheca Vindobonensi, adseruatur inedita in bibliotheca Caesarea.

§. VII.

Traditis iis, quae propius Βασιλικῶν libros attingunt, iam persequemur ceteros vel ICTOS, vel ICTORUM libros, qui his temporibus extiterunt. In quibus princeps est PHOTIUS, Patriarcha Constantinopolitanus *), qui circa annum Christi DCCCLXXXIII, adeoque ante Basilicorum confessionem †), scripsit *Nomocanonem*, qui etiam Προκανὼν dicitur, *Nomocanon* dicitur, quia veluti compendium est iuris canonici Graecorum, comparatione nimirum facta constitutionum Ecclesiasticarum Imperatoriarum, cum conciliorum Canonibus, et veterum Patrum Epistolis Canonicis. Προκανὼν adpellatus est, quia is liber Canonibus praeponitur. Hunc Nomocanonem siue Procanonem Constantinus Porphyrogenneta denuo recognitum dedit, vti ex graecis interpretibus ‡) docet Cuiacius §). Primus ex bibliotheca Io. Tili eruit Gentianus Heruetus, et latine versus edidit †) **): nouam deinde interpretationem fecit Henr. Agylaeus †). Tandem graece et latine editus ex bibliotheca Palatina a Christophoro Iustello †): repetitus postea in Bibliotheca Iuris Canonici veteris Iustelli †).

*) Vitam enarrauit Mart. Hankius de *Scriptoribus Byzantinis*, Part. I. cap. 18.

†) v. Hofmann. *Hist. Iur.* III, 3. 3. Cuiacius vero *Obs.* VI, 9. cum Basilicis aequalem statuit.

‡) ad *L. ult. C. de custod. reor.*

§) *Cuiac. Obs.* VI, 9.

†) *Parif.* 1561. fol.

***) Cum isto Nomocanone non confundenda tamen Photii *Collectio Canonum*, quae eundem Gentianum Heruetum interpretem naeta deprehenditur in editione Photii, quae vna cum Balsamonis commentariis prodit *Parif.* 1620. fol. Vnde haec pars commentario-

rum a Balsamone scriptorura *Beueregii Pand. Can.* altera autem, quae ad solum Nomocanone[m] spectat, vna cum ipso Nomocanone *Iustelli Bibl. Iur. can. vet. Tom. II. p. 785.* inserta legitur. Caeterum eodem, quo Heruetus, anno, suam eamque Amerbachii beneficio plenior[em] interpretationem edidit *Henr. Agylaeus*, quem falso Bachius in nota subsequente laudauerat.

c) *Basil. 1561. fol.*

d) *Paris. 1615. 4.*

e) *Paris. a. 1661. fol. Vol. II. [p. 789.]* Caeterum conf. *Fabr. Bibl. Gr. Vol. IX. p. 558.*

§. VIII.

MICHAEL PSELLVS, iunior *), ad Michael[em] Ducam Imperatorem circa annum MLXX, iussu Imperatoris, versibus politicis scripsit *Σύνοψιν τῶν νόμων*. Primus **) cum interpretatione et adnotationibus edidit Franc. Bosquetus †) ICTUS, et postea Episcopus. Nouam eius editionem parauit Corn. Sieben, eamque in rem Observationes Criticas emisit ‡): sed consilium morte viri doctissimi interceptum est. Quare Gerardus Meermannus Bosqueti editionem et adnotationes, adiunctis Siebenii Observationibus, repetiit in Thesauro Iuris Ciuilis et Canonici §) ***). Ceterum vt Pselli libellus aliquam utilitatem ad Iuris Graeci cognitionem adferat, tamen multis erroribus refertus est ****).

*) cf. *Leo Allatius de Psellis eorumque scriptis, Romae 1634. 8.*

**) Scholiorum nomine euulgauerat iam nonnulla Synopsi Attalatae subiecta et tamquam soluta oratione conscripta *Io. Leunclavius Iur. Graec. Rom. Tom. II. pag. 1. sq.* quippe qui numerum carminum non animaduertat.

f) *Paris. 1632. 8.*

g) in *Misc. Obs. Vol. VI. [Specimen Obseruat. Critic. in Pselli Synopsin Tom. I.] p. 199. sq. [et Meermanni Thes. insert. Tom. I. p. 79.]*

h) *Tom.*

h) Tom. I. [p. 37. sqq. *Siebenii Spec. Obs. critica*, est pag. 79. sqq.]

***) Ex illo Thesaurο paucis abhinc annis *Mich. Pselli Synops. legg. cum latina interpret. et not. Franc. Bosqueti ac selectioribus obseru. Corn. Siebenii* recudendam curauit *Ludou. Teuscherus*, Lips. 1789. 8. repetit in *Audoribus graecis minor. cura Ch. Th. Kuinosl*, ibid. 1796. 8. Tom. II. p. 1. sq.

****) Hinc reprehensio *Ant. Augustini. Emendat. IV, 3. in Ottonis Thes. Tom. IV. p. 153r.* Sed eum variū adhuc Codices MSS. in bibliotheca Caesarea Vindobonensi, Parisina, Vaticana, Constantinopolitana aliisque lateant: facili negotio plures in Psello loci, qui corrupte iam leguntur, ex variis lectionibus possent restitui. Optandum igitur, ut Vir aliquis doctus, *Abr. Wielingio*, qui, teste *Gul. Ott. Reizio Praefat. ad Theoph. p. XI.* de edendo et adornando Psello cogitauerat, non dissimilis, hanc Synopsin emendationem et animaduersionibus illustratam denuo in publicum prodire iubeat.

§. IX.

MICHAEL ATTALIATA, Iudex et Proconsul, iussu eiusdem Michaelis Ducae Imperatoris, anno Chr. MLXXIII¹⁾, ad Imperatorem scripsit *ποίημα νομικόν, ἢτοι πραγματικόν*: qui liber in latinum sermonem conuersus a *Io. Leunclauio*, et editus est²⁾.

1) v. *Ritter. ad Heinecc. Hist. Iur. I, 406.* et ad *Cod. Theod. T. III. p. 98.*

2) *Leunclau. T. II. Iur. Graec. Rom. [p. 1 — 77.]* Ceterum eius codices scripti plurimi in bibliothecis adferuntur, sed ab edito libro valde discrepantes. v. *Lambec. Comm. Biblioth. Vindobon. Lib. VI. p. 20. Nessel. Catal. MSS. P. II. p. 10.*

§. X.

EUSTATHIUS, Antecessor³⁾, scripsit *περὶ τῶν χρονικῶν διαστημάτων*, siue *de temporum intervallis* librum, siue, ut vulgo inscribitur, *de diuersis tempo-*

temporalibus praescriptionibus: in quo libro omnia diuerforum temporum interualla a momento usque ad centum annorum praescriptionem, tam e iure Iustiniano, quam e Basilicis persequitur. Editus hic libellus primum est a Simone Schardio ^{l)}: mox plenius a Cuiacio ^{m)}: denique a Leunclauio, insertus Iuri Graeco Romano ⁿ⁾. Libellus ad iuris scientiam non inutilis.

*^{l)} Vide *Ip. Gotfr. Sammetum* Disp. inaug. de *hypobolo*, §. VIII. p. 29. *Opusc.*

l) vna cum Legibus nauticis et rusticis *Basileae a. 1561. 8.* [recus. *Rostoch. 1671. 4.*]

m) in *T. I. Opp. quae uiuus fecit de iure*, [p. 305. sq.] ;

n) *T. II.* [p. 207 — 248.] Ceterum et alibi editus extat: v. c. in *Petr. Lindenberghii* Libro [de numerorum praecipuorum tam in sacris, quam in ethnicis scriptis nobilitate, mysterio et eminentia, qui insertus legitur] *Chr. Woldenbergii* de numeris utriusque iuris, [et can. et ciu. Tract. Phil. Iurid.] *Francos. [et Lips.] 1671. 4.* [pag. 559. seqq.]

§. XI.

GEORGIVS PHORBENVS ^{o)}, incertae aetatis ^{*),} cuius libellos περί υποβόλας, et de casu siue περί ἀπειρυχίας, memorat *Allatius* ^{p)}, ex priorē verō libro locum adfert *Cuiacius*.

o) de quo v. *Cuias. Obs. V, 4.*

*^{l)} Vid. *Sammetum d. l. §. V. pag. 16. et §. VIII. pag. 29. seqq.*

p) de *Georgiis* ap. *Fabr. Bibl. Gr. Vol. X. p. 721. [et Vol. XII. p. 483.]*

**^{l)} Post *Phorbenum* vixisse etiam videtur *Auctor Formularii Notariorum graeci*, a *Claud. Salmasio* de *M. V. p. 149. excitatus. vid. Sammetum d. l. §. VIII. p. 31.*

§. XII.

Eodem numero est *DEMETRIVS*, *Chartophylax* ^{q)}, et postea [Archiepiscopus] *Bulgariae*, cuius librum

Fabric. Bibl. Gr. Vol. IV. c. 36. §. 11. [Vol. VI. p. 231. Edit. nouiss.]

- *) Huius utilitatis causa consulendi sunt ac vehementes commendandi, qui, post doctorum virorum a Baccio laudatorum lucubrationes, spicilegia adhuc, imo messes sibi relictam esse viderunt. Sic Glossae Nomicae saepius corriguntur, in integrum restituntur, explicantur ac defenduntur: *Casp. Barthio Aduers. I, 1. Io. Alberti Miscellan. crit. in glossas nomicas subiunct.* Eius *Glossario graeco in sacros noui Testam. libros* Lugd. Bat. 1735. 8. pag. 225. sqq. *Petro Bondam, Campensi-Transisalano, Specim. animadversionum criticarum ad loca quaedam iuris ciuilis deprauata,* Franecu. 1746. 4. *Cap. VI—X. p. 29—50: Gisb. Koenio Diss. ad loca quaedam iuris et alia deprauata,* Franecu. 1758. 4. in *Oelrichs Thes. Diss. Iurid. Selectiss. Vol. I. Tom. III. cap. II—IV. Petr. Luv. Struchtmeijero Epist. crit. in Glossas Nomicas ad Herm. Cannegieterum,* Trai. 1769. 8. *Io. Bern. Kochlero Specim. I. Verisimilium iuris ciuilis,* Gotting. 1771. 4. *cap. VI. et cap. VII. pag. 24—43. Geo. Ioa. Jacobson Spec. critic. in glossas nomicas,* Daventr. 1774. 4. *Ant. Haakma Tresling Specim. Aduersariorum criticorum,* Groningae 1792. m. 8. qui quidem instituta cum Theophilo comparatione, multa glossarii nomici loca pag. 90. sqq. emendauit: add. *Henr. Io. Arntzenius in Sylloge Obseruat. insert. Actis Societatis Literar. Rheno-Traiectinae Tom. I. p. 126. sqq. Lugd. et Ultraï. 1793. 8.* Caeterum ad Glossas nomicas olim *Fabrotus in Notis ad Theophil. Tit. Instit. de success. subl. §. 12. Tit. de action. §. 1. et de noxal. act. commentari promisit: promissis autem non stetit.*
- †) Eius generis *Glossae Graecolatinae* in Bibliotheca Caesarea Viadobon. adseruantur ineditae. v. *Nesseli Catal. MSS. Bibliothec. Viadobon. p. 8. et 29. [et Lambecii Comm. de bibl. Viadob. Lib. VI. p. 15. 25. 32. 36.]* His similes sunt illae, e quibus Excerpta dedit *Montefalconius in Catalogo Codd. MSS. Bibliothecae Coislin. p. 488. sqq.* Hic etiam memorandum est *Nic. Rigaltii Glossarium Verborum,* quae in Nouellis Imperatorum Orientis post Iustinianum occurrunt, *Parisi. 1601. 4.*
- ***) Haud secus, ac Tituli Pand. de Verb. Sign. et Div. Regg. Iuris, quos ex codicibus mssptis emendatos vna cum lectionum varietate praelo commisimus.

u) Conferenda omnino est [Io. Aug.] *Ernesii* doctissima *Prolusio de Veterum Glossariorum vera indole et usque* [Lips. 1742. 4.] quae, [prae-*fixa Io. Alberti* glossario graeco in nouum testamentum,] cum de vniuerso genere tractet, facile ad Glossas Nomicas traduci potest. Commendanda lectio huius scriptionis omnibus iis est, qui uti volent Glossariis. Et memini, qui magnam risum deberet doctis, cum ad interpretationem *L. 69. D. pro socio*, inprimis vocabuli *nundinarum*, abusus esset *Glossario Labbati*, loco quidem corrupto, et ad illud fragmentum *Vlpiani* plane nihil pertinente.

§. VI.

Nunc *Synopsis Basilicorum*, siue *Ἐκλογὴ Βασιλικῶν* operam curamque nostram desiderat. Ea *) etsi a quibusdam ad Romanum *Lecapenum* iuniorum auctorem refertur, incertam tamen videtur habere originem: praeterquam, quod haud dubie non admodum diu post ipsum *Βασιλικῶν* corpus confecta est. Ab auctore, quisquis ille sit, scripta est, secundum seriem litterarum, cui simile laudat *Cuiacius* *κατὰ στοιχείον*: sed qui eam edidit, *Io. Leunclavius* **), eam secundum ordinem *Basilicorum* librorum, quo melius verti posset, digessit. Liber ad historiam interpretationemque iuris utilissimus.

*) Neque eam probat *Iac. Cuiacius Obs. XVIII, 37.*

x) *Leunclavius* eam ex *Io. Sambuci* Codice, *Tarenti* reperto, edidit, cum interpretatione latina, *Basil. 1575. fol. Observationes et Emendationes in Synopsin Basilicorum* scripsit *Car. Labbaeus* editas *Paris. 1607. 8.* in quibus quidem plurimae lacunae ex scripto libro bibliothecae regiae *Paris.* suppleantur, Scholia graeca et quaedam capita primum reuocantur in lucem. Ceterum de hac *Synopsi* v. *Cuiac. Obs. XVIII, 37. 38.* Scriptus eius liber seruetur etiamnum in bibliotheca *Caesarea Vindobon.* v. *Lambec. Commentar. Biblioth. Vindobon. VI. init.* Non confundenda cum hac *Ἐκλογῇ* est *Ἐκλογὴ τῶν νόμων* in modum compendii in *L.* titulos diuisa, et primo *Romani Senioris* anno edita, quae, testibus *Lambecii* et *Nesseli* *Commentariis* de biblio-

bibliotheca Vindobonensi, adseruatur inedita in bibliotheca Caesarea.

§. VII.

Traditis iis, quae propius Βασιλικῶν libros attingunt, iam persequemur ceteros vel ICtos, vel ICTorum libros, qui his temporibus extiterunt. In quibus princeps est PHOTIVS, Patriarcha Constantinopolitanus *), qui circa annum Christi DCCCLXXXIII, adeoque ante Basilicorum confectionem †), scripsit *Nomocanonem*, qui etiam Προκανὼν dicitur, *Nomocanonis* dicitur, quia veluti compendium est iuris canonici Graecorum, comparatione nimirum facta constitutionum Ecclesiasticarum Imperatoriarum, cum conciliorum Canonibus, et veterum Patrum Epistolis Canonicis. Προκανὼν adpellatus est, quia is liber Canonibus praepositus. Hunc Nomocanonem siue Procanonem Constantinus Porphyrogenneta denuo recognitum dedit, vi ex graecis interpretibus ‡) docet Cuiacius §). Primus ex bibliotheca Io. Tili eruit Gentianus Heruetus, et latine versum edidit †) **): nouam deinde interpretationem fecit Henr. Agylaeus †). Tandem graece et latine editus ex bibliotheca Palatina a Christophoro Iustello †): repetitus postea in Bibliotheca Iuris Canonici veteris Iustelli †).

*) Vitam enarrauit Mart. Hankius de Scriptoribus Byzantinis, Part. I. cap. 18.

†) v. Hofmann. Hist. Iur. III, 3. 3. Cuiacius vero Obs. VI, 9. cum Basilicis aequalem statuit.

‡) ad L. ult. C. de custod. reor.

§) Cuiac. Obs. VI, 9.

†) Paris. 1561. fol.

***) Cum isto Nomocanone non confundenda tamen Photii Collectio Canonum, quae eundem Gentianum Heruetum interpretem nacta deprehenditur in editione Photii, quae una cum Balsamonis commentariis producit Paris. 1620. fol. Unde haec pars commentario-

rum a Balsamone scriptorum *Boueregii Pand. Can.* altera autem, quae ad solum Nomocanonem spectat, una cum ipso Nomocanone *Iustelli Bibl. Iur. can. vet. Tom. II. p. 785.* inserta legitur. Caeterum eodem, quo Heruetus, anno, suam eamque Amerbachii beneficio plenioram interpretationem edidit *Henr. Agylacus*, quem falso Bachius in nota subsequente laudauerat.

c) *Basil. 1561. fol.*

d) *Paris. 1615. 4.*

e) *Paris. a. 1661. fol. Vol. II. [p. 789.]* Caeterum conf. *Fabr. Bibl. Gr. Vol. IX. p. 558.*

§. VIII.

MICHAEL PSELLVS, iunior *), ad Michaellem Ducam Imperatorem circa annum MLXX, iussu Imperatoris, versibus politicis scripsit *Σύνοψιν τῶν νόμων*. Primus **) cum interpretatione et adnotationibus edidit Franc. Bosquetus †) ICTUS, et postea Episcopus. Nouam eius editionem parauit Corn. Sieben, eamque in rem Observationes Criticas emisit ‡): sed consilium morte viri doctissimi interceptum est. Quare Gerardus Meermannus Bosqueti editionem et adnotationes, adiunctis Siebenii Observationibus, repetiit in Thesauro Iuris Ciuilibis et Canonici †) ***). Ceterum vt Pselli libellus aliquam utilitatem ad Iuris Graeci cognitionem adferat, tamen multis erroribus refertus est ****).

*) cf. *Leo Allatius de Psellis eorumque scriptis, Romae 1634. 8.*

**) Scholiorum nomine euulgauerat iam nonnulla Synopsi Attalatae subiecta et tamquam soluta oratione conscripta *Io. Leunclavius Iur. Graec. Rom. Tom. II. pag. 1. sq.* quippe qui numerum carminum non animaduertat.

f) *Paris. 1632. 8.*

g) in *Misc. Obs. Vol. VI. [Specimen Obseruat. Critic. in Pselli Synopsin Tom. I.] p. 199. sq. [et Meermanni Thes. insert. Tom. I. p. 79.]*

h) *Tom.*

h) Tom. I. [p. 37. sqq. *Siebenii Spec. Obs. critic.* est pag. 79. sqq.]

***) Ex illo Thesauro paucis abhinc annis *Mich. Pselli Synopsis legg. cum latina interpret. et not. Franc. Bosqueti ac selectioribus obseru. Corn. Siebenii* recudendam curauit *Ludou. Teucherus*, Lipsi. 1789. 8. repetit. in *Audoribus graecis minor. cura Ch. Th. Kuinoel*, ibid. 1796. 8. Tom. II. p. 1. sq.

****) Hinc reprehensio *Ant. Augustini. Emendat. IV, 3. in Ottonis Thes. Tom. IV. p. 1531.* Sed cum varii adhuc Codices MSS. in bibliotheca Caesarea Vindobonensi, Parisina, Vaticana, Constantinopolitana aliisque lateant: facili negotio plures in Psello loci, qui corrupte iam leguntur, ex variis lectionibus possent restitui. Optandum igitur, ut Vir aliquis doctus, *Abr. Wielingio*, qui, teste *Gul. Ott. Reizio Praefat. ad Theoph. p. XI.* de edendo et adornando Psello cogitauerat, non dissimilis, hanc Synopsin emendationem et animaduersionibus illustratam denuo in publicum prodire iubeat.

§. IX.

MICHAEL ATTAΛIATA, Index et Proconsul, iussu eiusdem Michaelis Ducae Imperatoris, anno (Chr. MLXXIII¹), ad Imperatorem scripsit *κοινωνομικόν, ἢτοι πραγματικόν*: qui liber in latinum sermonem conuersus a *Io. Leunclanio*, et editus est *).

2) v. *Ritter. ad Heinicc. Hist. Iur. I, 406.* et ad *Cod. Theod. T. III. p. 98.*

3) *Leunclau. T. II. Iur. Graec. Rom. [p. 1 — 77.]* Ceterum eius codices scripti plurimi in bibliothecis adferuntur, sed ab edito libro valde discrepantes v. *Lambec. Comm. Biblioth. Vindobon. Lib. VI. p. 20. Nessel. Catal. MSS. P. II. p. 10.*

§. X.

EVSTATHIVS, Antecessor *), scripsit *περί τῶν χρονικῶν διαστημάτων*, siue *de temporum intervallis* uel abrum, siue, ut vulgo inscribitur, *de diuersis tempo-*

temporalibus praescriptionibus: in quo libro omnia diuersorum temporum interualla a momento usque ad centum annorum praescriptionem, tam e iure Iustiniano, quam e Basilicis persequitur. Editus hic libellus primum est a Simone Schardio ^{l)}: mox plenius a Cuiacio ^{m)}: denique a Leunclauio, insertus Iuri Graeco Romano ⁿ⁾. Libellus ad iuris scientiam non inutilis.

*^{l)} Vide *Ip. Gotfr. Sammetum* Disp. inaug. de hypobolo, §. VIII. p. 29. *Opusc.*

^{l)} vna cum Legibus nauticis et rusticis *Basileae a. 1561. 8.* [recus. *Rostoch. 1671. 4.*]

^{m)} in *T. I. Opp. quae viuis fecit de iure*, [p. 305. sq.]

ⁿ⁾ *T. II.* [p. 207 — 248.] Ceterum et alibi editus extat: v. c. in *Petr. Lindenbergii* Libro [de numerorum precipuorum tam in sacris, quam in ethnicis scriptis nobilitate, mysterio et eminentia, qui insertus legitur] *Chr. Woldenbergii* de numeris utriusque iuris, [et can. et civ. Tract. Phil. Iurid.] *Francof. [et Lips.] 1671. 4.* [pag. 559. seqq.]

§. XI.

GEORGIUS PHORBENVS^{o)}, incertae aetatis^{*)}, cuius libellos περι υποβόλας, et de casu siue περι αιπρωχίας, memorat *Allatius* ^{p)}, ex priore vero libro locum adfert *Cuiacius*.

^{o)} de quo v. *Cuias. Obs. V. 4.*

^{*)} Vid. *Sammetum d. l. §. V. pag. 16. et §. VIII. pag. 29. seqq.*

^{p)} de *Georgiis ap. Fabr. Bibl. Gr. Vol. X. p. 721. [et Vol. XII. p. 483.]*

^{*)} Post *Phorbenum* vixisse etiam videtur *AVCTOR Formularii Notariorum graeci*, a *Claud. Salmasio* de *M. V. p. 149. excitatus. vid. Sammetum d. l. §. VIII. p. 31.*

§. XII.

Eodem numero est *DEMETRIVS*, *Chartophylax* ^{*)}, et postea [Archiepiscopus] *Bulgariae*, cuius librum

librum *Quaestionum* graecum apud Petr. Fabrum fuisse, ex *quinquagesima quinta quaestione* locum aliquem produicens, testatur Cuiacius ^{q)}).

*⁾ De eius aetate egit *Sámmetus d. l. §. VIII. p. 28.* quem tamen locus Fabri fugit.

q) *Cuiac. Obs. V. 4. cf. Petr. Fabr. Semestr. lib. III. [cap. XXI.] p. 327.*

§. XIII.

NICOLAUS HAGIOTHEODORIVS, Metropolitae Atheniensis, tempore Lucae Patriarchae Constantinopolitani, fuit ^{r)}), hoc est, circa annum Chr. MCLV, imperio Manuelis Comneni, scripsit *Scholia in Basilica* ^{s)}): eumque alius Scholiasta praecceptorem suum vocat ^{t)}).

r) *Balsamo ad Nomocanon. Phot. tit. 13. p. 1021. ap. Iustell. Biblioth. Iur. Canon. vet.*

s) *Basil. T. VII. p. 121.*

t) *T. VII. p. 658.*

§. XIV.

Neque praetermittere possumus THEODORVM BALSAMONEM ^{u)}), Patriarcham Antiochenum, circa idem tempus. Is scripsit iussu Manuelis Imperatoris ^{u)}) *Commentarios*, siue *Scholia in Photii Nomocanonem*; quae una cum Photio ex codice scripto bibliothecae Palatinae edita sunt a Christophoro Iustello ^{x)}): repetita postea in bibliotheca Iuris Canonici veteris ^{y)}), collato libro scripto, cum prolegomenis Photii e Cod. biblioth. Oxon. primum editis. Idem Balsamo scripsit *Collectionem Constitutionum Ecclesiasticarum* e Codice, Digestis, Nouellis Iustiniani, *tribus libris* congestam: quam Io. Leunclavius *Paratylorum* nomine inscriptam primus latine edidit ^{z)}) cum libris Notatorum ^{z)}): graece primus e duobus libris scriptis protulit Henr. Iustellus ^{b)}), additis Leun-

Leunclauii versione, multo emendatiore, Notatorum-que libris, et Car. Annib. Fabrotti animaduersionibus γ). Ut taceam, eiusdem Balsamoni librum Μελετών και Αποκρίσεων, ad ius canonicum vetus pertinentem, editum a Leunclauio δ), aliasque eiusdem scriptiones. In his omnibus ad iuris Romani cognitionem valde praestabiles sunt Commentarii ad Nomocanonem Photii ε).

*) De Theodoro Balsamone eiusque Commentariis conf. *Beuerregii Praefat. ad Pand. Can. §. 14 — 21.*

υ) Nicetas in *Isacio Angelo*, [vid. *Sammetum d. l. pag. 30. seqq.*]

κ) *Parif. 1615. 4.*

γ) a *Iustello et Voello T. II. [p. 789. sqq.]*

ζ) *Francof. 1593. 8.*

δ) quae etiam inserta sunt *Ottom. Thes. Iur. Rom. Tom. III. [p. 1471 — 1561.]*

β) in *Bibliothec. Iur. Canon. Vet. Tom. II. [p. 1217. sq.]*

ε) Alium Cod. MS. ab edito valde discrepantem, sub titulo *Διάφοροι τάξεις συνόδων τοῖς ἱεροῖς κανόσι*, adseruari in *bibliothec. Caes. refert Lambec. Lib. VI. p. 54.*

δ) *Leunclau. T. I. Iur. Gr. Rom. [p. 442 — 478.]*

**) Commemorandus hic quoque est MATTHAEVS BLASTARES, Hieronomachus, qui scripsit circa a. 1335. *Syntagma alphabeticum eorum omnium, quae in sacris genuinisque canonibus continentur*, graece editum in *Beuerregii Synodico s. Pandectis Canonum, Tom. II. P. II. p. 1.* Praemisit Historiam Canonum, cui subiecit historiam LL. vsque ad Saec. IX. v. *Fabric. Bibl. Gr. T. X. p. 493. T. XII. p. 366. sq.* Caeterum Scholiastis Basilicorum addi possunt PΥTHIODO-RVS, cuius mentio fit *Basil. Tom. V. p. 624.* et SALOMON, qui *Tom. III. p. 361.* laudatur.

§. XV.

CONSTANTINVS HARMENOPVLVS*), IC-tus peritissimus, Iudex Thessalonicensis, et Ioanni Cantacuzeno, Ioannique Palaeologo Imperatoribus a consilio fuit γ). Scripsit anno Chr. MCCCXLV**),

Πρό-

Πρόχρητον τῶν νόμων, siue *Promptuarium Iuris*, quo *Promptuarium Basilii* Imperatoris suppleretur. In quo quidem usus est, cum iuris Iustiniani, tum Βασιλικῶν libris, atque recentiorum Imperatorum Constitutionibus, μικρὰ κατὰ σοχέον^f), Ῥωμαϊκοῖς Magistri, et Ἐπαρχικοῖς^g). Liber tribuitur in LXXX. titulos; estque utilissimus studio iurisprudenciae. Primus edidit graece Theod. Adam. Sualembergius^h), Latinum fecit Bernardus a Reyⁱ): cui successit noua interpretatio elegantior Io. Merceri^k). Deinde prodit Dion. Gothofredi editio praestantissima, adiecto Glossario Nomico^l). Scriptos huius Promptuarii Codices recensent Suaresius et Nesselius^m). Nouam vero editionem luculentissimam parari a Dau. Ruhakenio accepimus; quae ut propediem prodeat, optabile est^{****}). Eiusdem Harmenopuli *Epitome Iuris Canonici Graecorum*ⁿ), aliique libri sunt: de quibus hoc loco dicere nihil attinet^o).

*) vid. Io. Gotsfr. *Sammetum d. l. p. 30.* et *Abrah. Havercamp. not. in Harmenopulum Spec. inaug. cap. I.*

e) v. *Fabric. Biblioth. Gr. Vol. X. p. 273.*

***) Recte quidem. Maior enim fides habenda *Philotheo*, Patriarchae Constantinopolitano, et Harmenopuli συγγραφέω, certe non diu post eum, viuenti, cuius de aetate Harmenopuli testimonium profert *Lambecius in Catalogo Bibl. Vindob. Lib. VI. Part. I. p. 40.* quam *Fruhero* in *Chronolog. Iuri Graeco-Romano praefixa* et *Suaresio Notitia Basilic.* hoc *Promptuarium*, anno Christi MCXLII, aut *Iac. Gothofredo Manual. Iur. cap. VI.* et *Phil. Labbaeo Bibl. chronol. Script. Eccles. anno MCL.* id vindicantibus. Scripsit Harmenopulus etiam *Librum de Sedis*, de quo v. *Tenzelii Coll. Mensl. ad an. 1690. p. 967.* et alia, quae extant in *Bibliotheca Vindobonensi* recensita a *Lambecio l. c.* Caeterum Scholiafles Harmenopuli laudatur ab *Abr. Wieseltingio ad Chassanai Parat. pag. 213.*

f) *Cuiac. Obs. VI, 10.*

g) v. *Praefat. Harmenopuli*: quae etiam reperitur apud *Fabr. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 431.*

h) *Pa-*

h) *Paris.* 1540. 4. cuius exemplum **) manu *Jur. Cuiacii* pluribus locis valde auctum emendatumque e libro scripto [biblioth. Parisiensis,] ex libris Io. Bened. Carpzonii, illatum Bibliothecae Amplissimi Senatus Lipsiensis, servatur: quo novus editor ut utatur, iurisprudentiae causa, optabile est.

**) Eo usus est *Reizius*, nactus a *Meermanno* exemplum *Ritteri*, qui Cuiacianum diligenter contulerat, et lectiones variantes, et locos Ictorum Graecorum inde exseripserat.

i) *Coloa.* 1547. 8. [recura cura *Io. Raymundi*, *Lugd.* 1549. 8.]

k) *Lugd.* 1556. 4. [et *Lausan.* 1580. 8.]

l) *Geneu.* 1587. 4.

m) *Suaris. Not. Bas. §. 5. Nessel. Catal. Bibl. Vindobon. P. II. p. 15.* [add. *Montefalconius Bibl. Coisiana p. 212.* et *Catal. Codd. MSS. Bibl. reg. Paris. Tom. II. p. 302. p. 305. sqq. et p. 313.* Caeterum e codicibus MSS, qui Venetiis asservantur, *Laur. Theopolae Catal. Bibl. Divi Marci Cod. CLXXXII. sqq. Vol. I. p. 105.* lectionum variantium specimina protulit.]

***). *Ruhakénius* huius rei consilium postea abiecit. Novae igitur editionis curam, auctoritate *Gerh. Meermanni*, suscepit *Gul. Ott. Reizius*, eamque ad finem perduxit anno 1768. Cuius pariter ac *Meermannii* post obitum, tandem graece vna cum versione latina, ex collectione et museo *Meermanniano* prodit cura *Io. L. B. de Meermann* in *Supplem. novi Thef. Iuris Civilis et Canon.* Hag. Comit. 1780. fol. pag. 1 — 436.

n) Editata *Leunclau, Iur. Gr. Rom. T. I. [p. 1 — 71.]*

o) v. *Fabr. Bibl. Gr. Vol. X. p. 273.*

§. XVI.

Extat etiam *Μελέτη περί ψιλῶν συμφώνων*, siue *Commentatio de nudis passis*, incerti temporis et auctoris P). Laudantur praeterea plurimi alii Graecorum Iurisconsultorum libri inediti, qui in bibliothecis adservantur: veluti *IOSEPHI TENEDII Index Βασιλικῶν κατὰ σοιχείον*, et *Πρόχειρον Βασιλικῶν κατὰ σοιχείον*); de quibus legendi sunt Indices bibliothecarum *). Neque enim multum hoc loco de iis dici vel potest, vel necesse est.

p) aptid

- p) apud *Freher. in Leunclau. Iur. Gr. Rom. Tom. II. [p. 192 — 202.]*
- q) v. *Suarez. Notit. Basil. §. 8. Lambec. Comm. Bibl. Vindobon. Lib. VII. Nessel. Catal. Bibl. Vindobon. MSS. P. II. p. 31.*
- *) Vid. *Cuiacium Obseru. Lib. VI. cap. 10. et Sammetum d. l. p. 30.*

§. XVII.

Ceterum Romana iurisprudentia, Constantinopoli semper fere culta, et tradita¹⁾, penitus ex Oriente profugit, occupata a Turcis imperii orientalis sede. Quod si quis hodie vñs sit iuris Romani inter Turcas, vti tradunt²⁾, exiguum tamen esse, facile est ad existimandum³⁾.

- r) Saeculo XII. Irnerium ius ciuile ibi didicisse tradit *Ciron. Obs. Iur. Can. V, 5.*
- s) *Menag. Amoenit. Iur. Ciu. cap. XXVI. Bynkershoek. Obs. IV, 1. p. 385.*
- *) Quae in multis multorum commentariis decantata fuit quondam fabula de codicibus, Theodosiano et Iustiniiano, in linguam arabicam conuersis et in vniuersum de corpore iuris ciuilis romani a Turcis recepto; eam, in itinerariis docti cuiusdam Angli, *Shaw, Voyages dans plusieurs provinces du Levant, Traduct. française, à la Haye 1743. 8. Tom. I. p. 409. et Volnei, Galli, Voyages dans Syrie et Egypte, germanice, Ien. 1788. 8. Tom. II. p. 241. nuper repetitam, satis explorauerunt Viri, rerum Turcicarum peritissimi, Lüdecke Beschreibung des Türkischen Reichs, Leipzig 1771. 8. Tom. II. p. 67. et Toderini Letteratura Turchesca, in Venezia 1787. III. Tom. 8. quem fibrum egregium sub titulo: *Toderini Litteratur der Türken*, non solum in patrium sermonem transtulit, sed plurima quoque partim emendauit, partim adiecit *Phil. Gul. Gottlieb Hausleutnerus, Prof. Stuttgart. Reiomont. 1790. m. 8. T. I. pag. 47. sq. add. Will. Eton a Survey of the Turkish Empire, London 1798. m. 8.**

CAPVT III
DE
IVRIS IVSTINIANEI REVOCATIONE
IN
VSVM ET SCHOLAS OCCIDENTIS
S E C T. I.

§. I.

Cum igitur in Oriente possessionibus suis quasi deiecta, ac fugere coacta, cum omni supellectile, cessisset Iurisprudentia; veterem suam patriam, Italiam, vbi nata, et educata, et dotata, repetiisse, vt antiquum patrimonium, antea propemodum desertum et incultum, recoleret, visa est *). Ac tamen, qui illius antiquum patrimonium colerent, quasi colonos, et administratores quosdam semper habuit in Italia; sensim paulatimque tamen negligendo possessiones veteres, temporum etiam calamitatibus, ita imminutus ager erat, vt paruus modus superesset, et ad tantam sterilitatem adductus, vt propemodum nihil fructuum ex sese efferret. Cum vero ex oriente pulsa cum bonis artibus omnibus rediisset, tum vero veterem recipere dignitatem, atque potentiam coepit. Sed pressius atque diligentius rem exponemus.

*) cf. *Steuogtii Prol. de iurisprudentiæ romanæ fortuna in Italia Ostrogothis, in Gallia et Hispania Visigothis regnantibus, non adeo iniqua, Coburgi 1676. 4.*

§. II.

In Occidente, ut supra tradidimus, post Theodosii iunioris tempora Codicis potissimum Theodosiani, et Alariciani auctoritas magna fuit, diuque perstitit. Neque vero Iuris Iustiniani usus in provincias, a barbaris occupatas, ac possessas, induci potuit. Solam Italiam et Africam, barbaris ereptas, Iustinianus corporis, a se editi, necessitate obstrinxit. In Africa, ab Saracenis infesta, ius Iustinianum, una cum imperio Romanorum, possessione sua paullo post excidit. In Italia vero cum Langobardi insedisent, non solum in Exarchatu, sed etiam in ceteris prouinciis, Langobardorum dominationi subiectis, auctoritatem obtinuit suam^{a)}, propterea, quod et hi populi, ad exemplum ceterarum barbararum gentium, a se subactis prouinciis veteres leges et iura sua prudenti consilio reliquissent. Neque vero postea cum a Francis debellati Langobardi, Italiaeque regnum constitutum esset, iuri Iustiniano vis abrogata sua^{b) c)}. Itaque semper in Italia post Iustinianum usus iuris Iustiniani permansit^{d)}.

a) v. *Leg. Langobard. Lib. I. tit. 29. I. Feud. 1. et II. Feud. 2.*

b) *Leg. Langobard. II. tit. 56. Baluz. Capitular. Reg. Francor. T. I. p. 345. sqq. cf. Conring. de Orig. Iur. Germ. c. 20.*

c) Bene vero Io. Paul. Kræffius *Libr. sing. de privilegiis agriculturæ apud Germanos*, Jen. 1736. 4. pag. 9. nondum satis probatum esse, scribit, quod in diplomatibus sub Francis ius civile notet semper *Codicem Theodosianum*, praemissa paullo ante pulchra disquisitione de receptione iuris rom. in German. quod iam pro norma fuisse contendit saeculo VIII. in condemnatione Thafilonis.

d) v. *Donat. Ant. d' Asti dell' uso et autorità della ragion civile nelle provincie dell' Imperio Occidentale del di, che furono inondate da' Barbari fino a Lothario II.* Nap.

1720, II. T. 8. Lib. II. cap. 2. sqq. Henr. Christ. L. B. a Senckenberg de receptione iuris romi. in Append. III. Method. Iurispr. Francf. ad Moen. 1756. 4. p. 103. sqq. et Ios. Toscani Comm. de origine, auctoritate et usu Iuris Iustiniani per Occidentem, praecipue in regno Neapolitano, quae reperitur in Iuris publ. rom. arcan. Tom. III. Part. I. Neap. 1774. 4. Lib. V. Cap. vlt. pag. 45 — 87. Perpetuum iuris romani in Italia valorem copiose probarunt Lud. Ant. Muratorius Antiqu. Ital. Tom. II. p. 239. sqq. vbi docta de legibus Italorum dissertatio: Maurus Sartius de clar. archigymnas. Bononiens. Professor. in Vit. Irnerii, Tom. I. p. 2. sqq. Virg. Valsechi de veteri Pisan. ciuitat. constitut. in Hoffmanni Hist. Iur. Tom. I. Append. pag. 189. sq. Leop. Andr. Guadagni de Florentino codice, omnium, quae exstant, Pandectar. exemplor. parente, cap. 13. Zepernich, V. III. App. ad Beckii Nouell. Leon. p. 440. sqq.

§. III.

Maior tamen vsus Codicis et Nouellarum, quam Pandectarum, fuit, Clericis imprimis auctoribus^{c)}, quorum praecipua iura ac priuilegia in Codice et Nouellis continebantur.

c) Conring. l. c. Petrus de Marca de Concord. Sacerd. et Imp. III, 6, 2.

§. IV.

Enimvero, si Iuris Iustiniani vsus remansit, qui fit, vt saeculo XII. in Italia instauratum, restitutumque dicatur? In quo sic tenendum est, etsi vsus fuerit eius iuris, multis tamen nouis Legibus vel moribus superuenientibus, ita auctoritatem sensim immutatam, vt vix umbra aliqua adpareret. Itaque cum saeculo XII. extitissent, qui iura Iustiniana, eorumque Corpus enarrarent, auditoribusque suis traderent, essentque in magna doctrinae ac prudentiae existimatione, vt magui ad eos audiendos concursus fierent, tum vero auctoritas ac vis iuri Iustiniano restituta

videbatur, iterumque non solum in Italiae iudicia reducta est, sed etiam in peregrina et externa regna primum illata.

§. V.

Causae autem eius rei varie eduntur. Namque nonnulli *), Lotharii II. Imperatoris Constitutione in Italia iussos fuisse quosdam, docere, interpretarique Ius Iustinianicum, huicque iuri soli, abrogatis ceteris legibus, auctoritatem, statuunt, datam^d). Alii vero existimant, inuento in Amalphantana expugnatione Pandectarum, quod nunc Florentiae est, exemplo**), effectum illud esse, studiumque illud refluuisse, vel etiam id Pandectarum exemplum occasionem dedisse, ut Icti Digesta enarrarent, vel ut Lotharius Imp. iuris Romani studium praeciperet. Sed prior illa causa arguitur inde *), quod neque Constitutio illa Lotharii II. editur, neque testimonium de ea re scriptoris alicuius antiqui, et aequalis laudatur. Haec vero ratio dudum etiam explosa, atque eiecta est, propterea, quod dudum ante istam Digestorum inuentionem iactatam, et ipsa Digesta in usu et scientia^f), et iuris Iustiniani enarrationem in scholis versatam hodie constat. *Pepo* enim primum, ac post *Iruerius* ante istam Amalphantanam expeditionem ius civile professi sunt Bononiae^g). Ipsa vero exempli istius Digestorum tantopere venditata inuentio multis iisque grauissimis dubitationibus obnoxia est.

*) Falsam hanc sententiam primus posuit *Car. Sigonius*, sed sine auctore.

d) *Sigon. de Regn. Ital. XI. fin. Pancivoll. de claris Leg. Interpr. II, 3. et 23. Gifani. vit. Iustin. in fin. Arthur. Duck. de Auctor. Iur. Civ. I, 14. Ciron. Obs. Iur. Can. V, 5.*

**) Codex Pandectarum Amalphi repertus fertur anno MCXXXVII. Iam vero anno MXCVII Humbertus, Comes

Comes Sabaudiae, adeoque Italiae vasallus, apud Ughellum *Ital. sacra Tom. IV. pag. 1458.* viuere se profitetur lege romana: deinde ante annum MCVI ad ius romanum prouocat *Venericus Vercellensis*, adi. *Libro de unitate eccles. conseru. p. 16.* edit. Schard; in lege Langobardica II, 47, 11: testatur denique *Henricus Sanctus Imper. Ital.* constitutionem Marciani (*leg. 25. C. de Episcop.*) ac Iustiniani sanctionem, legisque peritos ab Imperatore in consilium adhibitos. Quibus quidem efficitur, viguisse iam sub initium saeculi vndecimi iuris Iustiniani auctoritatem.

- e) Primus eam rationem impugnauit *Fr. Lindenbrog.* in *Praef. ad Cod. Leg. antiqu.* deinde *Georg. Calixtus Epitom. Theol. Moral. p. 112.* Quibus cum *Barthol. Nihusius* [in *Coyollario ad Apologeticum, Colon. 1640. 8.*], satisfacere acriter tetendisset, tandem *Herm. Conringius* totam istam sententiam penitus eiecit cum in *praef. ad Orig. Iur. Ger.* tum in *Orig. Germ. c. 22. et 23.* ac denique etiam in *Responsione ad Nihusii Obiectiones, quam Originibus Iur. Germ. subiecit p. 259.* [add. *Polyc. Leuserus Diss. de iure Iustiniano a Lothario Imp. in Germaniam minime introduco, in Eius Opusc. quibus iurisprudentia, historia, et ars diplomatica illustrantur, nunc primum collectis, Norimbergae 1800. 4. num. III.*]
- f) v. *Guid. ad Grandi Epist. de Pandect. ad Io. Auernium p. 49.* Atque in Anglia etiam *Digesta ipsa Saec. XII.* lecta fuisse docet, praeter *Schwarz. in Exercit. de derivatione Pandectarum ex Florentinis, inprimis Petr. Bondam. in Animaduers. Crit. c. XI.*
- g) *Odofredus ad L. 1. D. de Iust. et Iur. v. Senckenberg. l. c. p. 114.*

§. VI.

Sed non alienum fuerit de ista quaestione super exemplo Pandectarum Florentino nonnihil, veluti per indicem, attingere. Est enim illius exempli tanta auctoritas, et praestantia, vt id cognoscere attingat*). In quo, vt eorum sententiam non plane amplectamur, qui librum istum scriptum eundem esse statuunt, quem Iustinianus ipse in aliquam provinci-

vinciam miserit, neque iis subscribamus, qui ex eo cetera omnia Pandectarum, quae hodie extant, exempla quasi ex fonte, manasse arbitrantur^{b)}: hoc tamen necesse est, istum Codicem ultimae esse antiquitatis, ceterisque Pandectarum codicibus scriptis haud dubie praecellere: statimque ab eo tempore, quo in notitiam Ictorum doctorumque hominum venisset, in summa existimatione fuisse ac laude versatum. Id autem non eo debet valere, ut hunc librum omni errore vacuum, eiusque lectiones, quamvis omni sententia carentes, vitiosasque, tamquam oracula quaedam, pro certissimis habeamus. Quod qui statuunt, quid aliud, quam librarium humano augustiorem, et tantum non deum aliquem, faciunt¹⁾.

^{a)} cf. *Flaminio dal Borgo Diss. sopra l'istoria dei Codici Pisani delle Pandette di Giustiniano Imperatore*, Lucca 1764. 4. Ceterum historiam controuersiae ipsius: num ex Florentino codice reliqua omnia Digestorum exempla manauerint? diligenter enarravit *Car. Frid. Walchius*, Praefat. ad *Leop. Andr. Guadagni Disquisit. de Florentino codice omnium parente*, Ien. 1755. 8. Argumenta autem, quae in utramque partem faciunt, strictim examinavit *Idem* in *notis ad Chr. Henr. Eckhardi Hermeneut. Iuris*, Lips. 1779. m. 8. *Lib. I. Cap. II. §. 74. p. 76. sqq.* Edit. nouiss. p. 85. sqq.

^{b)} Principes huius sententiae sunt *Ant. Augustin. Emend. I, 1. III, 1. Taurellus in dedicat. Pandect. Florent. et Henr. Brenemannus Hist. Pandect. III, 1. ***). Plerique vero docti sententiam hanc impugnant. Quod de industria fecerunt [*Guido Grandus in Epist. de Pandectis ad Ios. Averanium et Christ. Gottl.*] *Schwarzii* in *Exerc. [an ex unico codice Ms. Florentino omnia cetera Pandectarum exempla, quotquot vel manu descripta in bibliothecis totius Europae adhuc visuntur, vel typis expressa prostant, tamquam per traducem dimanarint?]* *Altorf. 1733. 4.* Hanc commentationem una cum *Schwarzii scholiis philolog. ad prooemium Institut.* iterum in lucem publicam emisit *Io. Lud. Vhlius*, *Lugd. Bat. 1739. 4.* Iam inserta legitur *Christ. Gottl. Schwarzii Exercitatt. academicis*, quas collegit et recensuit

consuit *Theoph. Christoph. Harles*, Norimberg. 1783. m. 8. num. V. p. 181. sqq. Sed huic pariter ac viris in Italia doctissimis, quibuscum tamen non faciebat *Schwarzius*, responsionem parauit *Brenemannus* scripta Epist. ad Franc. Hesselium, qua examinantur praecipua capita Epistolae *Guidonis Grandi de Pandectis*, nec non *Dissertationis* similis argumenti, auctore *Christ. Gottl. Schwarzio*, Trai. ad Rh. 1735. 4. recusa in *Schwarzii Exercitatt.* cura *Harlesii*, num. X. p. 366. [qq.] Ceterum omnino de hac quaestione adde *Io. Henr. Bornii* hac de re *Exercitationem* pereruditam, [Lips. 1737. 4.]

***) Post *Brenemannum* inprimis hanc de *Codice Florentino*, primario *codicum Pand.* fonte, sententiam defendit *Leop. Andr. Guadagni* *Disquis. de Florentino codice*, omnium, quae extant *Pandectarum exemplorum parente*, quam in *Ant. Franc. Ghorii Symbol. litterar.* (Romae 1752. 8.) *Decad. II. Vol. IV.* primum editam variisque observationibus locupletatam recudi curauit *Car. Frid. Walchius*, Ien. 1755. 8. Negauit autem cum doctis viris, quos *Bachius* excitauit, *Christ. Vtr. Gruppen Beweifs*, dass die vulgati codices *Pandectarum* aus dem archetypo *Florentino* nicht ausgegangen, in *Observatt. rer. roman. et germ.* num. 16. p. 295. sqq.

†) Itaque haud dubie comparanda etiam aliorum librorum scriptorum varietas, aestimanda ex regulis criticis, ac diiudicanda est: yti optimi Critici facere in aliis auctoribus antiquis consueuerunt, quamuis vnus esset *Codex* omnibus longe antiquior, cf. *Wielingii praefat.* ad *Leß. Iur. Ciu.*

§. VII.

Eum librum in expugnatione urbis *Amalphantanae* inuentum, *Pisanisque* a *Lothario II.* Imperatore donatum, *Pisas* translatum esse, constans fere fama est, sed sine auctore *). Itaque quamquam plerique docti homines eam amplexantur, videlicet, vt miscendo fabulas librum istum augustiorem, totamque rem mirabiliorem faciant: tamen ab omni probabilitatis specie abhorretere, quippe testimoniorum antiquorum aucto-

auctoritate destitutum, facile quivis intelligat ^h). Id unum certum est, librum Pisis debellatis deportatum Florentiam esse; ubi etiamnum hodie magna cum cura adseruatur. Historiam huius Codicis persecutus est de industria Henr. Brenemannus ^l): quamvis istam fabulam omni opere tueri laboret.

*^o) vid. *Henr. Brenemanni gemina diss. de Amalphi adiecta Hist. Pand.* cuius opinionem deinceps defendit *Bern. Tanuccius*. Sed litis, quae de inuentione codicis Florentini, eiusque in ciuitatem Pisanam translatione agitata fuit, historiam accurate recensuit *Christ. Gottl. Stiuius Diss. Epistol. de controuersia inter Grandum et Tanuccium circa inuentionem codicis Pandectarum Pisani, nunc Florentini*, Lips. 1740. 4. add. *Car. Frid. Walchius in notis ad Eckhardi Hermen. Iur. Lib. I. Cap. II. §. 69. p. 66. sqq.* Edit. nouiss. pag. 75. sqq.

h^o) Fabulam istam ex professo impugnauit *Guido Grandus Epistola de Pandectis ad V. Cl. Io. Auernanum Florent.* 1726. et ibidem a. 1727. [4.] cum notis variis et appendice veterum monumentorum repetita. Quem cum *Bern. Tanuccius* refutare adgressus esset, ad *Nobiles Socios Cortonenses, qui Academici Etrusci dicuntur, Epistola*, in qua nonnulla refutantur ex epistola *G. Grandi Lucae* 1728. 12. *Grandus* scripsit *Vindicias pro sua Epistola de Pandectis aduersus inanes querelas et oppugnationes Bern. Tanuccii, Pis.* 1728. 4. Respondit *Tanuccius* scripto libro, cui index: *Difesa seconda dell' uso antico delle Pandette, del ritrovamento del famoso manoscritto di esse in Amalphi etc. Firenze*, 1729. 4. Tandem eandem quaestionem tractauit *Bart. Luccbertius*, libro, qui inscribitur: *Nuova difamina della Storia delle Pandette Pisane, et di chi prima le rammentasse, come ancora d'altre incidenti questioni, in Faenza*, 1730. 4. [cf. *Mascou. Comment. de rebus sub Lothario gestis Lib. II. c. 16.* add. *A. M. Bandini ragionamento istorico sopra la collazione delle Fiorine Pandette, Livorno* 1762. 4.]

l^o) *Historia Pandectarum*, [seu, *Fatum exemplaris Florentini*, Trai. ad Rh. 1722. 4. add. *Flaminio dal Borgo Diss. sopra l'istoria dei Codici Pisani delle Pandette di Giustiniano Imperatore, Lucca* 1764. 4.]

§. VIII.

Restat igitur vnum illud, vt studium iuris Iustini-
 nianei reductum, siue potius tantum incensum, de-
 beatur docentium illud denuo ICtorum auctoritati,
 et existimationi. Nam saeculo XII. primum P E P O,
 MOX I R N E R I V S, siue Guarnerius, hoc est, Wer-
 nerus, Germanus, quem Constantinopoli, fama est,
 didicisse iurisprudentiam, scholas iuris ciuilibis aperue-
 runt, ad eosque tantus auditorum confluxit nume-
 rus, vt iurisprudentia tum vitam recipere videretur,
 vt auctoritas, atque cultus iuris Iustini-
 anei omnes fere Europae prouincias peruagaretur: sensumque fora
 ac iudicia omnia occuparet, tacita primum, deinde
 etiam expressa Principum voluntate. Quod etiam in
 Germania nostra contigit^{m)}.

m) De usu et auctoritate Iuris Iustini-
 anei egerunt iustis
 libris, et dissertationibus, *Arthur. Duckius de Usu et
 auctoritate iuris ciuilibis Romani in dominiis Principum
 Christianorum, Lond. 1653. 8. Io. Ioach. Hagemeierus
 de Usu et auctoritate iuris ciuilibis, Francof. 1663. 4.
 Helfricus Hunnius de auctoritate iuris, Giesf. 1629. 8.
 Ericus Mauricius de libris iuris communis eorumque
 usu, [in Dissertat. et Opusc. iunctim editis, Argent.
 1724. 4. p. 70. sq.] Henr. Linckius Diss. de Iuris Iustin.
 receptione atque auctoritate in Germania, Altorf. 1679.
 et 80. 4. Hulder. Eydenius de auctor. usuque iuris Iustin.
 in Germaniae iudiciis in Opp. Io. Sam. Stryckius in
 Discursu praelimin. Vsi Mod. Pand. praemisso. Io.
 Casp. Heidehmannus in Diatrib. Hist. Iurid. de Re-
 ceptione iuris Romani eiusdemque et Legum Gern. vete-
 rum in foris usu auctoritateque praesente, Goth. 1713. 8.
 Ern. Ioach. Westphal. Diss. de iuris Romani indole et
 obligandi diuersa ratione ac dignitate in foris apud Ro-
 manos et Germanos, Rostock. 1715. [Chr. Henr. L. B.
 a Senckenberg de receptione iuris Rom. in Append. III.
 Methodi Iurisprudent. Fros. ad M. 1756. 4. p. 95. sq.
 add. Donat. Ant. d'Asti dell' uso et autorita della ragion
 ciuile nelle prouincie del Imperio Occidentale dal di,
 che furono inondate da barbari sino à Licario II. Neap.
 1720.*

1720. Tom. II. 8. Io. Seldenus *Diss. histor. ad Fletam, qua de iuris romani, codicis Theodos. aeque ac Iustiniani in respubl. occidentales introductione ac in illis acquisita auctoritate agitur*, in *Opp. Lugd. Bat. 1726. 4. pag. 1025. et Hoffmanni Hist. Iur. Vol. I. Part. II. p. 89. inserta. Chr. Gottl. Riccii Spicileg. de usu praes. iuris Iustin. in aul. germ. principum ac person. illustr. iam inde a saeculo XIV. repetendo*, Norimb. 1737. 4. Io. Mart. *Silberrad Vindic. historico-iurid. iuris romani et Ictorum in Germania contra Reform. de anno 1441. Fridrico III adscribi solitam*, Argentor. 1748. 4. Car. Leop. *Erdmannus. Disquis. an ius romanum in Germania esse receptum contendi possit?* Gotting. 1770. 4. Gottl. Hommel *Diss. de causis studii singularis Fridrici I. Imp. in ius Roman. Viteb. 1786. 4.]*

S E C T. II.

De Iuriconsultis:

de

*Schola Irneriana, Accursiana, Bartolina,
Cuiaciana,*

methodoque

Ramistica.

§. I.

Supereſt, vt de Ictis a tempore reuocati in vſum iuris Romani, eorumque ratione exponatur. Eorum diuerſae extiterunt Scholae, diuerſam ſequentes viam: primum *Irneriana*, deinde *Accursiana*, poſt *Bartolina*, hinc *Cuiaciana*, denique *Ramiſtica*. De quibus ſingulis hoc loco ſingulatim, ſed breuiter, trademus,

§. II.

§. II.

Irneriana quidem Schola auctorem ac principem habuit IRNERIVM, siue Guarnerium, vel Wernerum, Germanum. Is cum primum Rauennae artes liberales tradidisset, vocatus Bononiam, ius ciuile, cum summo omnium plausu, maximoque auditorum concursu, publice professus est *). Mortuus est circa annum Christi MCXL *). Eius haec ratio fuit, vt breuibus enarrationibus, quas Glossas vocant, siue scholiis, ius Iustinianicum interpretaretur. Quam secuti Auditores, et ICTi deinceps tenuerunt fere vsque ad Accursium.

*) Ad illustrandam scholae huius historiam quam maxime commendandus est *Mauri Sarti Comm. de claris archigymnasia Bononiensis Professoribus a saeculo XI. vsque ad saeculum XIV. Tom. I. Bonon. 1769. fol.* in quo libro, licet nondum ad finem perducto, plurima eaque egregia de ICTis mediæ aevi occurrunt. Huic add. *Fantuzzi Notizie delli Scrittori Bolognesi, Tom. IV. Bologn. 1781—1784. fol.* et *Lud. Viçtor. Com. Savioli Annali Bolognesi, Balsamo 1784, II. Tom. fol.* Recusa etiam fuit *Vita Irnerii a Mauro Sarto conscripta in Car. Frid. Zepernickii Biga libellorum, authenticas codicis repetitae praeterea, earumque historiam illustrantium, Hal. 1788. m. 8.*

a) v. *Guidonis Grandi Epist. de Pandectis, §. 12. n. 14.*

§. III.

In eius Auditoribus principes fuerunt MARTINVS GOSIAS, BVLGARVS, HVGOLINVS A PORTA RAVENNATE, et IACOBVS: quos Fredericus I, Imperator, auctoritate eorum motus, in Comitibus Roncaliensibus anno Chr. MCLVIII. adhibuit ^{b)}. Sed in his Martinus et Bulgarus, cum alter aequitatem, ius scriptum alter defenderet, veluti Labeo et Capito, diuortia fecerunt: quae dissensiones latius manarunt, etiam inter Auditores, a quibus ad sequentes ICTos defluerunt: ita vt *Gosianorum*, ac
Bulga-

Bulgarianorum nominibus secernerentur *). Harum autem dissensionum vestigia etiam in Decretalibus Pontificum non raro adparent †). Ab his duobus doctoribus profecti deinceps et illustres facti sunt inter *Gosianos* quidem *PLACENTIVS* [*IOANNES ROSSIANVS,*] et *PLYEVS*, inter *Bulgarianos* autem [*ALBERICVS a Porte Rauennate,*] *NICOLAUS FVRIOSVS BAGAROTTVS*, *LOTHARIUS CREMONENSIS*, *AZO*, *HOMOBONVS HOSTIENSIS*, *ROFFREDVS BENEVENTANVS*, *IACOBVS BALDVINVS*, *ODOFREDVS*, et *ACCVRSIVS* ‡). Qui omnes *Glossatorum* nomine proprie adpellantur.

b) *Radeu. Vit. Frid. II, 5.*

*) cf. *Ginnani Memorie storico - critiche degli Scrittori Rauennati, Tom. II. Faenza 1769. 4.* et de *Bulgaro leg. Memorie istoriche de più illustri uomini Pisani, Tom. II. Pisa 1790. fol.*

†) v. *Ian. a Costa in Summar. et Comment. ad Decretal. passim.*

‡) v. *Brunquell. Proluf. de Seltis, et controuersis Iuris Iustiniani interpretum, quos Glossatores adpellamus, Jen. 1725. [4. et in Opusc. cura Koenigii, Hal. 1774. II. Tom. 8.]*

§. IV.

Inter haec cum etiam ius *Canonicum*, imprimis *Gratiani Decretum*, auctoritate Pontificum, enarrari in scholis esset coeptum, duae extiterunt disciplinae, quae *Decretistarum*, et *Legistarum* nomine celebrarentur. Neque horum minores fuerunt contentiones: cum imprimis Italia in duas factiones, *Gibellinorum* et *Welphorum*, distracta ageretur: quorum vna *Caesaris*, altera *Pontificis* auctoritatem sequeretur ac defenderet. *Legistarum*, id est, iuris *ciuilis* interpretum, quippe a *Caesaribus* vario genere dignitatis, et iuribus insignibus ornatorum, secta caussam

causam Caesarum aduersus Pontifices tuebatur: cum contra Decretistarum natio ad Pontificis auctoritatem necessario se contulisset.

§. V.

Saeculo III, FRANCISCUS ACCURSIVS, qui ab Azone profectus est, tanto ingenii acumine, tan-
taque auctoritate fuit, vt superiores omnes vicisse
videretur. Tantum autem studium iurisprudentiae
in eo fuit, vt in solitudinem secessisse tradatur, quo
maiori diligentia, collectis, inque ordinem redactis
superiorum Ictorum Glossis, Ius ciuile illustrare pos-
set *). Ab eo igitur perfecta est *Glossa*, circa annum
Chr. MCCXX *), summam auctoritatem nacta, quam
hodieque fere obtinet.

*) v. Io. Sak Brunquell Progr. de sectis et controuersis iu-
ris Iustiniani interpretum, quos Glossatores appellamus,
Ien. 1725. 4. et in Opusc. Tom. I. pag. 303. sqq. Io.
Aurel. de Ianuario Republica Iurisconsultorum, Neap.
1731. 4. pag. 104. sq. Abr. Wieling. Orat. Pro Glossa-
toribus, adiecta Lectio. Iur. Ciuilis, Trai. ad Rh.
1740. 8. pag. 291. sqq.

c) v. Panciroli. de Clar. Leg. Interpr. II, 30.

§. VI.

Accursii acumen, et diligentia, indeque aucto-
ritas fere omnes ad se audiendum conuertit. E quo
factum est, vt omnis fere sectarum dissensio confi-
cesceret. Ceterum ab eo profecta est ratio, vberio-
ribus commentariis iuris ciuilis illustrandi, atque ex-
plicandi †). Eam rationem viamque secuti sunt Au-
ditores sectatoresque: a quibus propagata est vsque
ad Bartolum, nouae scholae principem. Praecipui
vero scholae Accursianae auctores sunt, primum
duo eius filii, FRANCISCUS ACCURSIVS, et
FRAN-

FRANCISCVS CERVOTIVS, deinde VBERTVS BOHIVS Parmensis, IOANNES COLVMBINVS, IACOBVS ARDIZO, ODOFREDVS Bononiensis, DINVS ROSSANVS, PETRVS *de BELLA PERTICA*, OLDRADVS, IAC. *de BELVISO*, BVTRIGARIVS, CINVS Pistoriensis, ALBERICVS *de ROSATE*, FRANC. TIGRINVS, FR. RAMONIVS, et NIC. MATTARELLVS; de quibus imprimis Guido Pancirollus ⁵⁾, aliique exposuerunt.

f) Eius in interpretando sollertiam, quamvis multi valde contemnant, tamen miris modis effert *Cuiac. Obs. III, 2.* quem etiam alii doctissimi sane ICTi sequuntur. Cuius laudis ea vis esse debet, isque modus, non vt cum doctum fuisse, aut, vbi litterarum lux desideraretur, recte vidisse, sed vt, in quibus solo ingenio niti possent, et industria, in iis egregiam operam nauasse, putemus.

g) de *Clar. Leg. Interpr. Lib. II.*

§. VII.

Accursianae disciplinae successit Bartolina Saeculo XIV: cuius auctor fuit BARTOLVS *de SAXO FERRATO* *). Is profectus a Cino ICTo, plane aliam ingressus est viam; vt non tam interpretaretur iura, et explicaret, vti a superioribus factum erat, quam potius Dialecticam Arabicam, quae tum primum proferebatur, in Iurisprudentiam immitteret et quaestionibus propositis, subtiliter, diuidendo partiendoque dirimendis, calumniam forensis institueret ^{h)}. Quam effusam commentandi, disserendique rationem, a Bartolo traditam, ICTi tenuerunt, vsque ad Alciatum fere et Cuiacium. Bartolus vero cum in summo honore, gratiaque fuit apud Imperatorem Carolum IV ¹⁾, tum apud ceteros omnes summa existimatione floruit.

*) cf.

*) cf. *Georg. Cracouii Orat. de Bartolo*, Ictorum clarissimo, Vitemb. 1562. 8. et *Io. Henr. Ott. Koenig. V. C. Lehrbuch der allgemeinen juristischen Litteratur*, Hal. 1785. 8. Tom. I. §. 110. sqq.

h) *Panciroll. de Clar. Leg. Interpr. II, 6 et 7.*

i) v. *Diplomatatus in Vita Bartoli* §. 6. quam *Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 555.* retulit.

§. VIII.

E schola eius in primis prodiit BALDVS, post Bartolum summae auctoritatis ICTUS, sed ingratus erga praeceptorem ^h). Baldo successit discipulus, FAULLVS CASTRENSIS: hunc secutus est auditor ALEXANDER TARTAGNVS, Imolensis; a quo profecti sunt illustres duo ICTi, BARTHOLOMAEVS SOCINVS, et IASON MAYNVS. Neque tamen tacendi sunt ANGELVS et PÉTRVS vterque BALDVS, BARTHOLOMAEVS SALICETVS, IAC. ALGAROTTVS, BARTHOLOMAEVS CAEPOLLA, FRANC. CVRTIVS, HIPPOLYTUS RIMALDVS, RAPHAEL. CVMANVS, ALEXANDER ab ALEXANDRO, scriptis *Diebus Genialibus* in primis clarus, IOANNES denique BERTACHINVS: de quibus consulendi, qui vitas ICTorum persecuti sunt ^l).

k) *Panciroll. de Clar. Leg. Interpr. II, 72.*

l) *Panciroll. l. c. lib. II. Io. Fichardus, in Vitis ICTor. illustr. Marcus Mantua in Epitome Viror. Illustr. Io. Baptista de Gasalupis, in Histor. Interpret. et Glossat. Iuris, Cattelinus Cotta in Recensione insignium Iuris interpret. et Matth. Gribaldus Mopha, in Catalogo Interpret. Iur. Ciu.*

§. IX.

Sequitur Saec. XVI. Cuiaciana ratio, quae in iurisprudentiam lumen artium humaniorum intulit: quod

quod paullo ante in Occidente illuxerat. In qua princeps extitit ANDR. ALCIATVS *). Nam etiam ante eandem viam ingressi erant Castilioneus, Raphael Cumanus, Fulgofius, et Alexander ab Alexandro: tamen ceterorum ICTorum invidia contemptuque iacuerunt. Alciatus autem eo successu vsus est, vt inde certatim eandem rationem sequi ICTi instituerent: quamquam non deerant, qui contemptus causa illos Humanistas, se autem gloriae scilicet gratia, egregio nomine, et elegantiae eorum teste, Realistas vocarent. Quod genus hominum nec defecit, nec deficiet vnquam: cum litterarum humaniorum disciplina, cum summo labore coniuncta, adeoque difficillima, nec nisi ingenio apta sollerti, huic hominum ignauiae non conueniat.

*) Vitam exhibet *Phil. Argelati Biblioth. Scriptorum Mediolanens.* Mediolani 1745. II. Tom. fol. Ab Alciato profecta est schola elegantiorum ICTorum Italica, quae inde *Alciateae* nuncupatur, et cuius ad historiam illustrandam faciunt *Hier. Ghilini teatro d'Uomini Letterati*, Milano 1633. 4. *Edit. II. Venet. 1647. II. Tom. 4. Io. Guaschi storia letteraria dell'Academ. di belle lettere*, in Regio 1711. 4. *Aug. Fabronii Vitae Italorum de Brina florentium, qui saeculo XVII. et XVIII. floruerunt*, XIV. Voll. quorum postremum lucem vidit Pisis 1789. 8.

§. X.

Eodem tempore fuit, qui eandem sectam sequeretur, AEMILIUS FERRIVS *); a quo profectus est ANTONIVS GOVEANVS. Ex Alciati autem disciplina prodiit eximius ille, et in omni litterarum genere eruditissimus ANTONIVS AVGVSTINVS, cuius in Romanam iuris scientiam, ipsumque ius Canonicum egregia extant merita. Se-

cuto

cuta est ingens eiusdem sectae atque viae turba doctorum Ictorum, in Gallia (aprimis**), in qua, paullo post, quam nata elegantior iurisprudentiae ratio, relicto veluti patriae Italiae solo, sedem domiciliumque posuisse videbatur, veluti AVR. GALVANVS, EGVINARIVS BARO, FRANC. DVARENVS, FRANC. BALDVINVS, HVGO DONELLVS, ANT. CONTIVS, RVSSARDVS, aliique, sed omnium princeps IAC. CVIACIVS***), qui tantum cum in Romana iurisprudentia, tum in ceteris iuribus, litterisque omnibus, effecit, ut neque ante eum, neque post eum fuerit, neque futurus sit quisquam, qui non dicam superare, sed aequare eius doctrinam et merita possit: cuius viri virtutem et merita summi et optimi ICTi vim notionemque explere merito dixeris: qui artem interpretandi docendique Iuris Ciuilis ad id fastigium extulit, ut summo iure Cuiaciana sit ab eo ratio adpelata. Huius praestantissimi ICTi et interpretis libros, summa eruditione scriptos, maximo acumine et diligentia elaboratos, in summo pretio studioque eorum versari debere, qui ad aliquam idonei ICTi laudem adspirent, omnes consentiunt. Nec, quod de Ciceronis libris scripsit Quintilianus, de huius scriptis dubitem adfirmare, eum iam multum profecisse, cui Cuiacius placeat.

***) Vitam Ferreti descripsit *Christ. Gottlieb Buderus Viti. clarissimus ICTor.* Ien. 1722. 8.

****) Subsidia scholae Gallicae, seu Cuiacianae, biographica sunt: *Scamola Sammarthanus* (de Sainte Marthe) *Elogia doctorum in Gallia virorum*, Ien. 1690. 12. *Io. Aug. Thuani* (de Thou) *Elogia doctorum virorum*, Lond. 1671. 8. *Io. Douiacii* (Doujat) *Praenotionum canon. libri V.* Parisi: 1687. 4. *recus.* Venet. 1748. 4. et nouissime cum notis *Aug. Frid. Schotti*, Mitau.

1776. II. Tom. m. 8. *Eiusd. Histoire du droit cas.* à Paris 1685. 12. *Denis Simon Bibliothéque des principaux Auteurs et Interpretes du droit civil, canonique, et particulier des plusieurs Etats et Provinces,* à Paris 1692 et 1695. II. Tom. 12. *Menagiana,* Amstel. 1713 — 1716. IV. Tom. 12. *Pierre Taisand Vies des plus celebres ICtes,* Paris. 1721. 4. *Editio altera eaque auctior,* ibid: 1737. 4. In *Fr. Iac. Leickheri et Christ. Gottl. Buderii Vitis clariss. ICtor. leguntur praeterea aliquot ICTi e schola Gallica prognati.*

***) *Vitam Iac. Cuiacii praeter Io. Pap. Massonum exhibet Terrasson Melanges d'histoire de Litterature, de Iurispr. de Critique,* Paris. 1768. 8. sed optime *Gust. Hugo V. C. in Commentariis,* qui inscribuntur: *Civilistisches Magazin,* Berlin 1802. 8. *Vol. III. Fasc. II. p. 190 — 246.* Nec negligenda *Io. Gottl. Heimicii Praefatio de Cuiacii aduersariis et obtrectatoribus,* qua splendet noua editio *Phliana Cuiacianarum Observati. et Emendati.* Hal. 1737. m. 4.

§. XI.

Neque adeo mirandum, si ista aetas tantum doctissimorum ICtorum foetum fudit. Contigit hoc in omnibus fere artibus, vt, quo tempore vnus egregius artifex enituit, siue exemplo, et imitatione, siue fortuna quadam, multi alii in eodem genere insignes artifices existerent. Vel vna illa Orationum Graecorum aetas illud comptobet. Fuerunt igitur Cuiacii tempore, vel paullo post, illustres ICTi inprimis, GVIL. BVDABVS, FRANC. HOT-TOMANNVS, BARN. BRISSONIVS, EM. MERRILLIVS, IO. BELLONVS, IO. CORASIVS, PETR. FABER, BERTRANDI, AVG. GVIL. COSTANVS, PHIL. BERTERIVS, STEPH. DURANTIVS, GVIL. MARANVS, VINC. CABOTIVS, IAN. A COSTA, INNOC. CIRONIVS, ANT. DADINVS ALTESERRA, GVL. et RAD. PORNÉ.

FORNERII, FRANC. CONNANVS, ANT. MOR-
NACIVS, PETR. et FRANC. PITHOEL, fra-
tres, FRANC. FLORENS, IO. DOVIATIVS,
GOTHOFREDI, pater et filius, aliique ^{m)}). Qui
omnes in Galliae scholis, in quibus hoc nomine
Bituricensis, et Tholosana postea, eminuerunt, iura
professi sunt ^{*)}).

^{m)} Vitas horum Ictorum breuiter exposuit *Ant. Terras-*
sonus in Histor. jurisprud. Roman. [p. 446. sqq.]

^{*)} Haud prorsus silentio praetereunda est schola *Hispa-*
nica, seu *Ramosiana*, in qua, licet plurimi Icti
Hispani et Lusitani a verae philosophiae rationibus
alieni deprehendantur, prae caeteris tamen in iuris-
prudencia romana excolenda enituerunt: EMANVEL
SVAREZ A RIBEIRA, EM. MENDEZ DE
CASTRO, ED. CALDERA, ANT. AVGVSTI-
NVS, ANT. DE QVINTANADVEGNA ET
VILLEGAS, GREG. LOPEZ DE MADERA,
BARTHOL. CARANZA, IO. SVAREZ DE
MENDOZA, FRANC. DE AMAYA, ANT.
DE FELOAGA, FRANC. et IO. RAMOS DEL
MANZANO, NIC. ANTONIVS, IOS. FER-
NANDEZ DE RETES, PETR. PANTOIA
AB AYALA, IO. BORVLLIVS, DIEGO
VINCENZIO VIDANIA, IOS. FINESTRES
DE MONSALVO, et GREGOR. MAYANZIVS.
Horum, caeterorumque, qui scholae Hispanicae ac-
cententur, Ictorum biographiae inseruiunt: *A. S.*
Peregrinus (Andr. Schottus) *Bibliotheca Hispaniae*,
Franf. 1608. III. Tom. 4. *Nic. Antonius Biblioth.*
Hisp. vetus, Romae 1696. II. Tom. fol. *Eiusd. Bi-*
blioth. Hisp. noua, ibid. 1672. II. Tom. fol. *Gregor.*
Maians Epistol. ex museo Gottl. Aug. Ienichen, Lipsf.
1737. 4. et *Ios. Rodriguez Bibliotheca Valentina*, Va-
lenc. 1747. fol.

§. XII.

Neque tamen post Alciati Cuiacique aetatem Belgium et Germania nostra expertes manserunt huius laudis: immo vero Gallia post illos fere auctoritate Ictorum in Iure Ciuili illustrium caruit; cum Belgium et Germania non solum eam retinuerint, sed etiam vehementer auxerint. Ac in Belgio quidem in primis illustrati sunt ab Iurisprudencia per litteras humaniores exculta, VIGLIUS ZVICHEMIVS, IAC. RAEVARDVS, IVLIVS PACIVS, IAC. CVRTIVS, ANTONIVS PEREZ, ARNOLDVS VINNIVS, IO. IAC. WISSENBACHIVS, ANTONIVS MATTHAEI, MARCVS LYCLAMA, CORN. ECKIVS, IO. VOETIVS, GERARDVS NOODTIVS, ORTWINVS WESTENBERGIVS, ZACH. HVBERVS, ANT. SCHVLTINGIVS, HENR. BRENCMANNVS, CORN. BYNCKERSHOEKIVS, ABR. WIELINGIVS: vt vivos taceam *). In Germania autem nostra de Iurisprudencia Romana bene meriti sunt, et rationem Cuiacianam secuti, VDALRICVS ZASIVS^{ca)}, GREG. HALOANDER, MARQ. FREHERVS, IO. LEVNCLAVIVS, BERNH. WALTHERVS, NIC. CISNERVS, IO. FICHARDVS, HVBERT. GIFANIVS, RITTERSHVSI, IO. GOEDDAEVS, [SIEGM. REICH. IAVCHIVS,] IO. STRAVCHIVS, [CHRISTFR. WAECHTLERVS,] CONRADI, HEINECCIUSⁿ⁾, Vivos autem non nomeno, ne quis se praeteritum queratur.

*) Ad cognoscendam scholae Belgicae, seu; *Zuichemias* historiam litterariam commendandi sunt: *Casp. Burmanni Traiectum Eruditum*, Ultrai. 1738. 4. Io. Franc. *Foppeni Bibliotheca Belgica*, Bruxellis 1739. II. Tom. 4. et *Memoires pour servir à l'histoire littéraire des XVII* Provin-

Provinces des Pays-bas par Paquot, à Louvain 1765. XVIII. Tom. 8.

***) Vnde schola Germanica vocari solet vel *Zasiana*, vel *Haloandrina*, de qua vid. *Melch. Adami Vitae German. Ictorum*, Heideib. 1620. 8. Quorundam praestantissimorum Ictorum Vitas ab aliis conscriptas notis utilissimis illustrarunt et ediderunt coniunctim *Frid. Iac. Leickherus*, Lips. 1686. 8. et *Christ. Gottl. Buderus*, Ien. 1722. 8. Palmam autem meretur *Io. Frid. Juglerus*, egregiis Commentariis, quos memoriae prodidit, *Beiträge zur juristischen Biographie*, Leipz. 1773 — 1780. VI. Tom. 8. Vitas Ictorum Germanorum multa industria collectas vna cum scriptis eorum commemoravit *Christoph. Weidlichius* diuersis libris, quorum, ne confundantur, diuersa ratio haec est: *Geschichte der jetztlebenden Rechtsgelahrten in Teutschland*, Merseb. 1748. II. Tom. 8. *Zuverlässige Nachrichten von den jetztlebenden Rechtsgelahrten*, Hal. 1757 — 1765. VI. Tom. 8. *Lexicon, oder, kurzgefasste Lebensbeschreibungen aller jetztlebenden Rechtsgelahrten in alphabetischer Ordnung*, Hal. 1766. 8. *Biographische Nachrichten von den jetztlebenden Rechtsgelahrten in Teutschland*, Hal. 1781 — 1785. IV. Tom. 8. *Nachträge, Zusätze und Verbesserungen zu den ersten drey Theilen*, ibid. 1783. 8. Nouissime tandem prodiit *Henr. Io. Ott. Koenigii*, V. C. Opus, quod inscribitur: *Lehrbuch der allgemeinen iuristischen Litteratur*, Hal. 1785. II. Tom. 8.

n) de Germanorum in iurisprudentiam meritis exposuit *Io. Frid. Juglerus* [singulari Diff. *Reinoldi Opusculis*, Lugd. Bat. 1755. 8. praemissa.]

§. XIII.

Ac in Germania celebrata quidem est noua quaedam et horrida iuris exponendi, illustrandique via, auctore potissimum MATTH. WESENBECIO*), quae a Petr. Ramo, qui in philosophia tradenda vsus ea fuerat, Ramistica vocatur. Cuius haec vis est,

est, vt per quatuor caussarum genera Ius Ciuile tractetur. Atque hac ratione post Wefenbecium plerique in Germania Icti vsi sunt, fere vsque ad nostram aetatem. Nunc vero ab elegantiae studio-
 floribus, repudiata ratione Ramistica, Cuiaciana quasi in regnum suum reducta est: quam vt magis magisque excolant et sequantur Iuris Ciuilis doctores, iurisprudentiae caussa, optabile est.

*) Vitam Matth. Wefenbecii vid. in *Nic. Hieron. Gundlingii Otis, Part. III. p. 214. sqq.*



INDEX

I N D E X.

A.

- Alburnus Valens IC. pag. 474.
 Acclamationum origo, 356.
 Accursius (Fr.) IC. 701. ab eo Gloss. ib. ratio eius ius explicandi, ibid. Accursianae scholae auctores, ib. f.
 Accusatoribus praemia constituta, 103. coeperunt haberi turpes ib.
 Acilius (L. Sap.) IC. 247.
 Acta Romae diurna sunt suspecta, 216.
 Actiones Hostilianae, 233. rei uxoriae, ib.
 Actiones legis, 229. compositae a ICtis, 232. vulgatae, 231.
 Actus legitimi quid? 229.
 Actus rerum, 310.
 Aculeo (C.) IC. 268.
 Adnotationes, 382. origo, ib.
 Advocati, 104. fisci institutus, 423.
 Aediles plebis, 19. 20. et 81. curules, 79. eorum ratio sub Augusto, 292.
 Aelius (Publ. Paet. Cat.) IC. 246.
 Aelius (Sext. Cat.) IC. 232. ius Aelianum, ib. notas evulgavit, ib. cf. 246. vbi libri.
 Aerarium P. R. 111. apud quem eius potestas, ib. vbi servatum, ib. duplex instituit Augustus, 297. militare, 302.
 Afer (Domit.) IC. vid. Domitius.
 Africanus (Sext. Caec.) IC. 474.
 Alaricus Rex Goth. facit breviarium legum Rom. 539. it. 563.
 Album quid? 215.
 Albericus a Porte Rayennate, IC. 700.
 Albericus de Rosate, IC. 702.
 Alciatus (Andr.) IC. 704. introduxit in Iurispr. litteras humaniores, ib. eius sectatores, ib. sq.
 Alexander Imp. 642.
 Alexander ab Alexandro IC. 703.
 Alexius Comnenus Imp. Gr. 649. eius Const. 670.
 Alexii Comneni II. Constitutio, 672.

Alexius

- Alexius III. Comnenus Imp. pag. 650.
 ——— IV. Angelus Imp. 651.
 ——— Ducas imper. accip. 652.
 Alfenus (Var.) IC. 262. scripta 263.
 Algarottus (Iac.) IC. 703.
 Alteserra (Ant. Dadiu.) IC. 706.
 Ambrosius Imp. 547.
 Aminius (C. Reb.) IC. 411.
 Anastasius Imp. 550. sustulit Chryfargyrum, ib. aedificat
 murum Constantinopol. ib.
 ——— IC. 633.
 Anatolius IC. 630.
 Ancus Marcius Rex Rom. 5. eiusd. instituta, 15.
 Andronicus Imp. 650.
 ——— Palaeol. Imp. 654.
 ——— Pal. II. Imp. ib.
 ——— IV. 655.
 Anianus Refer. edidit. Breuiar. Alaric. 563.
 Anthemius Imp. 547.
 Anthianus (Furius) IC. 489.
Antivoulas in Corpore Iur. 592. et 616.
 Antiochus IC. 568.
 Antonius M. 127. turbac, quas in republica fecit, ib. le-
 gem fert de dictatura, 128. bellum cum Octauiio, ib.
 Antoninus Pius, 425. eius res gestae, ib. vocatur in Dig.
 Diuus Pius, ib.
 ——— M. Aur. 426. dicitur Philosophus, ib. eius scripta.
 427. filium Commodum in societatem imperii accepit,
 426. et constitutiones cum eo edit, ib.
 Apellodorus IC. 568.
 Appellationis perfugium, 85. discrimen a prouocatione, 85.
 Appendix Cod. Theodos. 560. est spurius, ib.
 Appius (Claud.) Decemu. 30.
 ——— (Claud. Caec.) IC. 242. scripta, ib.
 Aquila (Iul.) IC. 542.
 Aquilius (Gallus) IC. 256.
 Arbitria, 106. quinam iudices in iis dati, 107.
 Arbitrorum non certum corpus constitutum, 107. 108.
 Arcadius Imp. 524. status imperii sub eo, ib.
 Ardizo (Iac.) IC. 702.
 Aristo (T.) IC. 417.
 Arrianus IC. 419.
 Artemius Anastasius Imp. 584.

Aterius

- Aterius IC. pag. 268. inde Ius Aterianum, ib.
 Athanasius IC. 632.
 Attaliata (Michael) IC. 682.
 Atrilicinus IC. 411.
 Auctor formularii Notar. gr. 683.
 Aufidius Namusa IC. 262.
 ——— Tucca IC. 262.
 Augures, 2 et 85. eorum Ius augurale, 272.
 Augustinus (Anton.) IC. 704.
 Augustus principatum obtinet, 279. quomodo sensum summam potestatem consecutus, 283. Iura ei data, ib. nomina, quae assumpsit, 285. sub eo eadem magistratuum vocabula, nihil pristini moris, 290. quomodo mutavit rempublicam, 290. sqq. quomodo ipsam civitatem ordinavit, 300. provinciae ab eo acquisite, 303. aerarium militare fecit, 302. disciplina eius, 299. res militaris ab eo descripta, ib. iura reliquit senatui et populo, 300. clades accepit, 303. habet rationarium imperii, 304. ICTis maxime fauet, 398. nihil mutat in magistratus edictis, 393. eius edicta 386.
 Augustus, Cognomen, 285. nomen mansit proprium, neque collegis datum, quamdiu? 288. f.
 Augustum privilegium, 284.
 Auitus Imp. 547.
 Aurelianus Imp. 440.
 Aureorum librorum Caii nomine quid comprehendatur? 479.
 Aurum iustrale, 515. tironicum, 532. vicefmarium, 112. et 140.
 Auctoritas senatus quid? 88.
 ——— Prudentum, 227.
 Authenticae, 606. duplex earum genus, ib. earum auctores, ib. usus earum, 607.
 Azo IC. 700.

B.

- Bagarottus (Nicol. Furios.) IC. 700.
 Balbinus Imp. 435.
 Balbus (L. Octavius) IC. 268.
 Balduinus Flander Imp. 652.
 ——— II. Imp. 653.
 Balduinus (Iacob.) IC. 700.
 Baldus IC. 703.

Balsamo

- Balsamo (Theodor.) IC. pag. 684.
 Baphius scripsit ad Basilica, 675.
 Barda Imp. 588.
 Bartolus de Saxo Ferrato, IC. 702. quinam ab eo prodierint, 703.
 Βασιλοπατορλα quid? 643.
 Basilicōn libri, 658. origo, ib. diuisio, 659. quid continuerint? ib. collectores, 660. editio, ib. usus, 662. de eorum scholiastis, 636 et 675. de glossis Basilicōn, 677. sqq. cautio in iis adhibenda, 677.
 Basilicorum synopsis f. Βασιλικῶν ἐκλογή, 679. origo, ib. autor, ib. editiones, ib.
 Βασιλικόν quid significet apud Scholiastas Basilicōn? 676.
 Basilius Iunior Imp. 645. constitutio, 668.
 ——— Macedo Imp. 640. libr. quem ser. ib. Ius ciuile in aliam formam vult redigere, 656. edicta, ib. edit πρόχειρον τῶν νόμων, 657.
 Bellonus IC. 706.
 Beluifo (Iac. de) IC. 702.
 Bertachinus IC. 703.
 Berterius (Phil.) IC. 706.
 Bertrandi ICti, 706.
 Bestes, Nouellarum interpres, 635.
 Bilienus (C.) IC. 268.
 Blaesus IC. 268.
 Blastares (Matth.) IC. 685.
 Bohius (Ubert.) IC. 702.
 Bossianus (Io.) IC. 700.
 Brachylogus legum, 634. a quo factus, ib.
 Brenemannus IC. 708.
 Breuiarium Alaricianum, 563. quid ibi propositum? 563. a quo compositum et editum, ib. commonitorium eius, ib. diu obtinuit, 564. sub quo nomine illud Breuiarium venit, ib. ex eo multae constitutiones hodie servatae, ib.
 ——— Theodosii Iun. 569.
 Briffonius (Barn.) IC. 706.
 Brutus (M. Iun.) IC. 251. eius scripta, ib.
 ——— (M.) IC. alius, 268.
 Budaeus IC. 706.
 Bulgarus IC. auditor Irnerii, 699. ab eo Bulgariani, 700.
 Butrigarius IC. 702.
 Bynckershöekius (Corn.) IC. 708.

C.

- Caepolla (Barthol.) IC. pag. 703.
 Caesaris nomen quando primum vsurpatum, vt nomen imperii et dignitatis, 312.
 Caesius (T.) IC. 262.
 Caius IC. 478. quando vixerit, ibid. an Titi praenomen habuerit, 479. de libris eius, 478. eius Institutiones, 481.
 Caligula Imp. 309. eius Imperium, ib. vult populo comitia reddere, ib. eius instituta, ib. ICtorum scientiam abolere vult, 310.
 Callistratus IC. 503.
 Calocyus Dux IC. scripsit ad Basilicas Constitutiones, 675.
 Calumniatores, 103. origo, ib. de iis lex Aemmia, ib.
 Camillus (C.) IC. 268.
 Campanus IC. 419.
 Candidati Principis eur dicti? 295.
 Cantores formularum, 236.
 Capito (C. Ateius) IC. 406.
 Caracalla (Ant.) Imp. 430. eius facta, 431.
 Carcer exstructus, 6.
 Carinus Aug. 441.
 Cartilius IC. 419.
 Carus Imp. 441.
 Cascellius IC. 266. de Iure Praedictorio consultus, ib.
 Cassiani quinam, 400.
 Cassius Longinus IC. 410. princeps Cassianorum, ib.
 — Longinus alter, 411.
 Castra praetorianà instituta, 306.
 Cato (M. Porc.) Censor. 248. eius scripta, ib.
 — (M. Porc.) fil. IC. 249. an autor regulae Catoniae, ib.
 Cauere quid? 234 et 237.
 Causae centumvirales iudicarunt Decemviri et recuperatores, 108. quatenam fuerint, 109. iuris ordinarii et extraordinarii, 300. publicae et priuatae, ib.
 Cautiones, 237. Muciana, 256. eius autor, ib.
 Celsus, vid. Iuuentius.
 Cenotaphium Pisanum, 305.
 Censores, eorum munera, 77. dicuntur magistri morum, 78. origo, 77. cum plebe commun. 78. proposuerunt edicta, 224. eorum potestas sub Augusto, 291. notae eorum, 78. censoriae leges, 225.

Census

- Census institutus, pag. 6. non actus, 78.
 Centesima auctionum sublata, 307.
 Centumviralis iudicii praesides, 110. sub Augusto, 300.
 Centumviri, 107. quando instituti, 109. cur instituti, ib. numerus, ib. fuerunt diuisi in consilia, ib.
 Cervotius IC. 702.
 Charisius (Aur. Arc.) IC. 541.
 Chrysargyrum, 515. autor, ib. a quo sublatum, 550.
 Cicero (M. T.) 258. libri de iure ciuili, ib. an fuerit ICtus? 259.
 Cincius (L. Alimentus) IC. 245.
 Cinna IC. 262.
 Cinus IC. 702.
 Circus, 6.
 Cironius (Innoc.) IC. 706.
 Cisnerus IC. 708.
 Ciuitatis ius, 123. communicatum cum omnibus ingenuis in Orbe Rom. 431 et 459.
 Clades Lolliana et Variana, 303.
 Classis Rauennatensis, 299. Misenenfis, ib. Pontica, ib. Foroiulicenfis (ab Augusto instituta ad tuendum imperium Rom.) ib.
 Claudius, 310. rescindit acta Caligulae, ib. instituta, ib. — M. Imp. 439.
 Codex Gregorianus, prior Hermogeniano, 537. de eius autore, ib. sq. cur compilatus? 537. et quomodo? 536. seq.
 — Hermogenianus, 536. supplementum Gregoriani, 538. quanam constitutiones in eo collectae, ib. an tres eius editiones? ib. vterque fuit ad Edictum perpetuum compositus, 539. ex eo constitutiones in ius Iustinianum uenerunt, ib. restant adhuc fragmenta, ib. de autore, 540.
 — Iustinianus, 590. ex quibus constitutionibus confiterit, ib. abrogatus, ib. an eius altera editio, 604.
 — repetitae praelectionis, 604. cur factus, ib. quis ordo in eo, 605. Constitutiones in eo sunt maxime Rescripta, 606. leges plures in eo sunt graecae editae et latine conuersae, 608.
 Codex Theodosianus, 555. autor, ib. missus ad confirmationem Valentiniano III. ib. quid complexus, ib. consilio euentus non respondit in hoc codice edendo, 557. vsus, ib. editiones, 557. sq. non integer superest, ib. appen-

- appendix huius Codicis, pag. 560. quamdiu eius fuit auctoritas, 562.
- Codices Ἐκαρχιδῶν, 534.
- Codicillorum origo, 395.
- Coelius (Antipater) IC. 254.
- Cognitiones, 300.
- Collatio Canonum eccles. 638. quis eam fecerit? 639.
- legis Mos. et Rom. 571. quis eam confecerit? ib. quando facta, ib. a quo edita, 572.
- Collegae Imperatorum communicata habent nomina, 288.
- Coloniae quotuplices? 120.
- Columbinus IC. 702.
- Comitia curiata, 2. centuriata, 6 et 91. quid in iis actum? ib. e campo in curiam translata, 306. restituere populo vult Caligula, 309.
- Comites sub Augusto, 301. diuersae classes factae, 314.
- Consistoriani, ib.
- Comitiva Professoribus emeritis concessa, 567.
- Commentarii regum, 18. Pontificum, 270. iuris aquarum, 296.
- Commodus fil. Ant. Philos. 426. simul sub eius nomine edidit constitutiones, ib. constitutiones, quae eduntur in codice sub nomine M. et Comodi, in iis non intelligendus L. Verus; 427. solus imperium habet, 428.
- Conditionis vsus vnde? 457.
- Connanus (Franc.) IC. 707.
- Conradi IC. 708.
- Consilia semestria, 301. centumuirorum, 110.
- Consistorium principis, 302.
- Constans, fil. Constantini M. 517.
- II. Imp. 582.
- Constantinus Chlorus Caesar, 442. Aug. 443. orbem Roman. cum Galerio partitus est, ib.
- Magnus Caes. et Aug. 443. facit quasi duplex imperium, 510. recte mutauit formam imperii Rom. 512. multas sanxit leges ad relig. Christ. utilitatem, 516. turpem vitam gessit, 517. eius filii diuidunt inter se imperium Romanum, 518.
- fil. Constantini M. 517.
- III. fil. Heraclii, 582.
- IV. Pogonatus, 583.
- V. Copronymus, 585. huius Constitutiones, 622.
- VI. Porphyrogenetus, 585.

Constan-

- Constantinus Porphyrogennetus**, pag. 642. fata eius, ib. do-
 ctissimus Princeps, 643. facit nouam ἀνακρίθασιν τῶν
 Βασιλικῶν, 658. eius constitutiones, 666.
 ——— Porphyrogennetus 645.
 ——— XI. Monomachus, 647.
 ——— XII. Ducas, 648.
 ——— XIII. 649.
 ——— XIV. 655.
 ——— Nicæus IC. scripsit ad Basilica, 676.
Constantius, fil. Constantini M. 517.
Constitutiones Principum, 381. solam habuerunt legum
 vim, ib. vnde hæc potestas Imperatoribus, 382. que-
 tuplices sint, ib. noua pars iur. ciu. 302.
 ——— ipsas Imperatorum vide sub Edictis.
Consularia ornamenta, 291.
Consulatus perpetuus, 125.
 ——— priuatis ademptus, 576.
Consules instituti, 19. eorum potestas, ib. et 77. immutata,
 ib. sub Augusto, 291. suffecti, ib. ordinarii, ib. hono-
 rarii, ib. Codicillares, ib. habuerunt iurisdictionem
 sub Augusto, ib. ordinatio, 292. eorum ratio sub Con-
 stant. M. 511.
Consultatio veteris ICTi de pactis, 572.
Consultationes, quomodo in iis versati sint ICTi? 573.
Contius (Ant.) IC. 705.
Conuentus, 119.
Corasius (Io.) IC. 706.
Cornelius (Maximus) IC. 265.
Corpora artium instituta, 434.
Corpus Iuris Iustinian. factum, 589. cur? ib. quomodo id
 factum? 590. historia, ib. de vitiis, quæ in eo sunt,
 615.
Coruncanus (Tiberius) IC. 233. primus ius docuit, ib. et
 244. primus e plebe Pontifex, 233.
Costanus (Aug. Guil.) IC. 706.
Costa (Ian. a) IC. 706.
Crassus (Licinius Div.) 244.
 ——— (P. Licinius) Pontif. Max. 252.
 ——— (Licinius) Consul, 254.
Crimina non ex officio magistratus quaerebant, 102. sq.
Crispus Caesar, 443.
Cuiacius IC. 705. ab eo Cuiaciana ratio ius docendi, ib.
 ICTi, qui eum secuti sunt, 706. sq.

- Cumanus (Raphael.) IC. pag. 703.
 Curatores variarum rerum ab Augusto instituti, 296. Urbis
 XIV. ab Alexandro Seuero facti, 434.
 Curiae a Romulo descriptae, 2.
 Curtius (Franc.) IC. 703.
 ——— (Iac.) IC. 708.
 Cyrillus IC. 631.

D.

- Decemviri legibus scribendis, 28. eorum potestas, ib.
 s. rursus creati, 30. abdicati, ib.
 ——— sacris faciundis, 85.
 ——— litibus iudicandis, 108. non sunt magistratus, ib.
 sumti ex centumuiris, ib. quinam in lege Valeria et
 Horatia, 134. addicti sunt XXuirat. Augusti, 292. sub
 Augusto cogeant hastam centumviralem, 300.
 Decennalia, 289.
 Decima hereditatum loco vicefimae instituta, 431 et 458.
 Decimae, 112.
 Decisiones L. 602. quid in iis fecerit Iustinianus, ib. quo-
 modo cognoscendae, ib.
 Decius Imp. 438.
 Decreta, 385. quid sint? ib. non sunt numero legum ib.
 Decretistae quinam? 700. vnde orti? ib.
 Decuriae iudicum, vid. Iudices.
 Defensio rerum gratuita, 103. sqq.
 Delatorum origo, 307.
 Delectus militaris. 114. a quo habitus, ib. quando institu-
 tus, ib.
 Demetrius Chartophylax IC. 683. eius scripta, 684.
 Denunciationis vsus vnde? 457.
 Diadumenianus Caes. et Aug. 431.
 Dicere ad Clepsydram 103.
 Dictator, 19. 82. a quo dicatur, ib. optima lege, 83. fuit
 etiam post legem Valeriam sine prouocatione, ib. per-
 petuus, 123. sublatus per legem Antonii, 82.
 Didius Iulianus Imp. 429.
 Digesta compilata, 591. historia eorum ab ipso Iustiniano
 tradita, ib. quis ea compilarit, 592. quomodo in iis com-
 ponendis versati sint, ib. in iis sunt antinomiae, ib. pro-
 mulgata, 593. non legum collectiones continent, quam-
 vis sic appellentur, 596. ad ea vetitum commentari, ib.
 non debuerunt scribi per siglas, ib. quomodo diuidan-
 tur,

- tur, pag. 597. quae hodie extant, non esse exemplum a Iustiniano confectum, falso putat Ienius, ib. graeca in iis cui tribuenda? 598. editiones, 599.
- Dignitatum certi ordines facti a Theodosio, 523. a Constantino, 519. sq.
- Dinus IC. 702.
- Diocletianus Imp. 441.
- Disputatio fori, 273. non est conuentus IC, ad definiendum aliquod caput iuris, 274. ius exinde natum, 275. praesertim temporibus Augusti, 421.
- Dissensiones ICTor. 240. exempla, 241. in sectas abierunt, 400. Labeonis et Capitonis, ib. causa, ib. summa, ib.
- Diui Fratres quinam? 426.
- Diuinatio, 103.
- Docimus ICTus Gr. 638. forte compilator legum Rhodiarum, ibid.
- Domitianus Imp. 315. eius memoria a senatu abolita, 316.
- Domitius Afer IC. 411.
- Domnus IC. 542.
- Domnius IC. 571.
- Donellus (Hugo) IC. 705.
- Dorotheus IC. 630.
- Dositheus Magister, 496.
- Doviatius (Io.) IC. 707.
- Doxapater scripsit ad Basilica, 675.
- Duarenus (Franc.) IC. 705.
- Ducenariorum Decuria, 300.
- Ducentesima auctiorum, 307. remissa Italiae, 309.
- Dupondii, 567.
- Durantius (Steph.) IC. 706.
- Duumuiri nauales, 84.

E.

- Eckius (Corn.) IC. 708.
- Edicta magistratum quotuplicia? 212. perpetua non sunt, ib. initio omnia extraordinaria, ib. quando orta ordinaria, ib. quando ordinaria desierunt, 465. ad quod per-
tinerunt, 215. proposita in albo, 214. de iis lex Cornelia, ib. et Sctum, 216. annua, 218. tralatitia, ib. saepe vim iuris certi induerunt, 222. 223. ea illustrant ICTi, 225. manserunt sub Augusto, 393. eorum ratio post Constantinum M. 534. ea dant Praefecti Praetorie, ib. quomodo haec Edicta Praefect. Pract. dicta, ibid.
- Edicta

Edicta Imperatorum, pag. 385. initio non fuerunt vniuersalia, ib. de quibusnam rebus proposita, ib. Sctis fuerunt confirmata, ib. habita legum numero, 386.

- Alexandri, 460.
- Alexii Comneni, 670.
- Antonini Pii, 455.
- Antonini Philosophi, 456.
- Arcadii, 532. sqq.
- Augusti, 386. sqq.
- Basilii Macedonis, 656.
- Basilii Porphyrogennetae, 668.
- Caracallae, 458.
- Claudii, 388. sq.
- Commodi, 458.
- Constantii, 529.
- Constantini Copronymi, 622.
- Constantini M. 527. sqq.
- Constantini Porphyrogennetae, 666.
- Constantis, 529.
- Domitiani, 390.
- Gratiani, 531.
- Hadriani, 453. sq.
- Heraclii, 620.
- Honorii, 532. sq.
- Iouiani, 530.
- Isaaci Comneni, 669.
- Iuliani, 530.
- Iustiniani, 617 et 618.
- Iustini minoris, 619.
- Leonis, 664.
- Leonis Armenii, 622.
- Leonis Iconom. 621.
- Manuelis Comneni, 671.
- Michaelis Στρατιωτικῆς, 669.
- Michaelis Parapinacci, 669.
- Neronis, 389.
- Neruae, 391.
- Nicephori, 669.
- Nicephori Botoniatae, 670.
- Nicephori Phocae, 667.
- Pertinacis, 458.
- Romani senior. 665.
- Romani Porphyrogennetae, 669.

Edicta Seueri, pag. 458.

— Theodori Regis Ostro - Goth. 563.

— Theodosii iun. 552.

— Theodosii M. 531.

— Theophili, 622.

— Tiberii, 387. alius Tiberii Imp. Gr. 620.

— Titi, 390.

— Traiani, 392.

— Valentiniani et Valentis, 531.

— Valentiniani II. 531.

— Valentiniani III. 553.

— Vespasiani, 390.

— Vitellii, *) 390.

— Zoes, 669.

Edictales, 567.

Edictum perpetuum, 464. causa, cur conditum, 463. a quo compositum, 464. quando publicatum, ib. unde confectum, 465. per id Praetoribus non omne ius ademptum fuit edicendi, ib. magnam mutationem Iurisprudentiae attulit, ib. fragmenta Icti voluerunt colligere, 466.

— Aedilitium quando factum, 469.

— Prouinciale non fuit, 469. non probatur ex commentariis Caii ad Edictum perpetuum prouinciale, 480.

— quod quisque iuris in alterum statuit, vt eo ipso vtatur, 217. non fuit libera republica, 216. per edictum perpetuum adiectum fuit, 469.

— quod vi metusue causa, 396. a quo propositum, ib.

— vt cum herede mandati ageretur iudicium, 223.

— vt, quae per vim metumque ablata essent, restituerentur, 223.

Egeria (Nympha) 4.

Ἐκλογὴ τῶν νόμων Leonis Philosophi non confundenda est cum Προχείρω Basilicorum. 664.

Elagabalus (M. Aurelius Anton.) Imp. 432.

Emanuel II. Palaeologus Imp. 655.

Eparchica quid? 610.

Epistola dicitur pro Edicto, 454. Epistolae, 382. earum origo, 383. non confundendae cum Epistolis ad Senatuum missis, ib. fiebant ad relationes, ib.

Ephesinus legislator quis? 545.

Equites in centurias descripti, 89. quando eorum ordo in republica factus, ib. habent ius exercendorum iudiciorum

rum publicorum, pag. 90. quod ademtum et redditum, ib. eorum militia, ib. alarii, 113. iis latus clausus datur, 300.

Eugenius IC. 568.

Eustathius Antecessor, 682. eius scripta, ib.

—— Romanus scripsit ad Basilica, 675.

Exconsul quis? 625.

Exercitus consularis, 114.

Exquaestor quis? 625.

F.

Faber (Petr.) IC. 706.

Fabius (Quintus) Labeo, 217.

—— (Servius Pictor) ib. non confundendus cum Fabio Historico, ib.

Facta, 382.

Falcidia Portio dicitur et quarta legitima, 419.

Fasti correcti, 125.

Feciales, 4. et 85.

Ferretus (Aemil.) IC. 704.

Feudorum libri, 614. quomodo et unde in Corpus Iuris relati? ib.

Pichardus (Io.) IC. 708.

Fictio legis Corneliae non est ex lege Cornelia de falsis, 177.

Fideicommissorum origo, 394. nullam vim habuerunt libera republica, ib. de iis iudicarunt Praetores et Consules, ib.

Fiscus Principis, 297.

Flamines, 4. et 85.

Flavius (Cn.) 230. actiones legis vulgavit, 232.

—— Priscus IC. 262.

Florens (Franc.) IC. 707.

Florentinum Pandectarum Exemplar, 599. an inuentum in expeditione Amalphytana? 692, de ipso hoc exemplari, 693 sq. an ex eo omnia Pandectarum exempla fluxerint? 694.

Florentinus IC. 504.

Florianus Imp. 440.

Foeminis datum ius liberorum, 368.

Foenus. De foenore Leges, 136, 139, 140.

Follis tributi genus, 515.

Formulae actionum, 236. necessariae, ib. sacrae, 229. doli mali, 257.

- Formularii, pag. 236.
 Fornerii ICTi, 707.
 Freherus (Marq.) IC. 708.
 Fronto (Papir.) IC. 489.
 Frontiniana Decreta, 420. cur scripta, ib.
 Fufidius IC. 414.
 Fulcinius (Priscus) IC. 416.
 Fundus dotalis. De eo cautum Lege Iulia de adulteriis, non
 in Lege Pap. Poppaea, 320.

G.

- Galba. Eius imperium, 312. Caesaris nomen tanquam pu-
 blicum dignitatis et imperii adsumsit, ibid.
 Galerius Maximianus Caesar, 442. Augustus, 443.
 Gallienus Imp. 438.
 Gallus Imp. 438.
 ——— (Aelius) IC. 407.
 ——— (C. Aquillius) vid. Aquillius.
 Galvanus (Aur.) IC. 705.
 Garidas IC. 676.
 Gellius (Publicius) IC. 262.
 Gentes barbarae, quae inuascent Romanum imperium,
 seruarunt Romanas leges, 562. quomodo? ib. accom-
 modarunt tamen eas ad suos mores, ib.
 Geta (P. Septimius) Caracallae frater germanus, 430.
 Gifanius (Hubert.) IC. 708.
 Gladiatores in Occidente sublatis, 535.
 Glossae Βασιλικῶν, 677. in iis adhibenda cautio, ib. col-
 lectio rarum, ib.
 Glycerius Imp. 547.
 Goaricus Comes composuit breuiarium Alaricianum, 563.
 Gobidas IC. 635.
 Goeddacus (Io.) IC. 708.
 Gordianus Imp. 436. non fuerunt IV. Gordiani, ib. Re-
 scriptum eius, 461.
 Gossas (Martinus) auditor Irnerii, 699. autor Gossano-
 rum, ib.
 Gothofredi ICTi, 707.
 Goucanus (Anton.) IC. 704.
 Granus (Flaccus) iuris Papiriani interpres, 17.
 Gracchanus (M. Iunius) IC. 269.
 Gratianus Imp. 521.
 Gregorius IC. 536. an autor Codicis Gregoriani, ib. et
 537 sq.

Gundebaldus, Rex Burgundionum, componere iubet Papiniani Responsa, pag. 565.

H.

Hadrianus Imp. 422. eius facta, ib. et sq. ius ad certam formam per edictum perpetuum redegit, ib.

Hagiotheodoretus (Nicol.) IC. 684. scripta eius, ib.

Haboander (Greg.) IC. 708.

Harmenopolus (Constant.) IC. 685. scripta eius, 686.

Haruspices, 85.

Hasta, insigne iudicii centumuiralis, 110.

Heineccius IC. 708.

Henricus Imp. 653.

Heraclius Imp. 582. eius Constitutiones, 620.

Herciscundi ICti, 466. origo, ib.

Hermodorus, 28.

Hermogenianus IC. 536. an autor Codicis Hermogeniani, ib. et 540. scripta eius, ib. quando vixerit, ib.

Heros Amblichus IC. 635.

—— Eudoxius IC. 570.

—— Patricius IC. 570. scripsit ad codices Hermogen. et Theodos. ib.

Homobonus IC. 700.

Honorius Imp. 524. diuisit cum fratre imperium Romanum, 525. status imperii sub eo, ib.

Horae legitimae, 103. 104.

Hostilianus Imp. 438.

Hostilius IC. 268. autor actionum Hostilianarum, ib.

Hottomannus (Franc.) IC. 706.

Huberus (Zach.) IC. 708.

Hugolinus a Porta Rauennate IC. 699.

I.

Iacobus IC. auditor Iruerii, 699.

Iauchius IC. 708.

Iauolenus (Priscus) IC. 416.

Iensius notatus, 597. et 608.

Imperatoris nomen, 114. cui tributum, 115. a quonam, ib. praenomen, (titulus) 130. ab Augusto sumtum, 285. collegis in imperio tributum, 288.

Imperium magistratum, 85. esse in imperio et cum imperio, ib. et 119. sine lege curiata nemo habere poterat, 114.

Impe-

- Imperium Romanum diuisum a Constantino M. pag. 512.
 in IV. Praefecturas Praet. ib. diuisio a Constantini M.
 filiis, 517. diuisio ab Arcadio et Honorio facta, 524.
 etsi sub Arcadio et Honorio diuisum, tamen man-
 vnum, 525. quando in Occidente defuerit, 547. pri-
 mum in partes duas diuisum, ib.
- Index Pandectarum, 592.
- Indictionum vsus introductus, 525.
- Indigitamenta, 17.
- Innocentius IC. 542.
- Institutiones Caii, 481. adhuc extant, sed non integrae, ib.
 vnde seruatae, ib. compendium harum Institutionum, 482.
 ——— Iustiniani, 603. vnde collectae, ib. num derogant
 Pandectis, ib.
- Interpretatio, 234. extensius, ib. legum apud quos? 227.
 Interrex eur proditur? 82.
- Ioannes Briennius Glossator Basilicorum, 675.
 ——— Cantacuzenus Imp. 655.
 ——— Comnenus Imp. 650. Edicta eius, 671.
 ——— III. Imp. 652.
 ——— IV. Ducas Imp. 653. eius Constitutiones, 673.
 ——— V. Palaeologus Imp. 654.
 ——— VII. Palaeologus Imp. 655.
 ——— Patriarcha Constantinop. primam collectionem ca-
 nonum fecit, 639.
 ——— Zimisces Imp. 645.
- Iouianus Imp. 520.
- Irene Imp. 585.
- Irnerius IC. 699. docuit ius civile, ib. eius schola, ib.
 eius auditores, ib.
- Isaacius Angelus Imp. 651. Nouellae eius, 672 sq.
 ——— Comnenus Imp. 647.
- Isidorus IC. 632.
- Italia Consularibus administranda data, 423. deinde iuridi-
 cis, 427. diuisa in IV. prouincias quaestorias, 120. 121.
 sed tamen non in formulam redacta, ib.
- Iudices selecti, 99. de iis leges, ib. sorte ducebantur, 101.
 poterant reici, ib. eorum decuriae, 100. numerus, ib.
 decuria ex centurionibus Antonii, ib. sententiae eorum,
 vid. sententia priuati, 107. reiecti, 110. decuria quarta
 iudicum, 300. quinta, 309. de facto cognoscunt, 106.
 quinam lege Valeria et Horatia, 133. debent sequi re-
 sponso ICtorum, 399. quinam aetate Pomponii dicantur,
 298 sq. Iudex quaestionis, 99.

Iudicia priuata iudiciibus dedit Seruius Tullius, pag. 6. publica sibi seruauit, 7. initio apud Reges, 8. quotuplicia? 97. publica quotuplicia? 98. publica male a Iustiano describuntur, 97. ante quaestiones perpetuas omnia publica fuere extraordinaria, 98. quomodo acta ante quaestiones perpetuas, 99. extraordinaria non habita post quaestiones perpetuas, ib. ordinariis quis praerant? 99. publica habita in senatu, 301. ad populum acta, 20. eorum forma definita legibus iudiciariis, 101. in iis accusator esse debebat, 102 sq. priuata a quonam exercita? 105. priuata quotuplicia? 106. stricti iuris, ib. bonae fidei, 107. recuperatoria, ib. centumuiralia, ib. omnia facta ex formula a Praetore praescripta, ib. centumuiralis insigne, 110. praeses, ib. priuata extraordinaria raro habita libera republica, 111. iudicii initium quando? 110. maiestatis instituta a Tiberio, 306. diuersa sunt a iudiciis maiestatis libera republica, 307. de iudiciis leges Augusti, 350. perduellionis, 99. sub Augusto quomodo instituta? 300.

Iulianus Saluius ICTus, 472.

— IC. 633. est anonymus in Basilicis, ib. dicitur *δυναρισφάνης*, ib. non confundendus cum Iuliano Patrio, ib. edidit Epitomen Nouellarum, ib. reliqua eius scripta, 634.

— Apostata Imp. 519. religionem Christianam uult euertere, ib. prohibet Christianos a lectione librorum profanorum, ib.

— Didius Imp. 429.

Iulius Caesar donauit ciuitate liberalium artium professores, 194. uoluit Ius ciuile in ordinem redigere, ib. quomodo rempublicam subegerit, 124. Imperator dictus, ib. tituli et honores, quos sumsit, 125. eius ordinatio reipublicae, ib. leges, 126.

— Imp. 547.

Iunius Gracchanus IC. 269.

Iuridici in Italia, 427. Alexandrinus, 298.

Iurisdicchio initio apud Reges, 8. post apud Consules, 22. in quonam constitit, 105. quinam eam habuerint, 106. eius causa proposita edicta, ib. data magistratibus sine Caesaris appellatione, 309. Consulium, 291. eius mutatio sub Augusto, 300.

ICTus nullus sub Regibus, 18. munera, 233. nomina, 236. 399. per eos multa iura introducta sunt, 237. dicuntur iuris

- iuris auctores et conditores, pag. 238. iura populo praescripisse, 229. illustrarunt edicta, 225. disensiones, 240. sub Augusto retenti, 397. responsa eorum in iudiciis sequenda, 397. scientiam abolere vult Caligula, 310. inuenerunt formulas actionum, 230. an omnes Stoici fuerint? 239. quidam sequebantur aequitatem, quidam ius strictum, 240. scripserunt de Iure ciuili, 241. responsa eorum in Iurisprudentiam illata, 419. non amplius debent facultatem respondendi a principe petere, 471. rursus petere debent, 536. temporibus Hadriani non fuerunt peregrini, ut vult Hotomannus, 471. eorum oracula obmutuerunt post Modestinum, 507. opera temporibus Iustiniani, 625. eorum ratio tempore Basilii Macedon. 674.
- Iurisprudentia** initio apud Pontifices et Patricios, 227. in eam ars illata, 260. noua vnde incipit? 422. obsoleta, 462. cur obsoleta, ib. et 471. mutationem accepit per Edictum perpetuum conditum, 465. ut opificium exercita, 507. reuiuiscit sub Constantino M. 535. per incurfiones barbaras detrimentum accipit, 544. a Theodosio M. dignitatem accipit, 566. immutata a Iustiniano, 588. et 624. eius corpus factum, 589. cf. Ius et Icti. Iurisprudentiae facies sub Basilio Maced. 674. eius in Occidentem reuocatio, 689. in Italia post Iustinianum, 690.
- Ius incertum quodnam?** 21. 22. quod moribus constitutum, 96. quidnam ad ius moribus constitutum pertinet? ib. in iure fieri, 110. in ius vocatio, 111. ciuitatis, 120. Latii, ib. Italiae, ib. ciuium Romanorum quotuplex? ib. Quiritium origo et vis, 122. ciuile quodnam stricte dicitur? 238. ciuile vnde descendit? 92. receptum consensu, 238. ciuile quinam interpretati sint? 227. de eo respondere quando commune factum, 233. Iuris ciuilis partes, 131. non immutarunt Praetores, 221. quanam sensim per Praetores introducta sint? 223. 224. per Censores introductum, ib. quis primum publice docuerit? 233. docendi ratio libera republica, 239. ius ex rebus iudicatis cuiusmodi? 275. ex mixto iure esse, 277. iuris studiosi quinam? 399. docendi ratio sub Hadriano, 508. in schola Romana et Berytensi, 567. docendi ratio a Iustiniano constituta, 624. iuris ciuilis correctio a Basilio Macedone, 656. quomodo in Italia reuiuiscerit ius ciuile Iustinianeum? 691.
- Ius Aelianum**, 232.
- **Aterianum**, 268.

Ius Augurale, pag. 272.

— Bulgetarum, 430.

— Commentitium, 238.

— Flavianum, 231.

— Flaminium, 4.

— Feciale, 5. 13.

— Honorarium quid? 211. saepe eo derogatum Iuri civili, 218. quomodo id factum, ib. an recte factum? ib.

— Papirianum, 16. eius interpret, ib.

— Pontificium, 74. et 269. arctissime coniunctum cum iure civili, 271. autor, ib. vnde constitutum, ib. multa iura per Pontifices nata, ib.

— Praedictorium, 266.

Iustinianus Imp. 574. maxime legislatione clarus, ib. genus, ib. dicitur Vprauda, 575. vxor eius, ib. bella, ib. Africam rursus in suam potestatem redegit, ib. nomina assumpta, 576. de vita eius et virtutibus, 577. 578. Iurisprudentiam correxit, 577. quomodo id fecerit, ib. eius Sanctio Pragmatica, 619. Leges agrariae, ib. Edicta, 617. 618.

———— II. Rhinotmetus Imp. 583.

Iustinianistae, 624.

Iustinus Thrax Imp. 551.

Iustinus Minor Imp. 580. sumit consulatum perpetuum, ib. eius constitutiones, 619.

Iuuentius (Cai.) IC. 257.

———— (P. Celsus) IC. pater, 412.

———— IC. filius, 414. celebre eius responsum, 415.

L.

Labeo (Antistius) IC. 262.

———— (Q. Antist.) IC. 403. falso tribuitur ei liber de penatibus, 404.

———— Theologus, 405.

Lacedaemonii. Ab iis leges petitae XII. Tabb. 27.

Laelius Felix, IC. 418.

Latinis Ius Quiritium datum, 368.

Laudatores, 103. numerus eorum, 104.

Legati Augusti Pro Praetore, 297. in prouinciis, 119.

Leges quo sensu capiuntur, 132. apud quem earum ferendarum potestas, 92. 93. vbi et a quo rogatae, ib. earum ferendarum ratio, 94. 95. initio nullae de Iure civili

ciuili factae, pag. 8. quando cessarint, 354. sub Tiberio adhuc latae, 204. post Tiberium dicuntur SCta 354. non amplius in comitiis sunt, ib. legibus solui quid? 284. earum interpretatio apud Pontifices et Patricios, 227. quae in Pandectis sic vocantur, proprie non sunt leges, 596. Lex Romana quid? 564.

Leges militares, 200. et 637.

—— rusticae, 638.

—— triumphales, 200.

Legis antiquae frumentariae et viariae fragmenta, 200. et 201.

Legistae, 700. vnde orti, ib.

Legum Romanarum Recensio.

Lex Acilia, de coloniis deducendis, 152. de repetundis, 169.

— Acilia Calpurnia, de Ambitu, 182.

— Aebutia, de quibusdam XII. Tab. capitibus abrogandis et de Centumuiris, 147.

— Aebutia, alia, 198.

— Aelia, de comitiis, 160.

— Aelia Sentia, de manumissionibus, 321.

— Aemilia, de censura, 136.

— Aemilia cibaria, 181. alia eiusdem argumenti Aemilia, 166.

— Agrariae, 198.

— Agraria Neruae, 377.

— Alliena, agraria, 198.

— Ampia Labiena, de Pompeio, 185.

— Anci Marci, 13.

— Antia, sumtuaria, 181.

— Antoniae, 128. iudiciaria, 195. de prouocatione, ib. de dictatura, ib. de actis Caesaris, ib. de suffragiis, ib. de prouinciis administrandis, ib.

— Annua, 218.

— Apuleiae de maiestate, 169. de auro Tolosano, ib. vt senatus in verba legis iuraret, ib.

— Aquilia, de damno iniuria dato, 155.

— Ateria Tarpeia, 23. 136.

— Atia, de sacerdotiis, 184.

— Atilia, de populis dedititiis, 151. de tutelis, 144.

— Atinia, de senatore plebeio, tribuno, 81. et 162. de rebus furtiuis, 152.

— Aufidia, de feris Africanis, 167. de ambitu, 185.

Lex

Lex Aureliae, pag. 181.

- Aurelia, iudiciaria, dicitur et Coctia, 182.
- Baebia, 79.
- Caecilia, de Censura, 190. de abolendis vestigali-
bus, 185.
- Caecilia Didia, 171.
- Calpurnia, repetundarum, 160.
- Canuleia, de connubio plebis, 135.
- Cassia, tabellaria, 161.
- Cassia, Terentia, frumentaria, 181.
- Cassia, de patriciis, 194.
- Censoriae, 225.
- Cincia, de donis et muneribus, 151.
- Cláudia, de nauibus Senatorum, 150.
- Claudia de sociis, 157.
- Claudia, ne scribae negotiarentur, 198.
- Claudia, de legitima mulierum tutela, 369.
- Clodiae, frumentariae, 188. de auspiciis, ib. de
censura, ib. de scribis, ib. de victoriatis, ib. de iniu-
riis publicis, ib. de collegiis, ib. de vi, ib. de quae-
store in Cyprum mittendo, ib.
- Coelia, de tabellis in iudicio perduellionis, 167.
- Confidia, de multa, 24.
- Cornelia Baebia, de ambitu, 155.
- Corneliae, de proscriptione, 175. de sacerdotiis, 176.
de iudiciis, ib. de sicariis, ib. maiestatis, ib. de falso,
177. de testamentis captivorum, ib. repetundarum, 179.
iniuriarum, ib. de prouinciis ordinandis, ib. tribuni-
tia, ib. agraria, ib. sumtuaria, ib. ne quis legibus
solueretur, 183. de edictis, ib. et 215. de lusu, 200.
de magistratibus, 180. de quaestoribus, 181.
- Curia, 145.
- Curiatae, 2. iis imperium datum regibus, ib. repe-
titae a Bruto, 3. cf. 20. et 114.
- Decia, 149.
- Didia, sumtuaria, 161.
- Domitia, de sacerdotiis, 168.
- Duillia, de tribunis plebis et prouocatione, 133.
- Duillia Maenia, de vnciario foenore, 139.
- Fabia, de plagiariis, 198. agraria, ib.
- Falcidia, testamentaria, 195.
- Fannia, sumtuaria, 159.
- Flaminia, agraria, 148.
- Flauia, agraria, 185.

Lex

- Lex Fufia, pag. 160.
- Fulvia, de ciuitate, 163.
 - Furia, de aedilibus, 137. de Mancino, 162. testamentaria, 198.
 - Fufia Caninia, de numero feruorum testamento manumittendorum, 323.
 - Fufia, de comitiis, 186.
 - Gabinia, tabellaria, 161. de foenore, 183. de legationibus, ib. de versura, 184.
 - Gellia Cornelia, de ciuibus, 181.
 - Genucia Aemilia, de claud pangendo, 138.
 - Genucia, ne foenerare liceret, 141.
 - Glicia, testamentaria, 198. an ex ea querela inofficiosi testamenti, 199.
 - Hirtia, de Pompeianis, 192.
 - Horatia, de plebiscitis, de prouocatione, de tribunorum sanctitate, 83 et 133.
 - Hortensia, de plebiscitis, 145. de nundinis, ib.
 - Hostilia, de furtis, 199.
 - Icilia, 24. 25.
 - Iulia, L. Iul. Caes. de ciuitate cum sociis et Latinis communicanda, 173.
 - Iulia et Titia, de dandis tutoribus, 197. videtur esse vna lex, ib.
 - Iuliae, i. e. Iul. Caesaris, agraria, 186. de prouinciis ordinandis, ib. de repetundis, ib. de aere alieno, 192. de modo credendi possidendique in Italia, ib. iudiciaria, 193. ne quis LX. HS. amplius domi suae auri argentique habeat, 192. de criminibus, 193. de publicanis, 187. de sacerdotiis, 194. theatralis, ib. sumptuaria, ib. de vi et maiestate, 193. quae non confundenda cum ea, quae in Digestis occurrit, ib. de legationibus liberis, 194.
 - Iuliae, i. e. Augusti, de adulteriis, 320. plura habuit capita, ib. dicitur et de fundo dotali, ib. it. de stupris, ib. it. de pudicitia, ib. de vicesima hereditatum, 322. falso dicitur lex Vicesima, ib. Iulia et Papia Poppaea de maritandis ordinibus, 324. eius origo, ib. duo habet capita, ib. singula eius capita veniunt nomine legis Pappiae Poppaeae, ib. eius capita, 326 sqq. vacatio ciuibus ab ea, 368. de vi publica, 348. de vi privata, ib. vtraeque hae leges auctae, nomen tamen retinuerunt, ib. eius caput fuit de rerum vi possessorum

vsu-

- vſucapione, pag. 348. maiestatis, 349. iudiciariae, 350.
 de ambitu, 351. de sacrilegio, ib. de peculatu, ib. de
 residuis, ib. de annona, ib. sumtuaria, ib. de cessione
 bonorum, ib. theatralis, ib.
Lex Iunia, de legibus militaribus, 167. de peregrinis, 163.
 — Iunia Norbana, de manumiss. 353.
 — Iunia Petronia, de paribus iudicum sententiis, 351.
 non dici potest Lex Iunia Patronorum, 352.
 — Iunia Velleia, testamentaria, 347.
 — Labiena, de Pompeio, 185.
 — Laetoria, de circumscriptionibus adolescentum, 146.
 de Tribunis et Aedilibus pleb. creandis, 147.
 — Licinia, 172. de ludis Apollinaribus, 151. de sacer-
 dotibus, 161. de sodalitiis et ambitu, 190.
 — Licinia Cassia, 142.
 — Licinia Iunia, de trinundinis, 185.
 — Licinia Mucia, de ciuitate, 172.
 — Licinia, sumtuaria, 171.
 — Liuia, 166.
 — Lutatia, de vi, 169.
 — Maenia, de Comitibus, 145.
 — Mamilia, de regundis finibus agrorum, 158.
 — Manilianae venalium vendendorum, 236. earum autor,
 252.
 — Manilia, de libertinorum suffragiis, 182.
 — Manlia, de creandis Epulonibus, 154. de viceſima, 139.
 — Martia, de magistratu non bis habendo, 78. de censura
 non bis petenda, 146. de Statiellis, 157.
 — Maria, de ambitu, 166.
 — Memmia, 161.
 — Menenia Sextia, 23.
 — Mensia, 352.
 — Metella, de fullonibus, 150.
 — Metilia, 151.
 — Militaris sacra, 140.
 — Minucia, 151.
 — Numae, 12.
 — Octauia, frumentaria, 166.
 — Ogulnia, de Pontificibus et Auguribus, 144.
 — Oppia, de cultu mulierum, 151.
 — Orchia, sumtuaria, 155.
 — Ouinia, de censoribus, 140.
 — Paeducaea, agraria, 198.

Lex

- Lex Paeducaea, de incestu, pag. 167.
- Papia, de peregrinis, 184. de sociis, 170. de virginibus Vestalibus, 147.
 - Papia Poppaea, vid. Lex Iulia Pap. Popp.
 - Papiria, de assibus, 154. de ciuitate, 142. de tribunis pl. 162. de sacramento et triumuiris, 200. tabellaria, 162.
 - Papiria Iulia, de multarum aestimatione, 24 et 136. ea repetita Lex Ateria Tarpeia, ib.
 - Papiria Poetelia, 142.
 - Pedia, de vi, 195.
 - Pefulania, de cane, 354.
 - Petillia, de peculatu, 154.
 - Petreia, 175.
 - Petronia, de seruis, 351.
 - Pinaria, annalis, 162.
 - Plaetoria, de Praetoribus, 138.
 - Plotia, iudiciaria, 173. de vi armatis hominibus, ib. de iure ciuitatis, ib.
 - Poetelia, de ambitu, 139. de cessione bonorum, 141.
 - Pompeiae, iudiciaria, 188. de parricidiis, 189. de ambitu, 190. plures ad statum publ. spectantes, ib. de ciuitate, 174. de vi, 190. de ambitu, altera, 191.
 - Porcia, de prouocatione, 152. de triumphis, 185.
 - Posthumia, 11.
 - Publicia, de lusu ac sponsionibus, 200.
 - Publilia, 20 et 25.
 - Publiliae, 142.
 - Pupia, de senatu habendo, 149.
 - Quinctia, de aquaeduct. 321.
 - Regiae, 9. non aliae valuerunt, quam quae in XII. Tabb. relatae sunt, 32. earum collector, 14. exoluerunt, 21. confirmatae et reuocatae, 22. Lex Regia Numae, 11. Lex Regia sub imperatoribus, 279. exinde omnis potestas legislatoria repetenda, 280. fuit talis lex, ib. quando nomen legis regiae acceperit, 284.
 - Remmia, de calumniatoribus, 200.
 - Rhodia, de iactu, 200. libera republica iam recepta, ib. Legum Rhodiarum quando collectio facta, 638. a quo, ib.
 - Romana, 565. not.
 - Romuli, 9.
 - Rosciae, agraria, 198. theatralis, 182.
 - Sacratae, 13. et 21.

Lex Saufeja, pag. 163.

— Scatinia, 149.

— Scribonia viaria, 191. est eadom, quae de vfucapione feruitutum egit, 191 et 196. alimentaria, 191. de Lufitanis, 160.

— Semproniae, de rebus creditis, 154. agraria, 163. viaria, 164. frumentaria, ib. militaris facrata, ib. de libertate ciuium Romanorum, ib. de confufis centuriarum fuffragiis, ib. iudiciaria, 165. de prouinciis ordinandis, ib. de falfo iudicio, ib.

— Senia, de patriciis, 300 et 351.

— Seruii Tullii, 13.

— Seruilia, iudiciaria, 168. agraria, 185.

— Seruiliae, iudiciaria, 170. repetundarum, ib. Glaucia vocatur, ib. vetuit eum reum facere, qui in imperio, ib. aliud caput, ib.

— Seruiliae et Plotiae, de iudiciis, non videntur effe perlatae, 100.

— Sextiae Licinae, agraria et foenebris, 136. de decemviris facrorum ex parte de plebe fumendis, 138. de confulo plebeio creando, ib.

— Sicinia, 23.

— Silia, de ponderibus, 202.

— Sulpicia, 152.

— Sulpiciae plures, 174.

— Tabellariae, 91.

— Talaria, de lufu, 202.

— Tapulla, 202.

— Tarquinii Prifci, 13.

— Tarquinii Superbi, 14.

— Terentilla, 25.

— Theodofiana quid? 564.

— Thoria, agraria, 168.

— Titia, de quaefloribus, 145. de lufu, 200.

— Trebonia, de tribunis plebis rogandis, 135. v. etiam Lex Iulia Caefaris de prorogandis prouinciis, 190.

— Tribunitia Pompeii, 182. alia Tribunitia, 7 et 20.

— Triumphales, 115.

— Tulli Hoftilii, 13.

— Tullia, de ambitu, 184.

— Valeria, de prouocatione, 19. 144. fuerunt plures, 20 et 21. de multa, 24.

— Valeriae et Horatiae, de prouocatione et plebifciis, 134.

Lex

Lex Valeria, de aere alieno, pag. 174. de confirmandis Sullae actis, 175. de Formianis, 154.

— Varia de maiestate, 172.

— Vatinia, de repetundis, 187. de prouinciis, ib. de coloniis, ib.

— Vestibulici, 380.

— Villia, annalis, 156.

— Visellia, 353.

— Voconia, testamentaria, 157.

Lex antiqua frumentaria et viaria, 200.

— L. Pinario, L. Furio, Sp. Postumio Albo, ne cui liceret album in vestimentum addere, petitionis causa, 136.

— ne quis postea populum seuocaret, 139.

— de focubre vncario, 140.

— de ambitu, 159.

— de consulibus ambobus e plebe, 141.

— ne quis duos magistratus, vno anno gereret, 141.

— ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, 141.

— ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, 137.

— de templis dedicandis et aris, 144.

Leo I. Thrax Imp. 549.

— II. Imp. 549.

— III. Isaur. 584. Constitutiones eius, 621.

— IV. Porphyrogenn. Imp. 585.

— Anamarzeus, IC. 635.

— Armenius Imp. 587. Constitutio eius, 622.

— Philosophus. Sapiens Imp. 641. scripsit libros τακτικῶν, et de aucupio, ib. perfecit opus διατάξεων Βασιλικῶν, 658. eius nouellae, 662. eius tacticae constitutiones, 664.

Constitutiones eius cum fratre Alexandro, 664. ei attribuitur ἐκλογή τῶν νόμων, ib.

Leo IC. 568.

Leontius Imp. 589.

Leontius IC. 568.

Leunclaius (Io.) IC. 708.

Libertas ciuium Romanorum, 122.

Licinius Imp. 443.

— Rufinus IC. 505. an autor Collationis Leg. Mos. et Rom. 571.

Lictores duodec. 3.

Liuius Mamil. Druf. IC. 250.

Longinus (Caius) IC. 268.

Longi-

Longinus (C. Cassius) IC. pag. 410.

—— (Cassius) IC. 411.

Lotharius IC. 700.

Lucilius Balbus IC. 257.

Lucretius Vespillo IC. 268.

Lucullus (L.) IC. 268.

—— (Varius) IC. 419.

Lustralis collatio quid? 515.

Lyclama (Marc.) IC. 708.

Lytæ, 567.

M.

Macer (Aemil.) IC. 505.

Macrinus (M. Opil.) 431.

Maecianus (Volusius) vid. Volusius.

Magistratus omnes sublati, 28. vbi creati, 84. eorum intercessio, 85. imperium, ib. prouincialium potestas, 119. nomina illis reliquit Augustus, vim ad se traxit, 292. noui ab Augusto instituti, 293. minores relictæ, 292. data iis iurisdictio sine Cæsaris appellatione, 309.

Magister equitum, 19 et 82.

Magistri militum sub Constantino M. qualis eorum potestas, 512. quinque facti a Theodosio, 523.

Maiorianus Imp. 547.

Maiestas populi Romani, 307.

Mandata, 385. Cæsarum, 393.

Manilius (Manius) IC. 252. an auctor Maniliarum venalium vendendorum legum, ib. monumenta Maniliana, ib.

Manlius (Titus) Torquatus IC. 248.

Manuel Comnenus Imp. 650. eius Constitutiones, 671.

Máranus (Guil.) IC. 706.

Marcellus (Marc.) IC. 268.

—— (Vlpianus) IC. 485.

Marcianus (Aelius) IC. 503.

Marcus (Caius) Figulus IC. 250.

Marcianus Imp. 548. eius facta, ib.

Martinus Gofias, discipulus Irnerii, 699.

Martyrius IC. 568.

Masurius Sabinus IC. 407. ab eo Sabiniani, ib. scripta eius, ib.

Mattarellus IC. 702.

Matthæi (Anton.) IC. 708.

Mauricianus Iun. 476.

Mauricius Imp. pag. 581.

Maximinus Heraclius, a Diocletiano factus Caesar et Augustus, 441.

——— Caesar, 442.

Maximinus Imp. 435.

——— IC. 568.

Maximus Imp. 435.

——— Imp. post. Valent. III. 547.

Maxentius Imp. 443.

Maynus (Iaf.) IC. 703.

Μαλέτη περί ψιλῶν συμφώνων, 687.

Menander (Arrius) IC. 489.

Merillius IC. 706.

Messius IC. 488.

Michael Curopalates Imp. 586.

——— Balbus Imp. 587.

——— III. 588.

——— IV. Paphlago, 646.

——— V. Calaphates, 647.

——— VI. Stratioticus, 647.

——— VII. Ducas, 649.

——— Palaeologus, 653. Constitutio eius, 673.

Miliarium aureum, 302.

Milites quotuplices? 113. limitanei, 299.

Militia perpetua, 114. quando facta, ib.

Minutius Natalis IC. 418.

Miscelliones IC. 466 et 472.

Mixtum Ius, 277.

Modestinus (Herennius) IC. 506.

Momyllus Imp. 547.

Monumentum Ancyranum, 304.

Mores maiorum, 276. quid? ib. pars Iuris ciuilis, ib. iis leges abrogatae, 277. interdum ea ad mores referuntur, de quibus in legibus cautum, ib.

Mornacius IC. 707.

Muciae gentis origo, 246.

Mucius (Quintus) IC. 245.

Municipia, 120.

N.

Neratius (Priscus) IC. 415.

Nero Imp. eius imperium, 311.

Nerua

- Nerua Imp. pag. 316. eius vita et imperium, ib. instituit.
 Praetorem fiscales, 317.
 — (M. Cocceius) IC. 408.
 — — fil. IC. 411.
- Nicephorus Imp. 586. eius Constitutiones, 622.
 — Phocas Imp. 644. Constitutiones, 667.
 — Botoniates, 649. Constitutiones, 669.
- Nobilissimatus dignitas, 514.
- Nomina, quae Augustus assumpsit, communicata collegis,
 288.
- Νόμοι ἡγεωργικοὶ κατ' ἐπιλογὴν βιβλίων τοῦ θεῖας λέξεως
 Ιουστινιάνου, 638.
- Νόμοι στρατιωτικοὶ ἐκ τῆ 'Ρούφου, 637. quando facti, ib.
- Νομοκανὼν Photii dicitur et Προκανὼν, 680.
- Νομοκάνονες I. libri, quibus leges Imperatorum compara-
 verunt cum canonibus ecclesiae, 638.
- Νομοθέται, 238.
- Noodtius (Gerard.) IC. 708.
- Novellae post Codicem Theodosianum Theodos. II. Va-
 lent. III. etc. 559.
- Anastasii Imp. 561.
- Iustiniani Codicis, 608. quid in iis factum? ib.
 quanam lingua in iis adhibita? 609. non omnes sunt
 Iustiniani, 609. quis eas collegerit, 610. vocantur au-
 thenticae, 611. Iulianus in epitomen redegit, 609. et
 633. hodie versio earum in foro versatur, 611. cur?
 ib. de versione illarum, ib. quanam hodie apud nos
 valeant? 612. graecum earum exemplar quomodo edi-
 tum? 613.
- Iustini Maior. 561.
- Leonis Imp. ib.
- Zenonis Isaur. ib.
- post Basilica, 662. Leonis Philosophi, ib. quid in
 iis factum? ib. usus earum, 663.
- Notae, 231.
- Notitia dignitatum, 569. dicitur breuiarium Theodosii
 Iun. ib. vtilissima, ib.
- Numa Pompilius, 4. sq. variarum iurium auctor, ib. in-
 stituit rem sacram Romanorum, ib. eius leges, 10. 11.
 ab eo iurisiurandi religio venit, 12.
- Numerianus Augustus, 441.
- Nundinium, 292.

O.

- Octavianus IC. pag. 414.
 Octavianus Caesar, vid. Augustus.
 Octavius (L. Balbus) IC. 268.
 Odofredus IC. 700.
 Ofilius (Aulus) IC. 262.
 Oldradus IC. 702.
 Olybrius Imp. 547.
 Orationes Principum ponuntur pro ipsis Sctis, 356.
 Orbis Romanus primum diuisus in partes duas, 443.
 Orbis Publ. IC. 268.
 Orchia gens, 155.
 Ordinatio Consulum, 292.
 Ordines in republica quot? 87. quando tertius accesserit, ib.
 Ornamenta consularia, 291.
 Ostia aedificata, 6.
 Otho Imp. 313. eius imperium, ib.

P.

- Pacius (Iul.) IC. 708.
 Paconius, IC. 505.
 Pactumeius Clemens IC. 489.
 Pacuius IC. 262.
 Pagani, 529.
 Παλαιός s. of παλαιοί quid significet in Scholiis Basilico-
 rum? 677.
 Παλαιόν τὸ quid in Scholiis iisdem? ib.
 Pandectae, 591.
 Papirius collector legum Regiarum, 14. de eius nomine, 15.
 collegit tantum leges sacras, 16.
 ——— (Sext.) IC. 257.
 ——— Iustus IC. 476.
 ——— Fronto IC. 489.
 Papinianus (Aenil.) IC. 486. scripta eius, ib. sq.
 Papiniani responsa, 565. a quo composita, ib. unde no-
 men hoc, ib.
 Papinianistae, 567.
 Paraphrasis graeca institutionum a Theophilo, 626.
 Paratitlorum origo, 596 et 637.
 Patres lecti, 1 et 6.
 Patriciatus dignitas, 513.
 Patricii, apud eos legum interpretatio, 227. sub Constan-
 tino M. 513.

Patroni,

- Patroni, pag. 103. defensio certis horis inclusa, ib.
 Patzus, Scholiastes Basilicorum, 675.
 Paulus (Iul.) IC. 497. scripta eius, 498. sqq. ad multos
 ICtos scripsit, 501. maxime notandus est liber eius Re-
 ceptarum sententiarum, 502.
 Paulus Castrensis IC. 703.
 Pecunia multatitia, 112.
 Pedius (Sext.) IC. 489.
 Pegasus IC. 413. num ab eo Proculiani, dicti Pegasiani, 413.
 Pepo IC. magna fama docet ius ciuile, 697.
 Perez (Anton.) IC. 708.
 Pertinax Imp. 428.
 Petrus Altissiodorensis Imp. 655.
 Petrus de Bella Pertica IC. 702.
 Philippicus Bardanes Imp. 584.
 Philippus Arabs Imp. 436. non fuit Christianus, 437.
 Philoxenus IC. 632. scripta eius, ib.
 Phocas Imp. 581.
 — IC. 632.
 Phorbenus (Georg.) IC. 683.
 Photius Patriarcha Constantinop. 680. scripta, ib.
 Pifo Frugi Licinianus, 312. cur dictus Caesar, ib.
 Pithoei ICTi, 707.
 Placentinus IC. 700.
 Πλάτος, quid in Scholiis Basilicorum, 677.
 Plautius, IC. 414.
 Plebiscita, 92 et 93. eorum origo, ib. ii. patres obligari
 nolunt, ib. quando nomen legis acceperint, ib. disse-
 rentia a lege, 93 et 94.
 Plebs, 21.
 Plebis secessionis, 92. 93.
 Poenae irrogatae quatenam in criminibus? 104.
 Pompeius (Sextus) IC. 254.
 Pomponius (Sextus) IC. 477. non fuerunt duo Pompo-
 nii, ib.
 Pontificatus M. ab Augusto sumtus, 285.
 Pontifices, 4 et 85. eorum munus, ib. apud eos legum
 interpretatio, 227. Pontificium ius, 269. commentarii
 eorum, 270.
 — minores, 86.
 Populi potestas, 1 et 89. populus a Romulo diuisus, 2. in
 classes et centurias, 6. ius leges faciendi permisit Augu-
 stus, 300.

Portio

- Portio legitima vnde orta? pag. 419.
 Portorium, 112.
 Potestas Caesarum quomodo iis data, 284.
 Post Consulatus, 443. 580.
 Praecones actionum, 236.
 Praefectus Vrbi, 82. munus, ib. annonae 84. et 295. pro Praetoribus constitutus, 126. Vrbi sub Augusto, 293.
 Praetorio, 294. Vigilum, ib. Augustalis, 298. Praefecti Praetorio Senatoriam dignitatem accipiunt, 434. et dicuntur viri clarissimi, ib. non amplius sunt in comitatu imperatoris, 513. habent ius faciendi Edicta, 534 et 535. haec Edicta vocantur *τύποι γωνικοί*, 534.
 Praefecturae, 120. praefectura morum, 125. ab Augusto sumitur, 285. Praetoriana, 294. IV. institutae, 512.
 Praesides prouinciarum, 297.
 Praetores, 79. causa institutionis, ib. munus, ib. Urbanus, ib. cum plebe communicatus, ib. Peregrinus, ib. quando Peregrinus institutus, ib. Praetorum numerus, ib. de iis Lex Baebia, ib. it. Lex Calpurnia, 80. iis quaestiones demandatae, 99. praesunt iudiciis extraordinariis, ib. Peregrinus etiam proposuit Edicta, 214. non sunt euerfores iuris ciuilibis, 219. non mutarunt iura, 221. sub Augusto, 291 sq. aerarii, 292. tutelares, 427. fideicommissarii, 310. vnus rursus detractus, 315. fiscalis, 317.
 Praetoriana castra, 306. cohortes, 307.
 Pragmatici, 236.
 Precianus IC. 268.
 Principatus in republica Romana, 278 et 279.
 Principis nomen, 130. ab Augusto sumtum, 285. Principes iuuentutis, 289.
 Probus Imp. 441.
 Πρόχειρον τῶν νόμων Basilii, 657.
 Proconsulatus 285. et 286. collegis in imperio concessus, 288.
 Proconsulis nomen, 130. ab Augusto sumtum, 285. sub Augusto dicuntur omnes, qui in prouinciam mittuntur, 297.
 Procopius IC. 568.
 Proculus (Sempr.) IC. 409.
 Proculiani, 400.
 Procuratio rei priuatae, 430.
 Procuratores, 297. Caesarum, ib.

Professores iuris quando reperiantur, pag. 509. in Academia Berytensi et Romana, 567.

Prolytae, 567.

Proscriptio Sullana, 126. Octauiana, 129.

Prouinciae, 116. quanam libera republica adiunctae sint, ib. forma, ib. leges prouinciis datae, ib. in formulam prouinciae redigere, ib. lex prouinciae, 117. ratio administrandi, ib. leges de iis ordinandis, 118. ornatae, ib. eas cum Senatu et populo partitus est Augustus, 290 et

297. ab Augusto acquisitae, 303. in frustra diuisae, 442.

Pfellus (Michael) scripsit *Σύνοψιν τῶν νόμων* versibus, 621.

Puteolanus IC. 489.

Pyleus IC. 700.

Pythiodorus Scholiastes Basilicorum, 675.

Q.

Quaestor institutus, 2. Quaestores duo, 19 et 80. numerus, ib. sq. Urbanus, 81. sub Augusto, 291. comites dabantur magistratibus prouincialibus, 118. gladiatorum munus illis datum, 310. cura aerarii reddita, ib. Candidati principis, 295. Palatii, 514.

Quaestiones perpetuae, 79. 80. quando institutae, 103. earum vis, ib. perpetua de sicariis, 178. perpetua de pluribus criminibus, 180. mutatio in iis sub Augusto, 300.

Quaestura functi praesides iudicii centumuiralis, 110.

Quarta legitima, 419. 421. Quarta Falcidia, ib.

Quatuoruiui viarum curandarum, 82.

Querela inofficiosi testamenti non orta ex lege Glicia, 198. sed ex disputatione fori, 275.

Quindecimuiui saeris faciendis, 85. 86.

Quinquaginta-Decisiones, 603.

Quinquennialia quomodo orta, 289. abolita, 580.

Quinqueuiui mensarii, 84 et 140. cis et ultra Tiberim, 82.

R.

Raenardus (Iac.) IC. 708.

Ramponius IC. 702.

Rationarium imperii, 304.

Receptae sententiae, 238.

Recuperatores, 107. sq. sunt e Decemuiris, 108. habent certam formulam, 107.

Regularum Vlpiani libri supersunt, 494. sqq.

Relationes, 383.

Religio

- Religio nulla peregrina inducenda, pag. 86. calumnia religionis, 86. Christiana magnam mutationem Iurisprudentiae affert et ad formam imperii Romani, 516.
- Repetundarum crimen, 120.
- Rem succedere in locum pretii quando ortum, 508.
- Res militaris Romana quatenus libera republica, 112. sub Augusto, 299. quis eam perturbavit, 113. in provinciis non attingi poterat sine lege Curiata, 119.
- Res iudicatae pars iuris civilis, 273. ius exinde, 275.
- Rescripta, 383. quotuplicia? ib. non fecere ius uniuersale, ib. unde ius ex iis natum, 384. ea abolere vult Macrinus, 461. quando maxime in usu, ib. collectores eorum, ib.
- Respondere, 233. et 234. facultas respondendi Ictis quibusdam data, 398. Caligula vult ad Caesares transferre, 400.
- Responso debebant dari signata, 399. Papiniani, vid. Papinianus.
- Respublica Romana. Eius status optimus, 74. causae perditae reipublicae, 75. quando fuit concussa, 131. eius mutatio sub Augusto, 290. sqq. eius forma mixta, 1.
- Rex. Eorum potestas primis temporibus, 1. et 8. Sacrificulus, 19. et 85.
- Riminaldus (Hippol.) IC. 703.
- Rittershulii Icti, 708.
- Robertus Imp. Graec. 653.
- Roffredus (Beneuent) IC. 700.
- Roma Albanorum colonia, 1. a Romulo instaurata est, ib.
- Romani habent instituta Graecorum, 2. Sabinorum retinuerunt multa, 27.
- Romanus Lecapenus, 642. filium suum facit Augustum, ib.
- III. Imp. 644.
- IV. Imp. 646.
- V. Imp. 648.
- Romulus, 3. eius vita, 4. leges curiatae, 9.
- Ruffardus IC. 705.
- Rutilius (Maximus) IC. 489.
- (Publius) Rufus IC. 253.

S.

- Sabiniani, 400. in eorum libris traditur ius strictum, 402. a quo sic dicti, 407.
- Sabinus (Coelius) IC. 412.

Sabinus

- Sabinus Masurius, vid. Masurius.
- Sacra perpetua, pag. 270. ex iis ratio causae intestati potestati non potest, ib.
- peregrina, 86.
- Sacramentum militare, 114. eius formula, ib.
- Salicetus (Barthol.) IC. 703.
- Salii, 4. 85.
- Collini dicti, 5.
- Salinae, 6.
- Salomon Scholiastes Basilicorum, 675.
- Salvius Iulianus IC. conditor Edicti perpetui, 464.
- Sandiones pragmaticae, 382. earum causa, 383.
- Saturninus (Claudius) IC. 490.
- (Q. Venuleius) IC. ib.
- Scaeuola (P. Mucius) P. F. Q. N. Pontif. Max. 250.
- (Q. Mucius) Q. F. Q. N. Augur, 253.
- (Q. Mucius) P. F. Q. N. Pontifex Maximus IC. 255.
- eius scripta, 256. auctor Cautionis Mucianae, ib.
- (Q. Ceruidius) IC. 484.
- Scholiastae Basilicorum, 675. supersunt, 676.
- Schola Accursiana, 701.
- Berytensis, 500. et 543. maxime celebris temporibus Theodosii II, 566. Professores in ea, 567. sq. plane extincta, 624.
- Bartolina, 702.
- Belgica, 703.
- Constantinopolitana, 567. 624.
- Cuiaciana, 703. sq.
- Germanica, 709.
- Haloandrina, 709.
- Irneriana, 699.
- Ramistica, 709.
- Ramosiana, 707.
- Romana, 567. habet professores, ib. quae in ea ius docendi ratio, ib. perit, 623.
- Schultingius (Ant.) IC. 708.
- Scipio (P. Corculum) 245.
- (P. Corn. Nasica) 245.
- Scribere, 233. et 236.
- Scriptura, 112.
- Secta, 87. 88. quando vim obtinerent, ib. ea a Consulibus appellandi consuetudo quando inualuerit, 357. de potestate Caesarum, 285. magis pro Constitutionibus Principum,

pum, quam pro SCtis habenda, pag. 452. quibus Imperatores nomina et honores consecuti sunt, 285. republica libera, facta sunt de iure ciuili et publico et priuato, 203. et quidem de vniuerso aliquo genere, ib. neque id demum introductum a Tiberio, ib. non habuerunt nomina ante Caesares, 205. iis omne ius constitutum, 355. facta sunt ad libellum, orationem, epistolam, ib. ea Princeps edicto promulgauit, ib. potuerunt eis improbari actiones ciuiles, ib.

SCta sub Antonino Pio facta non constant hodie, 447.

— sub Hadriano facta, 444. sq.

— Diuorum fratrum, 447.

— solius Marci 447. Marci cum Commoda filio, 448.

SCtum ad L. Corneliam de falsis, 361.

— ad L. Iuliam Maiestatis, 381.

— ad L. Iuliam et Papiam Poppaeam de secunda nuptiis, 452. sub nomine legis Iuliae Miscellae, ib.

— aduersus falsarios ad L. Corneliam, 373.

— Agrarium s. Lex agraria, 377.

— Alexandri de fugitiuis, 451. sqq.

— Apronianum, 378.

— Articuleianum, 377.

— Caluissianum, 372. et 374.

— Caracallae de donationibus inter virum et vxorem, 451.

— Claudianum ad L. Cinciam, 365. de muliere serui alieni amore bacehata, 366. id renouatur, 376. de quaestione seruorum, 369. non attribuendum Neroni, ib. de sexagenario, qui minorem L. annis duxisset, 368. de lucris negotiantium, ib. de commodis naues fabricantibus expositis, ib. de vacationibus L. Pap. Popp. in ciuibus, ib. quo datum Latinis ius Quiritium et foeminis ius IV. liberorum, ib. vt is, qui ex naufragio clauum ademit, omnium rerum nomine teneretur, ib. ne milites domos Senatorum salutandi causa ingrederentur, ib.

— Dasumianum, 377.

— de actione subsidiaria aduersus magistratus municipales, tutorum nominatores, 379.

— de aedificiis negotiationis causa non diruendis, 365.

— de assignandis libertis, 365.

— de Bacchanalibus, 206.

— de cadaueribus in bello defunctorum sepeliendis,

207.

SCrum

- Sctum de captatoriis institutionibus, pag. 380.
 — de collegiis dissoluendis, 209.
 — de disciplina spectaculorum, 358.
 — de donis et muneribus, ad L. Cinciam, 357.
 — de eo, qui ob carmen famosum damnatus intesta-
 bilis, 381.
 — de foenore, 362.
 — de iustis inter patruos fratrumque filias nuptiis, 366.
 — de legationum liberarum annuo tempore, 208.
 — de libertinorum tribu, 206.
 — de mittendis in Graeciam legatis, 25.
 — de numero gladiatorum, 209. not. f.
 — de poena L. Corneliae afficiendis, qui ob venun-
 dandum, non remittendumue testimonium pecuniam ac-
 ceperint, 361.
 — de prouinciis quaestoriis, 208.
 — de prouocatione a priuatis iudiciis ad senatum, 372.
 — de quaestione habenda de iis libertis, quos viuis
 manumississet filius, 378.
 — de quali usufructu, 363.
 — de rebus iudicatis procuratorum Caesaris, 368.
 — de sumtibus, 207.
 — in heredes Vennonii, 209.
 — Iuncianum Commodi, 449.
 — Iunianum, 376.
 — Largianum, 364.
 — Libonianum de falso, 358.
 — Macedonianum, 365. vnde dictum, ib. renoua-
 tum, 376.
 — Memmianum, 373.
 — Modestianum de fugitiuis, 451.
 — ne decreta patrum ante diem X. ad aerarium de-
 ferrentur, 360.
 — ne de seruis in dominum quaestio fieret, 209.
 — ne liceret Africanas in Italiam aduehere, 209.
 — ne liceret Legatum Caesaris accusare, 362.
 — ne quaestum corpore faceret, cui auus aut pater aut
 maritus eques Romanus fuisset, 359.
 — ne quis ob causam orandam donis emeretur, 370.
 — Neronianum, 371. vid. Pisonianum et 374.
 — Orphitianum de successione et manumissione, 448.
 — Pegasianum, 375.

- SCtum Pertinacis de testamentis, pag. 450. de allectionibus praetoriis, ib.
- Persicianum, 363.
- Pisonianum, 371.
- Plancianum duplex, 376.
- qui maiores XX. annis pretii participandi causa venundari se passi sunt, 210.
- quo lex Cincia reducta est, 357.
- quo sublatum ius et mos asylorum, 360.
- quo vetitum, ne de eadem re pluribus agatur legibus, 376.
- Rubrianum, 377.
- Sabinianum de tribus maribus, 451.
- Septimii Seueri de praediis rusticis pupilli non alienandis, 450.
- Silanianum, 357. duplex de eius argumento SCtum, ib.
- Tertullianum, 425.
- Trebellianum, 373.
- Turpillianum, 372.
- Velleianum, 369.
- Vitrasianum, 376.
- Volusianum, 371.
- vt accusatorum causae noscerentur, 375.
- vt centesima perpetuo foenore ducerentur, 210.
- vt praetores ex suis Edictis perpetuo ius dicerent, 216.
- vt, quamquam infantes magistratus et culpa alienae nescii, prouincialibus vxorum criminibus perinde ac suis plecterentur, 360.
- vt, si qui coheriat ad occisionem innocentum, lege Cornelia de falsis tenerentur, 359.
- vt, si seruus reus postularetur, eadem obseruarentur, quae si liber esset, 359.
- Sectae, 400. libera republica non fuere, ib. Sabinianorum, s. Cassianorum et Proculianorum, ib. causa sectarum, 401. summa dissensionis, 401. sq. Sectarum aectus deserbuit, condito Edicto perpetuo, 472.
- Sempronius Sophus IC. 244.
- Senatus auctoritas, 87. eius SCtis ius sancitum est et libera republica, 88. illi Augustus permisit, SCta facere, 300. bis in mense habendus, ib. suppletus ab Augusto, ib. eius potestas, 1.

Sententiae iudicum, pag. 104. quomodo latae, ib. Sulla permittit, vtrum reus sententiam dici vel ferri vellet, ib. in iudiciis priuatis, 110.

Septimius Seuerus Imp. 429.

Seruilius IC. 419.

Seruius Sulpicius Rufus, IC. 260. eius scripta, ib. fummus fuit ICTus, ib.

—— Tullius, 6. eius instituta et leges, ib.

Seuerus Alexander Imp. 433.

—— Caesar, 442. Augustus, 443.

—— Imp. 547.

Socii, 112. nauales, 123.

Socinus (Barthol.) IC. 703.

Sperantius IC. 568.

Stephanus Imperator factus, 643.

Stephanus IC. 629. Scripta eius, ib.

Stipulatio Aquiliana, 236.

Strauchius (Io.) IC. 708.

Studiofi Iuris, 399.

Subcensores, 296.

Subscriptores, 103.

Subnotationes, 382. earum origo, ib.

Suffragia data per tabellas, 91.

Synopsis Βασιλικῶν, 679. αὐτορ, ib. origo, ib. vtilissima, ib.

T.

Tabb. XII. vnde conscriptae, 28. perlatae in comitiis Centuriatis, ib. earum origo et caussa, 21. initio tantum X. fuerunt, 28. earum vsus, 35. fragmenta, 36—73, commentatores, 33.

Tacitus (M. Claud.) Imp. 440.

Τάκτικα Hadriani, it. Mauricii, 424. not. p.

Tarquinius Priscus, 6.

—— Superbus, 7.

Tartagnus (Alexand.) IC. 703.

Taruntenus (Paternus) IC. 476.

Tenedius (Ios.) IC. 687.

Tertullianus IC. 488.

Terentius Clemens IC. 475.

Thalelacus IC. adhibetur in componendis Digestis, 628. scripta, ib.

- Theodosius M. a Gratiano in societatem imperii accipitur, pag. 521. sq. solus Imperator 522. gesta, ib. mutationes ab eo in republica factae, 523.
- Junior Imp. 522. dicitur Ephesinus legislator, 545. eius constitutiones, 552. maxime de iurisprudencia meretur, 566. Professores Iuris in Academia Berytensi constituit, 567. eius breuiarium, 569.
- III. Imper. 584.
- Theophilus Imper. 587.
- Theophilus IC. 626. Scripsit Paraphrasin Institutionum, ib. reliqua scripta, ib.
- Theodericus Rex Ostro-Gothorum Edictum facit ex Iure Romano, 562. sq.
- Theodora vxor Iustiniani, 575. eam in societatem regni adhibet, ib.
- Zoe Aug. suscipit imperium, 647.
- Theodorus Lascaris Imp. 652.
- IC. 568. alius, 631.
- Tiberius Imp. 306. eius instituta ib. comitia e campo in curiam confert, ib. castra praetoriana aedificat, ib. et 307. instituit iudicia maiestatis, ib. in diuos non refertur, 308.
- Tiberius II. Imper. 581.
- Aplimarus Imper. 583.
- Tigrinus IC. 702.
- Titus Imper. 315. fuit Pontifex Maximus, ib.
- Traianus Imp. 318.
- Trebatius Testa IC. 265.
- Treuiri epulones, 86.
- Tribonianus IC. 625. adpellatur Exconsul et Exquaestor, ib. bibliotheca eius, ib. conficiendis Pandectis adest, ibid.
- Tribuni Plebis, 19. leges ad populum tulerunt, 20. eorum contentiones, ib. potestas, ib. sq. sublata, 28. edicta proponunt, 212. sub Augusto, 292. fons barbarum in republica, 76. ad populum summam potestatem tulerunt, ib. habent ius in senatum veniendi, 81. quomodo id factum, ib. quantam sibi potestatem arrogarint, ib. imminuta, ib. restituta, ib. Celerum, 2. militum Consulari potestate, 83. cur creati? ib. numerus, ib. militum. 114.
- Tribunitia potestas, 285. ab Aug. cur suscepta? 286. eius anni numerati, ib. collegis in imperio communicata, 288. f.

- Tribus institutae, pag. 2.
 Triumviri capitales, 81. monetales, ib. nocturni, ibid.
 legendi Senatus, 296. recognoscend. turmas equitum, ib.
 aerarii, 81. coloniae deducendae, 84.
 Triumviratus, 124. inter Antonium, Lepidum et Octavianum
 quando initus, 128.
 Tryphoninus Claud. IC. 488.
 Tugio M. IC. 268.
 Tullus Hostilius Rex, 5. leges, 13.
 Tuscianus IC. 474.
 Tutela legitima, 27.
 Tyrannorum XXX. dominatio, 439.

V.

- Vacerra IC. 268.
 Valerius L. IC. 268.
 ——— Seuerus IC. 414.
 Valerianus Imp. 438.
 Valentinianus I. Imper. 521.
 ——— II. Imper. ib.
 ——— III. 545. constitut. 553.
 Valens Imper. 521.
 Varius (Lucullus) IC. 419.
 Varus (P. Qu.) IC. 268.
 Vestigalia, 111. 112. quotuplicia? ib. locabantur, ib.
 quando? ib. cni, ib. pro aquaeductibus, ib.
 Verrius Flaccus IC. 269.
 Verus L. Imp. 426.
 Vespasianus, 313. eius imperium, 314. et instituta, ib.
 Viae militares, 299.
 Vicesima manumissionum 112. qua lege instituta, ib. hereditatum,
 322. mutata in decimam, 458.
 Vigilum cohortes, 294. sq.
 Vigintiuiratus, 292.
 Vinidius Verus IC. 475.
 Vinnius (Arnold.) IC. 708.
 Virginius A. IC. 254.
 Virginum Vestalium origo, 4.
 Vifellius (C. Varro) IC. 268.
 Vitellius Imper. 313.
 Vitellius IC. 407.
 Viuianus IC. 419.

Vlpia-

Vlpianus IC. pag. 491. non habet loquendi genus Phoenicium, ib. scripta eius, 492. sqq. Regularum libri supersunt, 494. sqq. num auctor libri de iuris speciebus et manumissionibus? 496.

Voetius (Io.) IC. 708.

Volcatius IC. 268.

Volusianus Imper. 438.

Volusius Maecianus IC. 483. an ei tribuendus liber de asse? ib. sq.

Vrseius Ferox, IC. 409.

Vsuræ legitimæ, 210.

W.

Waechtlerus (Christfr.) IC. 708.

Waltherus (Bernh.) IC. 708.

Wesenbergius (Matth.) IC. 709.

Westenbergius (Ortw.) IC. 708.

Wielingius (Abr.) IC. 708.

Wissenbachius (Io. Iac.) IC. 708.

Z.

Zasius (Udalr.) IC. 708.

Zeno Imper. 549.

Zoe, Augusta, 647.

Zuichemus (Vigl.) IC. 708.

Corrigenda et addenda

- p. 3. lin. 11. Coni. add. I, 17.
— — 33. 88. leg. 83.
— — — 2. 4. leg. 24.
10. — 7. Martiani leg. Marliani
11. — 15. XIV, 12. leg. XIV, 12. §. 19. del. XVIII, 12;
— — 19. XVI, 12. leg. XV, 2. vel VII, 20.
— — 20. locum add. Carm. 26.
201. — 38. protulerunt add. *Io. Rinaldus Comes, de*
— — 39 sqq. add. *Iof. Poggius*
— — — et add. *Caietanus*
259. — 25. add. *Franc. Godard, L. B. van Linden, V. C.*
Spec. Iurid. Inaug. exhibens *Interpretationem*
iurisprudentiae Tullianae in Topicis exposi-
tae, Lugd. Bat. 1805: 8.
347. — 19. DCCLXII leg. DCCLXXII
442. — 2. Maximinum leg. Maximianum
443 — 6. CCCV leg. CCCIV

Humanissimum lectorem, vt, quae supersunt, bene-
vole supplere velit, vehementer rogamus.

